This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

+ *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.

+ *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.

+ *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.

+ *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at http://books.google.com/


DON FAIT À LA
Bibliothèque Cantonale
par l'Auteur

BCU - Lausanne
1094382961

TOMUS PRIMUS.

Bibliotheca Academiae Lausannae
Clarissimus Auctor d. d.

CATALOGUS CODICUM MSS. BIBLIOTHECAE BERNENSIS.

ANNOTATIONIBUS CRITICIS ILLUSTRATUS;

ADDITA SUNT

SPECIMINA SCRIPTURAE

EX

CODICIBUS VARIAE AETATIS,

TABULIS SCULPTIS EXHIBITA,

ET

PRAEFATIO HISTORICA.

CURANTE

J. R. SINNER,

BIBLIOTHECARIO.

BIBLIOT. ACADEM. LAUSAN.
LIBERTE ET PATRIE
A 262

BERNAE.

Ex Officina Typographica Illuſtr. Reipublicae.

MDCCLX.

[illegible]

[illegible]

[illegible]

[illegible]

[illegible]

[illegible]

Lectori S.

DEBITA jamdiu publicae utilitati prodit deſcriptio codicum, quos non minus commendat *antiquitas*, *atque* utilitas, quam virorum illuſtrium et coenobiorum, unde per varios caſus in Bernenſem pervenere Bibliothecam, nomen, atque celebritas. Quod enim ſunt viris ſummis magno in pretio habiti, id eis non parvum quoque apud omnes pretium conciliare debet. Hiſtoria Codicum noſtrorum, et praecipue Bibliothecae Bongarſianae, quum ante nos parum accuratè tradita fuerit, in Dictionariis Moreri, Baylii, Iſelini, artic. Bongars., in Muſaeo Bremenſi, Claſs. 6, faſc. 4, cap. 7. in voyage de deux Benedictins de la Congregation de S. Maur, eam nunc breviter exponere, et ex ipſis Bongarſianis reliqui-

is, quas ab eiusdem manu habemus, illuſtrare non erit inutile, nec a noſtro opere alienum. Inter alia enim noſtri theſauri anecdota, invenimus in codicibus 141, et 149. b. collectionem haud exiguam epiſtolarum a Principibus et illuſtribus viris, ad Bongarſium ſcriptarum; ſunt inter eas multae autographae. Altera pars conſtat epiſtolis, quas ipſe Bongarſius ad varios vel Principes, vel Miniſtros, vel Eruditos ſcripſerat. Harum apographa raptim, et utinam non propriis tantum uſibus, à Bongarſii manû deſcripta habemus tam negligenter, ut deſperandum ſit quemvis, praeter Bongarſium ipſum, ea unquam legere poſſe. Eius collectionis pars jam continetur in editionibus epiſtolarum Bongarſii, Argentinae 1660., et Hagae Com. 1695., latino-gallice. Maior tamen pars, quam favente Deo, aliquando in publicam lucem emittemus, ignota hactenus, multa ad negotia publica exeuntis ſeculi XVI. et ineuntis XVII, praecipue ad rerum germanicarum ſtatum, multas etiam virorum Eruditorum, Bongarſii, Danielis, Giphanii, Scaligeri, Vineti, Caſauboni in auctores veteres animadverſiones continet. Nunc ad Hiſtoriam noſtram: Fuit Jaco-

bus

bus Bongarſius, Aurelianenſis, Nobili familia oriundus, Dominus in Bodry, vel Bauldry, et la Cheſnaye. De eius re familiari varia invenimus in codice 468., eiusdem manu ſcripto, ubi extat haereditatis paternae, et bonorum Bongarſii brevis quaedam enumeratio. In eodem Codice reperimus ſtipendia, quae Regis Henrici tunc Legatus ad Germanicae Principes (anno 1595.) obtinebat, deſignata, his verbis:

„Le Roy me doipt pour 5. quartiers de „ma penſion 1500.L.„, ſingulis nempe menſibus centum libras habebat. Miſerum certe tanti viri, à tanto Rege munuſculum! Si fides habenda dictionariis Moreri, Baylii &c. Bongarſius noſter praeterea functus eſt munere Conſiliarii privati Regii, et *Maiſtre d'Hotel du Roy*. Eundem natum eſſe ferunt 1559., defunctum Pariſiis 1612. Adoleſcens politiores literas et artes, Argentorati, et ſub Jacobo Cujacio, Praeceptore, Biturigibus, excoluit. Regi Navarrae Henrico addictus, et cultui reformato quem nunquam deſeruit; Legatus Principis ſui in Germaniam fuit, in eo munere, poſtquam Henricus

 ricus

ricus Regnum totius Galliae adeptus fuerat, ab eodem continuatus per annos multos. Ex epiſtolis variis ad Bongarſium ſcriptis patet, ei titulum fuiſſe: *Reſident pour le Roy vers les Princes d' Allemagne.* Mortuo Henrico III. miſſus fuerat in Daniam, ut Regi Henrico IV. ordines eius regni conciliaret. Habemus in codicibus noſtris varia ad eam legationem pertinentia, orationes, epiſtolas, et alia. Nunquam humaniores literas, inter publica negotia deſeruit Bongarſius; Has ut felicius excoleret, Bibliothecam Petri Danielis anno 1603. cum P. Petavio emit; Anno ſequenti reliquias Bibliothecae Cujacianae ſibi comparavit. Hinc multi ex noſtris codicibus ferunt nomina Danielis, vel Cujacii. Auxerat etiam Bibliothecam ſuam Jac. Bongarſius, dum Argentorati degeret, ineunte ſeculo XVII. Inde Codices aliquot ex noſtris, cum inſcriptione: Codex Eccleſiae Argentinenſis: Codex Conciliorum, ſcriptus juſſu Rachionis Epiſcopi Argentinenſis, de quo infra dicemus. Alii Codices cum inſcriptione: Werinharius Epiſcopus dedit S. Mariae. De hoc Werinhario, et de Bongarſii Bibliotheca conſului Doct. Regium Hiſtoriographum, et

Pro-

Profeſſorem Argentinenſem Dan. Schoepflinum, cujus ex epiſtola ad me datâ, quae ad noſtrum argumentum pertinent, hîc loci inſerere, utile gratumque fore duxi lectoribus. „ Werner I. Evêque de Stras-
„ bourg qui a bati le chateau de Habsburg,
„ qui a fondé l'Abbaye de Muri en 1027. „
„ a auſſi commencé à bâtir la Cathedrale
„ de Strasbourg en 1015. C'eſt celle, qui
„ exiſte encore. Wimpheling de Epiſco-
„ pis Argentinenſibus pag. 39. obſerve, „
„ *Werinharius multa dedit Eccleſiae ſuae,*
„ *praeſertim multos praeſtantes libros, anti-*
„ *quiſſimis characteribus ſcriptos, quorum ad-*
„ *huc aliqui in Bibliotheca maioris Eccleſiae, ex-*
„ *poſiti videntur.* Werner a dedié ſa Cathe-
„ drale à la Vierge; de là la formule: Dedit
„ B. Mariae: La Bibliotheque de notre Ca-
„ thedrale a été diſperſée dans le tems du
„ ſchisme, lorsqu'en 1592. les Proteſtants
„ avoient élû à Strasbourg George Margrave
„ de Brandeburg, et les Chanoines Catholi-
„ ques, le Cardinal Charles de Lorraine dans
„ leurs AſſembléeCapitulaire àSaverne; Les
„ Chanoines Proteſtants aïant été ſeuls en
„ poſſeſſion du Bruderhoff, où les Chanoi-
„ nes logeoient, et de la Bibliotheque, elle
„ fut diſtraite avec le tréſor de l'Egliſe. C'eſt
„ apparemment dans ce deſordre, que Bon-

„ gars, qui ſe trouvoit à Strasbourg en ce
„ tems, fit l'aquiſition de pluſieurs manu-
„ ſcrips.

De Bibliotheca vero Petri Danielis, quae tradita ſunt a Baylio artic. Bongars, quoniam ad hoc argumentum pertinent, et non ubique cum narratione, quam ſubjiciemus, conſentiunt, hîc adſcribere lubet, et obſervationibus noſtris illuſtrare.

„ Il acheta en 1603. conjointement
„ avec Paul Petau les manuſcripts de
„ Pierre Daniel. La portion, qui lui echut,
„ eſt tombée enfin dans la Bibliotheque du
„ Vatican. Note D. lorsqu'en 1562. les
„ Huguenots pillerent l'Abbaye de Fleury,
„ ils y trouverent quantité de bons manu-
„ ſcripts. Pierre Daniel Avocat à Orleans,
„ et Bailly de l'Abbaye de Fleury, ſe ſer-
„ vant adroitement de la faveur, où il étoit
„ auprès du Cardinal de Chaſtillon, Abbé
„ commendataire de cette Abbaye, reti-
„ ra d'entre les mains des Soldats pluſieurs
„ de ces MSS., et entre-autres un Ser-
„ vius ſur Virgile, qu'il publia en 1600.
„ Après ſa mort arrivée en 1602., ſes he-
„ ritiers vendirent les MSS. pour 1500. li-
„ vres à Paul Petau, et à Bongars. La por-
tion

„ tion de Paul Petau fut laiſſée à Alexandre
„ ſon fils, qui la vendit à la Reine de Sue-
„ de; celle de Bongars fut portée à Stras-
„ bourg, où il faiſoit ſa reſidence. Il la laiſſa
„ par ſon teſtament, à un nommé Grani-
„ cet (il faut lire Graviſſèt) qui étoit fils de
„ ſon hoteſſe) Nota. Elle étoit de Lyon,
„ et Femme d'un Jouaillier. Gruterus Biblio-
„ thecaire de l'Electeur Palatin perſuada
„ à ce Prince d'acheter les MSS., que Bon-
„ gars avoit laiſſé à Granicet, et ainſi ils fu-
„ rent tranſportés à Heidelberg, et de là à
„ Rome.

Quae de Graviſſèto, et de translatis in Bibliothecam Palatinam Codicibus Bongarſii hic dicta ſunt, non ex optimae fidei documentis hauſta eſſe, nec ita accuratè tradita, ut his tanquam indubiae fidei teſtimoniis niti poſſimus, ex ſequentibus judicabit lector, quae ex autographis Bongarſii, et aliorum epiſtolis, et ex ipſa noſtra Bibliotheca conſtant. Bongarſius nempe, dum in Germania Legati munere fungeretur, Heidelbergae diu commoratus, cum Renato Graviſſeto, cive Argentinenſi, qui in Germania mercaturae operam dabat, amicitiae nodos junxit, quos mors

)(5 demum

demum ſolvere potuit. Graviſſetum hunc negotia magni momenti tractaſſe, ex epiſtolis Bongarſii, vel aliorum ad eundem, tum editis, tum ineditis conſtat. Non enim Bongarſium tantum ſaepiſſimè commodata pecunia ſublevavit in re anguſta, teſte et fatente ipſo in epiſtolis, ſed Regem etiam Henricum IV. ad conducendos in Germania milites, et alios in Germania ſumptus, opibus ſuis, quae non erant exiguae, adjuvit. Teſtatur id, quod aſſerimus, epiſtola quam ex Edit. Hagae C. 1695. tom. 2. excerpſimus eſt ordine 29a. Bongarſii ad Regem.

„ Sire, je ſuis derechef requis des
„ Seigneurs de cette ville (Strasbourg) de
„ ſupplier V. M. très-humblement de vou-
„ loir faire donner à Mr. Graviſſet, pre-
„ ſent porteur, le contentement, que ſes
„ ſervices meritent, qui l'ont mis en une
„ neceſſité, de laquelle il ne peut ſortir,
„ ſi V. M. n'ordonne qu'il ſoit payé net-
„ tement de ce qui lui eſt dû de ſi long
„ tems, et ſi legitimement. Je ne puis rien
„ apporter du mien en ſa recommendation,
„ que des paroles, que je n'ai pû refuſer à
„ la requête de ces Seigneurs, ni aux

„ meri-

„ merites, desquels il a obligé pluſieurs
„ ſerviteurs de V. M., et moi particuliere-
„ ment, qui n'ai ici depuis pluſieurs an-
„ nées d'autre recours, que lui, ſans le-
„ quel j'euſſe, il y a long-tems, eſté con-
„ traint de quitter cette charge, qui ne
„ m'eſt qu'à charge. V. M. m'en dechar-
„ gera, quand il lui plaira, ou me la rendra
„ legere, par quelque bienfait extraordi-
„ naire, qui m'incitera à pourſuivre de
„ prier Dieu.

Sire

Strasbourg

Ex Epiſtola ad Ducem de Villeroy, ſe-
quentia: „ Je ſcai, qu'il n'eſt point de
„ beſoin de vous recommender ceux, que
„ vous ſcavez, avoir fait ſervice à S. M.,
„ et je ſcai, Monſieur, que vous recognoiſ-
„ ſés M. Graviſſet eſtre de ce nombre. On
„ lui debat les interets, lesquels je ſcai,
„ qu'il a payé, à 16. et paye encore à 8,
„ et 10. par cent &c.

„ Ex Epiſtola ad Cancellarium, quam
„ invenimus in codice 149. b. haec: An-
„ nus eſt, ex quo civem noſtrum Rena-
„ tum

„ tum Graviſſetum Illluſtr. Magnif. ve-
„ ſtrae commendavimus, aere alieno preſ-
„ ſum, et tum certe commendationem
„ noſtram, non modo non ingratam tibi,
„ ſed et ipſi utilem fuiſſe, ipſo referente,
„ cognovimus. Cum autem Regno bellis
„ civilibus olim afflicto, necdum ege-
„ ſtate plebis depulſa, tum perſolvi ei to-
„ ta, quae debebatur, ſumma non potue-
„ rit. Magnos ille olim ſumptus bono
„ Regiae Maj. fecit, et ſua hodie perſe-
„ quens crebris in aulam Regiam profe-
„ ctionibus facere non minores cogitur,
„ quod, quam incommodum, et negotia-
„ tori, et patrifamilias accidat, per ſe ju-
„ dicare Illuſtr. tua Magnificentia pot-
„ eſt &c.

In hac epiſtola Bongarſius Graviſſetum *Civem Noſtrum* nuncupat, exinde judicamus, vel civem Argentinenſem, in qua urbe tunc degebat Bongarſius, vel natione Gallum fuiſſe.

Excerptum Epiſtolae di. de Fresnes Canaye die 13. Febr. 1591., invenimus in eodem codice a manu Bongarſii, quod de rebus politicis totum eſt; in eo ſequen-

ſequentia ſunt, quae ad Graviſſetum ſpectantia hic addimus:

„ Achapt d'Armes fait par Mr. de Sancy pour l'eſperance qu'il avoit d'une ſeconde levée, lesquelles ſont engagées au nom du Roy, au Sr. René Graviſſet à Strasbourg pour leur prix. Que le Roy y eſt obligé, qu'à cett' heure que Mr. de Sancy a payé les interets du prix, qu'il n'eſtoit poſſible d'en trouver ailleurs à meilleur marché.

ÉXTAT *in alio Codice* epiſtola Ducis Bullonii ad Bongarſium, ubi de Graviſſeto loquens, titulo, *le Sire de Graviſſet*, utitur; quo eos tantùm deſignare mos erat, qui genere erant, vel honoribus conſpicui. Ex his ſatis conſtat Renatum noſtrum res magni momenti tranſegiſſe; Huius Avum Antonium, fuiſſe Gubernatorem in Eſpinal (oppido Lotharingiae) accepimus à Do. Graviſſeto, Eccleſiae Thunenſis Paſtore, qui mecum, quae de majoribus ſuis noverat, communicavit. Nominis ſtructura etiam indicat huic Familiae Galliam fuiſſe patriam. Renatus Graviſſetus initio ſeculi XVII. Filium ſuum, Jacobum, puerum adhuc, anno 1594. natum, miſe-

miſerat Heidelbergam, ut ibi politioribus literis imbueretur, et curis Lingelshemii commendaverat. Iſte Jacobus, defuncto anno 1614. patre Renato, Bibliothecam Bongarſii (quam ille ex ultima amici voluntate adeptus fuerat,) anno circiter 1628., jam tum Helvetiorum civis et Dominus in Liebecck, quod caſtrum cum dominio a Patre Renato emptum, hactenus in ea gente permanſit, Reipublicae Bernenſi dono obtulit. Inde magna pars Codicum noſtrorum nomina Bongarſii, vel Petri Danielis, vel Jac. Cujacii inſcripta habent. Teſtem habemus Catalogum Bibliothecae Bongarſianae anno 1632. conditum qui eandem rem affirmat. Quis itaque amplius credat hanc Bibliothecam in Palatinam fuiſſe translatam, inde in Vaticanam? quum potius Bibliotheca, quae Romam migraſſe fertur, Bernae exſtet. Quod vero traditum eſt, poſt mortem Bongarſii, Electorem Palatinum eius Codices MSS. comparaſſe, uno Codice teſte refutare ſat eſt: Nempe Prudentius No. 264. membranaceus, nitidiſſimè et partim literis majusculis ſcriptus, qui in noſtra Bibliotheca, extat, pagina prima, haec a manu Bongarſii inſcripta praefert: Ex Dono Ill. Joh.

Caſimi-

Caſimiri Comitis Palatini ad Rhenum. Abſurdum foret credere Electorem Palatinum alios Codices emiſſe, hunc ex optimis, et antiquiſſimis, quem ab agnato illius Caſimiro acceperat Bongarſius, neglexiſſe. Hanc vero Bibliothecam, Jac. Graviſſetus ea conditione Reip. obtulit Bernenſi ut Catalogus typis mandaretur, titulo Bibliotheca Bongarſianae; libri vero et Codices a reliqua Bibliotheca publica ſeparatim haberentur. Iſte Catalogus hactenus nunquam typis fuit editus. Bibliotheca vero Bongarſiana deinceps cum caeteris libris fuit *permixta et in Claſſes diſpoſita.* Catalogus tamen manu exaratus, eam junctim, et a reliqua ſeparatam exhibet Bibliothecam. Memoriae tandem Bongarſii et Graviſſeti, poſt longum temporis intervallum, ſatisfacere nobis fuit propoſitum, quod ut fieret, in hoc Codicum MSS. Catalogo, diligenter appoſuimus nomina Bongarſii, vel Danielis, vel aliorum, qui Codicum ſe poſſeſſores fuiſſe, propria manu teſtati ſunt.

Tradita nunc breviter hiſtoria Codicum noſtrorum, de Codicibus ipſis, de aetate et Criteriis pauca monere non erit ſupervacuum. De aetate Codicum judicare

re rem eſſe difficillimam et magni momenti, nemo negabit artis criticae gnarus. Difficultatem ſatis teſtabitur nomen et exemplum doctiſſimi Codicum et ſcripturarum indagatoris D. Mabillonii, qui in erudito opere de re Diplomatica, non tamen eſt auſus criteria tradere confidenter, quibus tanquam canone antiquitatis uti et aetatem ſingulorum Codicum certe atque accurate ſemper eruditi eruere poſſint. Primo enim loco varietas Alphabetorum Gothici, Longobardici, Romani, quae variae gentes eodem aevo uſurparunt, id efficit, ut non eaedem regulae, omnibus codicibus eiusdem aevi conveniant, quod exemplis aliquot ſcripturarum variae aetatis, ex noſtris Codicibus, editis in fine Catalogi patet: nempe ejusdem ſeculi non ſemper easdem uſurpatas fuiſſe literas.

Inter characteres, ſeu criteria, quae indicat B. Gott. Struvius in Diſſertatione de aetate Codicum dijudicanda, edita cum Baringii clavi diplomatica, de diphtongo *ae* ſic loquitur. „Codices antiquos om„nes, ante ſaeculum X, exaratos, di„phtongum, ae, ſeparatis literis, nempe,

„ae

„ ae, exhibere, „ quum tamen, fatente Mabillonio, in Codicibus antiquiſſimae notae litera e, ſuppoſito accentu, pro diphtongo ae ponatur. Idem teſtatur Codex conciliorum, ſeculo VIII. exaratus, de quo ſupra jam diximus, et alii ante ſeculum X. ſcripti complures. Pro diphtongo, ae, ſaepe literâ e, ſine accentu, utebantur amanuenſes. Tribuendum hoc ignorantiae Monachorum, qui eâ aetate ſcribebant codices nulla ratione habita orthographiae. Interpunctionum Regulae, ex quibus judicare ſolent aetatem codicum Critici, ſaepiſſime *fallaces ſunt*; *Critici* plurimi in Codicibus antiquis, et ante ſeculum X. nullas praeter puncta varie poſita, diſtinctiones in uſu fuiſſe aſſerunt: Nempe punctum in apice ultimae literae, qua ſententia deſinebat, vel periodus, dicebatur τὲλεια ςὶγμη ſeu punctum finale. Punctum in ſimâ parte literae poſitum ὑποςιγμη, ſive ſubdiſtinctio, et ſuſpendebat ſententiam. Punctum in medio poſitum, ſive mediana μέσα etiam ſuſpendebat ſententiam; ſed alia tamen vi, quam ὑποςίγμη. Praeter haec tamen puncta, in antiquis codicibus invenies ſemicolon ſic. (;) ut haec etiam

]:[:]:[regu-

regula, ex interpunctatione ducta, ſit exceptioni obnoxia. Certiſſima omnium mihi videtur ratio judicandi codicum aetatem, ſi eorum in quibus extat nota anni, quô deſcripti fuerunt, fiat comparatio cum aliis Codicibus, et ex ſimilitudine ſcripturae, horum aetas eruatur. Habemus Codicem Chronici Euſebiani, a Hieronimo translati; ubi initio leguntur haec, literis *initialibus*, vel ut vulgò nuncupantur, *uncialibus* ſcripta.

„In annum V. Childeberti Regis Franco-„rum, Pipino jubente ab Adam ſunt anni „$\bar{\text{V}}$DCCCC. ſive. 5900. quo fuit Paſcha x. „Kal. April., Aſcenſio Di. fuit Kal. Madias „per Cyclum numerum annorum CXL." Annus iſte incidit in annum Chriſti 700. quia Era Chriſtiana nondum erat in uſu per Galliam, tempore quo Codex noſter fuit exaratus, inde ab Era creationis deſignatus eſt numerus annorum. De Erae Chriſtianae uſu haec Mabillonius opere citato edit. 1709. pag 176.

„Poſt Victorium Dionyſius, cognomen-„to Exiguus, alium cyclum ab incarna-„tione condidit annorum 532. Hic cal-

„culus,

„ culus, etſi ab anno Chriſti 533, a Dio-
„ nyſio compoſitus, non tamen ſtatim,
„ ſed *longo* poſt tempore admiſſus eſt.
„ Ex *hiſtoricis* Ven. Beda, hanc Epocham
„ primus obſervaſſe videtur, in ſua hiſto-
„ ria. Eam ex Anglia in Galliam induxit
„ S. Bonifacius, cujus operâ Leptinenſe,
„ ac Sueſſionenſe Concilia coacta ſunt,
„ eisque anni ab incarnatione, ab ipſo
„ praefixi, Leptinenſi annus 743, Sueſſio-
„ nenſi annus 744. Inde ad hiſtoricos
„ Francos tranſiit mos iſte, ut patet ex
„ antiquis Francorum annalibus, eo tem-
„ pore *ſcriptis*, *qui res* geſtas, annis In-
„ carnationis, diſtinguere ſolent. Ante
„ hos omnes Victor, Epiſcopus Tunnunen-
„ ſis, in ſumma annorum, quam Chroni-
„ co ſuo ſubiecit, annum a nativitate D.
„ N. Jesu Christi, numerat 567; at in
„ ipſo Chronici ſui contextu, a Conſuli-
„ bus, calculum ſuum petit; Cum Beda,
„ et ſequentes Francorum Hiſtorici, annos
„ ab Incarnatione, ſingulatim enumerent.„

De convenientia inter Mabillonij locum citatum, & Codices noſtrae Bibliothecae, judicet lector: Nempe Codex *Euſebii* anno 700. a C. N. ſcriptus

 habet

habet numerum annorum ab Orbe condito. ѵDCCCC. ſ. 5900.

Codex Conciliorum, jubente Rachione, Argentinenſi Epiſcopo, ſcriptus, habet numerum annorum a Nat. Chriſti 787.

Ipso enim intervallo temporis, quod inter hos Codices ſcriptos elapſum eſt, mutata fuit Era, et nova pro veteri ſubſtituta. Notandum tamen in Anglia, jam ſeculo VII. poſt Chriſtum natum, invaluiſſe computum annorum ab Era Chriſtiana. Ejus Teſtimonia inveniuntur plurima, inter ſpecimina chartarum, et documentorum, quae doct. Cashley, Catalogo Codicum Bibliothecae Londinenſis addidit. Sunt ibi chartae quaedam ſeculi VII, numerum annorum a Chriſto nato praeferentes. Eundem calculum uſurpaſſe dicitur Beda; Hunc deinde Bonifacius ſeculo VIII. in Galliam tranſtulit, Inde per omnes feré regiones receptum. Ex notae antiquitatis Codicibus itaque, de aliorum aetate judicare utilis erit regula. Hanc plerumque ſecutus ſum; Attamen ex Inſcriptionibus quae aetatem codicis deſignant non ſtatim judicandum eſſe, docuit exemplum

plum codicis No. 109, qui continet Priſciani Grammaticam. Hunc codicem ex ſcripturae ratione, ſtatim ſeculi X, vel exeuntis ſeculi IX. eſſe judicaveram; dum autem Codicem perluſtro, incidi in finem libri XVII, ubi hanc inſcriptionem, literis majuſculis, expreſſam inveni:

„ Artis Prisciani V. D., Grammatici
„ Caeſarienſis, Doctoris urbis Romae, Con-
„ ſtantinopolitanae, Lib. XVII. de conſtru-
„ ctione explicitus feliciter. Fl. Theodorus
„ Dionyſii V. D. memoriale ſacri ſcrinii Ep-
„ larum adjutor magni viri, quaeſtor's ſa-
„ cri Palatii, ſcripſi manu mea in urbe Ro-
„ ma Conſtantinopoli III. Kal. Jun., Ma-
„ vortio V. Cl. Conſule, Imperantibus Ju-
„ ſtiniano, et Juſtino P. P. (*)

Quod praeterea hanc Inſcriptionem confirmat et Codicem noſtrum ſeculo VI. aſſerere videtur, eſt quod in variis ejusdem paginis ſcriptum invenimus. *Iſte liber eſt S. Baſoli*, Confeſſoris Chriſti. At S.

]:[ ]:[3 Baſo-

(*) Eandem fere Inſcriptionem ex Codice Priſciani Bibliothecae Joannaeae Hamburgenſis Num. 98. citat. Bibl. lat. Tom. I. pag. 783. tantum quod pro Mavortio Conſule habeat O librio V. C. Conſule.

Baſolus vixit medio ſeculo VI., et prope Rhemos in Gallia, vitam in Heremo transegit in apice montis, ubi deinde Monaſterium S. Benedicto, Baſoli nomine, dicatum fuit. Inſcriptio itaque Theodori, et nomen Baſoli Codicem, ſeculo VI, adſcribunt, ſcripturae autem ratio, ſeculo IX, vel X. Haec ut conciliemus, obſervandum eſt aliquando amanuenſes, qui codicem deſcribebant, cum reliquis etiam ſubſcriptionem addidiſſe; Hoc in noſtro Priſciano factum eo magis credo, quod reliqua ſcriptura Codicis non ſimilis eſt ſcripturae ejus ſubſcriptionis, quam ſupra exhibuimus. Haec enim literis initialibus majuſculis ſcripta eſt, caetera literis minus rotundis, et minuſculis. Ille nimirum, qui noſtrum Codicem ex antiquiori deſcripſit, in hac tantum ſubſcriptione imitatus eſt characterem Fl. Theodori. Inſcriptio autem S. Baſoli intelligi debet de Coenobio S. Baſoli. Fateor equidem, ubi ſemel liceat admittere ejuſmodi exceptiones, dubitari poſſe de aetate cujuslibet Codicis. Sic in Conciliorum Codice No. 4. quem anno D. 787. ſcriptum diximus, ex fide inſcriptionis, quae in capite Codicis literis majuſculis ſcripta exhibetur, ſi quis eam ex anti-

quiori

quiori Codice tranſcriptam dicere velit aetati noſtri Codicis aliquot auferre poterit ſecula. Sed ex aliis characteribus, ex forma Literarum, ex Orthographia, adhibitis regulis a Mabillonio traditis, et ſpeciminibus ſcripturarum indubiae aetatis, fiat judicium; qui characteres antiquitatis, cum in noſtro Codice conveniant cum inſcriptione, nullum de ejus aevo ſupereſt dubium.

Dixeram ſupra rem eſſe magni momenti aetatem Codicum diſcernere; Quis hoc neget, ſi controverſias circa aetatem Codicum V. et N. Teſtamenti agitatas noverit. *Dubitatur.* e. g. an hic vel ille locus ante certum ſeculum fuerit in Canones Biblicos receptus, veluti Johannis I° c. 5. v. 7. „ Tres ſunt, qui dant teſtimonium in coelis, Pater, Verbum, et Spiritus, et hi tres unum ſunt.„ Quem locum in nullo Codice ante ſeculum X. exarato invenies. Sic in Codice noſtro No. 4°., quem ſeculi IX praedicamus, iſte locus abeſt. Circa aetatem Codicis Alexandrini, qui in Bibliotheca Regia Londinenſi extat, quam varie judicaverint eruditi, videat qui velit, in praefatione, et prolegomenis Jac. Wetſtenii ad editionem N. T., conſu-

lat etiam laudati Cashley Catalogum Codicum manuſcriptorum ejusdem Bibliothecae. Hunc Codicem a Cyrillo, Patriarcha Alexandrino, Regi Jacobo I^{o} oblatum, ex veteri traditione, Theclae cujusdam virginis, quae ſeculo IV. vixerat, proprium fuiſſe exiſtimabant; Quod etiam confirmabat inſcriptio arabica in eodem Codice. Aſſentitur ei opinioni Doct. Cashley. Hunc Codicem poſtea Caſim. Oudinus ad ſeculum X. rejecerat. Tandem Jacobus Wetſtenius feliciori conjectura eum Coenobio cuidam, ſub nomine B. Theclae, condito adſignavit, et ſeculo V. fuiſſe exaratum judicat; Inter notas antiquitatis, quas obtinet iſte codex, obſervatur forma literarum, quae omnes ſunt initiales, quas alii, *Unciales*, vocant. Male forſan, ſi Doct. Cashley emendationi, in locum Hieronimi Praefat. In Jobum, fidem habeamus; quae mihi ſane haud parum arridet; iſte vero locus Hieronimi cum ſit celebratiſſimus apud omnes, qui de Codicibus antiquis ſcripſerunt, haud inopportune hic citari poſſe videtur.

„ Habeant, qui volunt, veteres libros,
„ vel in membranis purpureis, auro ar-
„ gen-

„ gentoque deſcriptos, vel *initialibus*, ut „ vulgò ajunt, literis, onera magis exara- „ ta, quam codices;„ In hoc loco pro *Initialibus*, editiones omnes vulgò habent, *uncialibus*. Ex quo loco orta traditio de literis uncialibus, in uſu apud veteres. Legit in quibusdam Codicibus Doct. Cashley *Initialibus*, quae lectio ipſi praeferenda videtur; Nam unciales literae, quas, ex magnitudine unciae, ſic appellatas ajunt, aliquando reperiuntur in Codicibus, nullum tamen his literis exaratum reperiri conſtat integrum. Initialibus literis autem ſcripti Codex Alexandrinus, et alii multi in variis Bibliothecis extant. Ante tempora Priſciani Grammatici, et ſeculum VI, omnes Codices literis, quas nos *Initiales*, vel majuſculas, vocamus, fuiſſe exaratos, probatur ex ejusdem Priſciani loco, libro I.

„ Apud antiquiſſimos graecorum non „ plus, quam ſexdecim erant literae, qui- „ bus ab illis acceptis latini antiquita- „ tem ſervarunt perpetuam.„

Cum vero literae majusculae graecae et latinae inter ſe ſint ſimiles; minutae

verò [quibus nunc utimur] omnino inter ſe diverſae, ſequitur literas minutas non extitiſſe ante ſeculum VI. Codex Evangeliorum Bibliothecae publicae Baſileenſis obtinuit olim famam antiquitatis remotiſſimae, donec Jac. Wetſtenius eum ſeculo X. vindicavit. Invidit nobis tempus edax rerum, omnium maxime vero Codicum, ne in toto Orbe ſuperſit unicum Membranaceum monumentum, ſeculo V. antiquius. Nam quod de Evangelio S. Marci, in Bibliotheca S. Marci Venetiis adſervato narrant, fabulam eſſe hodie ſatis conſtat, poſtquam, ni fallor, Doct. Montefalconius hunc Codicem literis latinis ſcriptum eſſe obſervavit. Circa aetatem aliorum in variis Bibliothecis Codicum ſimiliter erratum fuiſſe ſtudio antiquitatis nimio, conſtat.

Descriptioni ſingulorum Codicum, adieci nomina Coenobiorum, vel Virorum Illuſtrium, quae Codicibus inſcripta reperi. Occurrunt ſaepiſſimè Codices S. Benedicti Floriacenſis; quos, ut ſupra narravimus, Petrus Daniel inde comparaverat. Eccleſiae item Argentinenſis, Coeleſtinorum de Metis, alii cum nominibus, Petri Danielis, Cujacii, Bongarſii. Inter Codices no-

noſtros extat haud exigua copia anecdotorum, quae lucem aſpicere digna ſunt. Ex iis quaedam, ſi detur venia, et tempus, edere animus eſt. Emicant inter Codices noſtros, Grammatici latini, quos olim cum Putſchio communicaverat Bongarſius; non tamen omnia in editis inveniuntur; Plura forſan, ſi quis novam Grammaticorum Editionem moliatur, inveniet haud aſpernanda in Codicibus noſtris; Gloſſaria latina, praeter illud, quod ſub Iſidori nomine, non ſemel, fuit editum, alia quaedam, poſt Iſidorum forſan compilata, Lucanus cum ſcholiis antiquis, ſeculo X, ſcriptus, quae ſcholia nunquam integra lucem vidêre. Martianus Capella, cum ſcholiis antiquis, ſeculo etiam X, ſcriptus. Juvenalis cum ſcholiis antiquis, iisdem forſan, quorum meminit Fabritius Bibl. Lat. Tom. I. pag. 453. Lexicon Graecum, quod vulgo putant Johan. Damaſceni, ſeculo XIV, ſcriptum, nunquam editum. Prudentii Codex nitidiſſimè ſcriptus, in quo picturae plurimae antiquitatem haud parum illuſtrant. Petri DE-BULLONE Carmen, quod Doct. Sam. Engel anteceſſor meus edidit, ſcriptum anno 1195., cum picturis, quas eâ editione aeri inciſas, ex-

exhibuit. *Tactici* græci Leo, Arrianus, cum aliis, quae non omnia ſunt edita. Nempè:

Περὶ πολεμίων φθορᾶς.

De hoſtium perditione. Problemata militaria. Et alia quaedam, enumerata in Catalogo. Arati Phoenomena, et Prognoſtica, cum picturis, quae non omnes in editione Joſ. Scaligeri extant. Exhibemus ſuo loco Carminis hexametri fragmentum ex noſtro Codice, quod non extat in editione laudata, auctoris, uti videtur, Chriſtiani, quod ex ultimo verſu conſtat. Continet hoc fragmentum prognoſtica quaedam tempeſtatum. Inter Codices recentioris aevi reperiuntur collectanea epiſtolarum autographarum Bongarſii, et amicorum, de quibus jam ſuprâ diximus. Epiſtolae autographae Theologorum Helvetiae, ſeculi XVI., et XVII., Bullingeri, Calvini, Aretii, Ampelandri et aliorum. Nuper in Bibliothecam noſtram conceſſere opera duo anecdota Celebr. Ruchati Hiſtorici Helvetici: Nempe: *Hiſtoire Generale de la Suiſſe, depuis l'origine de la nation, jusques en* 1308., *contenant nombre de chartes, et d'inſtruments publics, du moïen age.* Theſaurus imô potius, quam hiſtoria, quam ex ſcriniis publi-

publicis collegerat author nulli taedio impar, qualem eſſe decet, qui tenebras medii aevi diſſipare aggreditur. Conſtat Celeb. Bochatum hoc Codice uſum fuiſſe, et praecipuè in originibus Celcitis perveſtigandis; Aliud Ruchati opus, quod anecdotum habemus, id eſt: *Suite de l'hiſtoire de la Reformation de la Suiſſe depuis 1536. jusques en 1566.* Sed de his, et aliis Codicibus, ad hiſtoriam Helveticam pertinentibus, accuratius aget juvenis eruditus Theoph. Haller, qui jam edidit ſpecimen Bibliothecae Helveticae. Interim et illi, et aliis gratulamur, qui hiſtoriam Patriam illuſtrare conantur.

ANIMUS erat exhibere in Tabulis ſpecimina quaedam ex picturis Arati, Prudentii et aliorum Codicum. Sed Catalogum, non tabulam pictam edere, inſtituti mei eſſe duxi. Inter picturas Prudentii erat una, quae ad rem literariam veterum quodamodo pertinere videbatur. Exhibet illa hiſtoriam B. Caſſiani Martyris Foro corneleinſis, ad Hymnum Prudentii IX. Erat iſte Caſſianus Ludi-Magiſter, ſeverus admodum in diſcipulos; Hic cum Deorum Gentilium cultum recuſaret, juſſu Imperatoris

toris [Juliani] diſcipulis traditur, ut a magiſtro ſupplicium exigerent. Hanc hiſtoriam Prudentius Hymno, Pictor duabus paginis carmini adpoſitis, exhibuit. Primâ nempe Caſſianus ad pulpitum ſedens, pueros docet; Hi ſcamnis inſidentes ſtilos una manu, altera libros geſtant. Forma librorum noſtris eſt ſimilis. Unde efficitur, quod etiam ſaepè laudatus Cashley praefatione Catalogi MSS. Lond. affirmavit, jamdiu ante ſeculum V. invaluiſſe formam librorum, quam hodie uſurpamus, et ſucceſſiſſe in locum voluminum, quamvis Montefalconius, Palaeographia græca eo tantum ſeculo, nempe V., hunc morem incepiſſe dicat. Pictor enim, qui noſtrum Codicem ornavit, morem, qui ſeculo Caſſiani obtinebat, haud dubiè effinxit. In ſecunda tabula picta Pueri Caſſianum ſtilis miſere cruciant.

De labore meo in deſcribendis ſingulis Codicibus, pauca tantum monebo. Velim ut aequus lector, ſi in errores meos paſſim inciderit, aliquid laboris, qui exantlandus erat, moleſtiae indulgeat. Is certe eſt, in quo facile obrepere ſomnus poſſit. Comparare ſcripta cum editis, conferre Codices cum Codicibus, anecdota ab editis diſcernere: innu-

innumeros ſaepe tractatus in eodem Codice, quamvis diverſi admodum argumenti, promiſcue poſitos enumerare, et diſtinguere, titulos accurate deſcribere, ſcripturarum, et notarum labyrinthum evolvere, nec exiguus nec jucundus erat labor. Ejus tamen praemium me haud impar reportaturum arbitror, ſi opes hactenus incognitas in publicam lucem protuliſſe dicar. Quae ſcintilla, ubi ſemel eluxerit, et in feliciores inciderit manus, majus forſitan lumen excitabit.

Dubitavi diu, quem ordinem in Catalogo ſequerer; poteram nempe Codices ſingulos deſcribere, et quae cunque in eodem Codice continebantur, varii quamvis argumenti, continuâ ſerie recenſere. Inde vero non poterat non naſci rudis indigeſtaque moles, ingrata futura lectoribus. Conſtitui itaque, quamvis major inde mihi labor exoreretur, in quatuor Claſſes diſpungere Catalogum, ſingulaque Opera ſuae claſſi inſerere ſervato praeterea ordine Alphabetico. Claſſis itaque prima exhibet Bibliorum Codices, et omnes Libros qui ad Theologiam pertinent, additis ſcriptis Judaeorum et Muhameda-

no-

norum, quae de Cultu Dei et Religione agunt. Secunda Claſſis amp lectitur autores graecos et latinos, qui vulgo Claſſicorum nomine veniunt, et vixerunt ante tempora Caroli M. Inter hos ſaepe inveniet lector autores, quos, ſi rationem tantum habeat argumenti, ad primam Claſſem pertinere judicabit. Iſidori nempe varia, Caſſiodori, Boetii. Hi vero cum plura adhuc ſcripſerint vel ad artem Grammaticam vel ad Philoſophiam, vel ad Hiſtoriam pertinentia, eos in Claſſem ſecundam potius collocare decrevi. Eadem ratione Auguſtini, Bedae, et aliorum Patrum vel Eccleſiae Doctorum ſcripta, quae non ad Religionem pertinebant, tamen in primam Claſſem diſpoſui. Autorum enim varia ſcripta in Claſſes diſtrahere varias, minus commodum videbatur.

Tertia Claſſis eſt operum Hiſtoricorum a Caroli M. aetate uſque ad recentiora tempora. Extant hîc monumenta varia ad hiſtoriam Expeditionum in Terram S. Seculorum XI. XII. et XIII. quorum pars inedita hactenus permanſit.

Quar-

QUARTA, quae eſt ultima Claſſis continet omnia vel ad ſcientias, vel ad artes Liberales, omnium linguarum & gentium ſcripta, quae extant in noſtra Codicum MSS. ſuppellectile. Eminet in hâc Claſſi copia Poetarum Gallorum, medii Aevi, praecipue coaevorum S. Ludovici Regis, quorum jam notitiam edidi in Opuſculo *Extraits de Poeſies* Lauſannae 1759. edito.

PLURES Claſſes, rerum diviſiones ſequendo, in numero Codicum haud ita magno obſervare inutile foret.

RESTAT nunc, ut de ſpeciminibus ſcripturae, quae ex variis Codicibus tradidi, pauca moneam. Exhibui nempe ſeriem Scripturarum a ſeculo VI. uſque ad ſeculum XIV. Praemiſi Tabulâ I. Fragmentum Inſcriptionis aeri inciſae, quod inter varias antiquitatis reliquias Aventici prope pulcherrimum illud Pavimentum ex muſivo opere repertas, cum aliis Inſcriptionum fragmentis, in Antiquaria Bibliothecae noſtrae ſuppellectile habemus. Sed de his adeat Lector opus perelegans de Aventico amici mei Sam. Schmidt, cui hanc totam Provinciam bene merenti lubens relinquo. Fragmentum hoc Inſcriptionis

quam ad initium ſeculi III. poſt N. C. pertinere exiſtimo, propter ſimilitudinem Characterum cum formâ Scripturae Codicis ex quo ſpecimen ſecundum ejusdem Tabulae exhibeo, publicare conſtitui. Apices nempe Literarum in Inſcriptione et in Codice ſimiliter circumducuntur, magnitudo litterarum ea eſt qualem in Tabula exhibui. Codicis tamen ejus Fragmentum ſeculo VI. non eſſe antiquius, cenſeo, quia literis minoribus rotundis ſcriptum eſt, tituli vero Capitum tantum Litteris quas vocant Semiunciales exarati. Hi Similes ſunt Inſcriptioni Aventicenſi; Litterae autem minores, ut ſupra monuimus non ante ſeculum VI. fuerunt receptae. Codex iſte eſt argumenti Medici, in quo frequenter Galenus citatur, ex Verſione ſcilicet antiqua.

SEQUITUR Specimen ex Codice Cledonii Grammatici: Scriptus eſt iſte Litteris romanis rotundis. Atramenti color, forma litterarum, nullá adhibita vocum intervalla, continua ſerie currente ad finem ſententia, nullae praeter puncta diſtinctiones, color membranae vetuſtate nigreſcentis, omnia haec Codicem ſeculo VII. vindicant.

TER-

TERTIUM Specimen, ex Codice chronici Euſebiani edimus, cujus Inſcriptio deſignat annum 5. Childeberti Regis Francorum, quo Codex jubente Pipino (Magiſtro Palatii) ſcriptus fuit. Incidit hic annus in annum a. C. N. 700 Inſcriptio Litteris uncialibus exarata eſt. Codex ſcriptus eſt littera romanâ, paulum tamen ab illa Romanâ, ad Francogallicam vergente. Paginae continent duas columnas.

QUARTUM Specimen ex Codice Argentinenſis Epiſcopi, Rachionis juſſû ſcripto A. D. 787. editum eſt; ut fert inſcriptio *etiam litteris uncialibus* exarata.

SPECIMEN quintum ex Codice Virgilii erutum eſt, qui nitidiſſime ſcriptus et ad ſeculum IX. ex Criteriis notiſſimis pertinere viſus eſt, nulla additâ ex qua de eo conſtet, inſcriptione.

SPECIMEN ſextum ex Codice Gloſſaria aliquot latina continente editum eſt. Hujus aetas comprobatur inſcriptione primae pag. „anno Incarnationis Domini „DCCCCXI. fui inchoatus et fecit me „HPΥΟΛΦΟϹ ΛΗΟΥΤΛ. (Litteris enim „Graecis ſcriptum eſt nomen) Eriulphus „Levita.

SEP-

Septimum ſpecimen ex Codice qui continet Boetii Geometrica et fragmenta quaedam autorum de limitibus agrorum, Aggeni vrbici, Frontini, edidi. Adpictae ſunt vel delineatae variae figurae Geometricae. Inter has inveni terminorum, quos veteres in agris ponere ſolebant, figuras varias. Unam ex iis acutam, & in roſtrum deſinentem, etiam in nummo Familiae Terentiae, juxta Caput Jovis Terminalis, obſervavi.

Wilhelmi Gemmaticenſis, qui hiſtoriam Anglicam ſcripſit ſeculo XII., Codex nobis ad illud ſeculum pertinere viſus eſt.

Ultimum ſpecimen decerpſi ex chronico Comitum Habsburgenſium auctore quodam Magiſtro Mathia a Nuvvenburg, Clerico Berchtoldi de Buchegge Epiſcopi Argentinenſis, ſeculo XIV. exarato. Hoc opus idem eſſe cum chronico M. Alberti Argentinenſis, edito inter ſcriptores germanicos Urſtiſii, ad marginem chronici editi notaverat Bongarſius, et ipſi ita eſſe comperimus.

Monendus eſt denique lector ut, antequam ad legendum hunc Catalogum accedat, ad indicem mendorum typographicorum, in fine libri additum, oculos convertat, quae cautio, ne in errores paſſim incidat, haud inutilis erit.

Theo-

THEOLOGIA.

No. — ***A.*** — ***Seculi.***

644. CODEX Chartac. in 4to.

Abd Alawahid Ibn Alaſchir Compendium Religionis Rythmicum,

ubi poſt partem theoreticam obiter tractatam practica latius per capita traduntur, praemiſſae ſunt huic opuſculo Preces Magicae *cum Figuris*, item exemplum Precum quas Mohammedes a Gabriele Angelo accepiſſe traditur, cum narratione ad hoc argumentum, additae aliae Preces, notatur Annus Hegirae 1129. Addita ſunt alia quaedam Proſaica et metrica.

319. in 4to Codex Membran.

Aben Eſra Peruſch al Hathorah, ſive Commentarius in Pentateuchum,

fuit olim Theodori Bezae, accedunt duabus poſtremis paginis ejusdem ex ore Collecta fragmenta, ſub Titulo Likkutim in quaedam eorundem librorum loca.

637. in 4to Codex Chartac.

Abu Mohammedis Abd Allah Ibn Abj Zeid Kithabo l'riſalathi phil Madchale ila ilmi giomali mirravagibi omuri l'rajanathi.

Eſt compendium Theologiae Mohammedicae practicae lingua Arabica, paginas continet 176.

A Aegi-

No.	A.	Seculi.

Aegidii Biblia Metrica: vide Petrum Riga.

326. in 4to Codex Membran. XII.

Alani Magiſtri quadripartita Editio contra hereticos Valdenſes, Judaeos, Paganos.

613. iu 4to Codex Membran. XIV.

Alani de Inſulis Carmen Anticlaudianus

Liber 5tus in noſtro Codice dividitur ita ut Carmen ultimum pro IX. dicatur X. in fine hi Verſus additi. Anti liber Claudi feliciter explicit Anus Chriſte tue laudi quem doctor ſcripſit; Alanus Mille quater Verſus in eo ſunt atque trecenti. Et decies quinque cum Monade cuncta regenti. Tranſpoſitus eſt Verſus primus cujus ſententia haec: Liber Anti-Claudianus feliciter explicit.

120. Fol. Codex Membran. XI.

Albonis (S. Abbonis) Floriacenſis. Excerpta Romanorum Pontificum, ex libello qui continet geſta eorum, breviter deſcripſit Albo ſecutus veritatem Damaſi Romanae Eccleſiae Pontificis, qui eundem libellum ſcripſit rogatu Hieronymi.

Fuit hic Codex olim, teſte inſcriptione, quam in eodem invenimus, S. Maximini Abbatiae, vel prope Treviros, vel S. Maximini prope aquas Provincia Galliae: dein Bongarſii.

No.	*A.*	*Secul.*

262. Fol. Codex Membran.
Alcoranus
Litteris majuſculis, cum punctis vocalibus ſcriptus.

381. in 4to Codex Chartac.
Alcorani pars,
ex ea diſtinctione, Vigeſima tertia, continens Suratas 37, 38, 39.

382. in 4to Codex Chartac.
Alcorani pars,
ex ea diſtinctione Vigeſima quarta, continens Suratas 39. 40. 41.

654. in 8vo Codex Chartac.
Alcorani pars,
duodecima, tres ſuratas complexa nempe 12, 13, et 14.

656. in 8vo Codex Chartac.
Alcorani pars,
continens Suram Corani unicam; ab initio pauci Verſus deficiunt. nitidiſſime ſcriptus Codex.

212. Fol. Codex Membran. IX.
Alcuini Abbatis Verſus,
exhibentes figuram Crucis.

——— Carmen, vide Prudentium. 394.

892. in 4to Codex Membran. XII.
S. Alexi vita: Anonymi.

531. 4to Codex. Chartac. XV.
Petri de Alliaco, meditatio in ſeptem Pſalmos poenitentiales.

518. 4to Codex Chartac. XVII.
Altingii Theologia Methodica et refutatio Lutheranorum.

No.	*A.*	*Seculi.*

114. Fol. Codex Membran. *XII.*

Ambroſii Omeliae in feſtis ſanctorum.

277. in 4to. Codex Membran. *X.*

Ambroſii de Officiis Miniſtrorum libri 3.

in prima pagina legitur, hunc Codicem Mabbo Epiſcopus dedit S. Benedicto imprecans, ut ſiquis eum abſtulerit Anathema ſit, fuit nempe hic Codex S. Benedicti Floriacenſis, deinde Bongarſii.

278. in 4to Codex Membran. *X.*

Ambroſii de ſpiritu S. Libri 3.

Ejusd. de Incarnatione, liber 1. Ejusd. de fide contra Arrianos, liber. 1. Ejusd. Geſta Epiſcoporum Aquileiae contra hereticos Arrianos.: Ejusd. in natale S. Nicolai Epiſcopi lectio S. Evangelii ſecundum Lucam.

325. in 4to. Codex Membran. *X.*

Ambroſii Epiſcopi Mediolanenſis Liber, qui vocatur Exameron.

385. in 4to Codex Membran. *XII.*

Ambroſii Exameron

deeſt initium libri 1. et finis libri 6.

612. in 4to Codex Membran.

Ambroſii liber de Sacramentis.

185. Fol. Codex Chartac. *XVI.*

Guilielmi de S. Amore, Collectio Catholicae et Canonicae ſcripturae ad defenſionem Eccleſiaſticae Hierarchiae.

74. in Fol. Codex Membran. *XI.*

Amphilochius de Vita et Miraculis S. Baſilii.

464. in

No. **A.** Seculi.

464. in 4to Codex Chartac. XVI.

Anabaptiſtarum Opuſcula Germanica, S.
Epiſtlen und Sendbriefen, wie auch andere Büchlin der vornehmſten Tauffbrüderen, ſo man nennet Widertäuffer, geſchrieben und geendet 26. Septemb. 1561. Georg von Dugsburg, plurima Opuſcula hujus Codicis ſunt cujusdam Pilgrami Marpeck.

451. in 4to Codex Membran. IX.

Anacleti Papae, de Sacerdotibus Epiſtolae quaedam.

412. in 4to Codex Membran. XIII.

Anaſtaſii de Vitis Pontificum Romanorum fragmentum.
„ Exarchum vel qui eum direxerat, „ Uſque ad haec verba in Vita Stephani IV. „ Et „ ceſſavit Epiſcopatus dies novem Amen. „.

461. in 4to Codex Membran. XV.

Anſelmi Archiepiſc. dialogus in parabolam Patris familias,
qui nocte vigilat contra fures. Mathaei. 24.

371. Codex Membran. XII.

Anſelmi Epiſcopi (Cantuarenſis) Liber de intelligendo et videndo Deo.
quum non ad manus fuerit editio operum Anſelmi anni 1721. neſcio an Tractatus iſte inter ea editus fuerit.

423. in 4to Codex Chartac. XVI.

Antichriſten, klare Beſchreibung aller [Antichriſten] An. 1591. geſchrieben Anonymi.

376. in 4to Codex Membran. VIII.

S. Antonii Vita, authore Athanaſio.

No. — *A.* — *Seculi.*

53. Fol. Codex Membran. *XII.*

Aquisgranenſis Concilii Juſſu Imperatoris Ludovici celebrati Anno 815. Canones continentes Regulas Canonicorum.

903. in 4to Codex Membran. *IX.*

Aquisgranenſe Concilium II. ſive Synodus habita tempore Pipini Regis Aquitaniae, inſcripta Pipino, anni 836.

hanc vide Conciliorum Ed. Reg. Tom. XXI. Canones tamen, qui in Editione Conciliorum praemittuntur, in noſtro Codice deſunt, qui tantum habet Synodi libros 3. deeſt finis libri 3.

Aquinatis

Vide Thomam.

83. Fol. Codex Membran. *XII.*

Argentinenſis Eccleſiae Theſaurus,

tempore quo Eberhardus Cuſtos adeptus eſt cuſtodiam Do. H. Venerabili Epiſcopo et Canonicis et Miniſterialibus ac burgenſibus expoſitus, praemiſſis nominibus Fratrum. Unico folio continentur nomina Canonicorum Capituli Argentinenſis, et enumeratio vaſorum, veſtium etc. Theſauri ejus Capituli.

Deſcriptio illorum, qui propter Animae remedium praedia ſua dederunt ad uſus Fratrum Argentinenſium, per dierum Anniſeriem.

De officiis Fratrum a quatuor praepoſitis amminiſtrandis,

hic Codex olim Capituli fuiſſe Argentinenſis videtur.

43. Fol. Codex Membran. *XIII.*

Ave Maria, in illud Explicatio, Anonymi,

Codex olim B. Mariae Celeſtinorum de Metis. — 12. 13.

No. *A.* *Saecul.*

12. 13. Fol. Codex Membran. XI.

Auguſtini de Civitate Dei libri XXII.

in fine prioris Voluminis legitur.

Hic liber eſt S. . . . . quem Hato ſcripſit; quem ſi quis furto abſtulerit Anathema ſit.

30. Fol. Codex Membran. XI.

Auguſtini Sermones duo.

35. Fol. Codex Membran. XII.

Auguſtini Sermones ſuper Pſalmos, a Pſalm C. ad Pſalm CL.

43. Fol. Codex Membran. XIII.

Auguſtini Tractatus de locutione Animae ad Creatorem ſuum

vel potius ſecundum Auguſtinum.

Auguſtini meditationum pars.

iſte Codex erat olim Conventûs B. Mariae Celeſtinorum de Metis.

47. Fol. Codex Membran. XI.

Auguſtini Homiliae in Feſtis Sanctorum.

in prima pagina legitur Liber B. Mariae forſan Celeſtinorum de Metis.

103. Fol. Codex Membran. IX.

Auguſtini Sermones in Evangel. Johannis,

caeteri deſunt.

110. Fol. Codex Membran. X.

Auguſtini Sermones in Evangelium Mathaei,

Ctus mutilus, hic Codex erat olim B. Mariae Celeſtinorum de Metis.

114. Fol. Codex Membran. X.

Auguſtini Homiliae in Feſtis Sanctorum.

No.	A.	Seculi.

117. Fol. Codex Membran. IX.

Auguſtini Expoſitio in Pſalterium a Pſalmo 74. ad finem

additis canticis Iſajae, Ezechiae, Annae, Moyſis.

Quaeſtiones ab Oroſio propoſitae et a B. Auguſtino expoſitae.

134. Fol. Codex Membran. X.

Auguſtini de Civitate Dei Libri.

Hic Codex olim S. Benedicti Floriacenſis.

162. Fol. Codex Membran. IX.

Auguſtini Libri de Opere Monachorum: de Fide et Operibus, contra Donatiſtas: De Bono Virginitatis: De Bono Conjugali: De Bono Viduitatis: De Symbolo: De Oratione Dominica.

Hic Codex nitidiſſime ſcriptus olim fuit Petri Danielis.

176. Fol. Codex Membran. XI.

Auguſtini libri de perfectione Juſtitiae, de Natura et Gratia, de Gratia et Libero Arbitrio, de Corruptione et Gratia. Epiſtola Proſperi ad Auguſtinum de querela Gallorum, Epiſtola Hilarii ad eundem ejusdem argumenti. Auguſtini Liber de Praedeſtinatione Sanctorum, idem de bono perſeverantiae.

212. Fol. Codex Membran. IX.

Excerptum ex Libro 2. Auguſtini de Chriſtiana doctrinâ, de Sophismatibus

falſae

No.	A.	Seculi.
	faſſae concluſionis, et ex ejusdem libris contra Priſcilliamitas, de Muſica, de Ordine, de Civitate Dei, de Geneſi.	
229.	4to Codex Membran.	XIII.
	Auguſtini Manuale, ejusdem Epiſtola ad Cyrillum, de Magnificentiis Jeronimi, et Cyrilli Epiſtola ad Auguſtinum ejusdem argumenti.	
245.	4to Codex Membran.	XV.
	Auguſtini Enchiridion ſ. Manuale.	
245.	4to Codex Membran.	XII.
	Ex Auguſtino Excerptum de Videndo Deo.	
325.	4to Codex Membran.	X.
	Auguſtini Confeſſionum Libri XIII.	
352.	4to Codex Membran.	X.
	Auguſtini de Civitate Dei Libri XIX-XXII. fuit hic Codex olim Petri Danjelis.	
361.	4to Codex Membran.	XII.
	Auguſtini de Doctrina Chriſtiana ſententiae.	
363.	4to Codex Membran.	XII.
	Auguſtini de Rhetorica et Dialectica liber.	
418.	4to Codex Membran.	XIV.
	Auguſtini Martyrologium, idem cum 319.	

No.	A.	Seculi.
424.	4to Codex Membran. Auguſtini Sermo de Verbis Apoſtoli; omnes nos manifeſtari oportet ante Tribunal Chriſti: Ejusd. liber Exhortationis ad quendam Comitem kariſſimum ſibi, et de caſtitate ſervanda cum uxoribus: Ejusdem liber de diſciplina Chriſtianorum.	XI.
543.	4to Codex Membran. Auguſtini ſententiae de poenitentia Salomonis et de Anti-Chriſto.	XIV.
453.	4to Codex Membran. Idem denuo.	XV.
461.	4to Codex Membran. Auguſtini Liber ſoliloquiorum: Ejusd. Meditatio de Spiritu S. Ejusdem Sermo de X. plagis Egypti et de X. preceptis Dei.	XV.
548.	4to Codex Membran. Auguſtini Dialectica.	XI.
618.	4to Codex Membran. Auguſtini Anglorum Epiſcopi interrogatio, an Mulier praegnans debeat baptizari, cum reſponſione Gregorii Papae.	XIII.
632.	4to Codex Membran. Ex Auguſtino et aliis Patribus Excerpta.	XIII.

460. 8vo

No. B. Seculi

460. 8vo Codex Membran. XIII.
Auguſtini de Doctrina Chriſtiana ſententiae.

680. 8vo Codex Membran. X.
Auguſtini Enchiridion.
Hic Codex olim fuit Bongarſii.

699. 8vo Codex Membran. X.
Auguſtini Enchiridion.

No. B. Seculi.

699. 8vo Codex Membran. XV.
Von dem rächten Apoſtoliſchen Bann, wye der in der Kylchen GOttes ſoll gebrucht werden. Ernſthaffte Erlüterung von den ſyben Syglen deß Teſtaments, von dem Schlüſſel Davids und Lamm GOttes; von der waren Chryſten Glauben. Opus Anonymi.

531. 4to Codex Chartac. XV.
Baſilii Oratio de Laudibus Vitae ſolitariae.

47. Fol. Codex Membran. X.
Homiliae Bedae in feſtis ſanctorum.
Codex olim S. Mariae vel Argentinenſis vel Metenſis.

49. Fol. Codex Membran. XI.
Bedae Presbyt. hiſtoria Eccleſiaſtica Anglorum.

His

No. B. Seculi.

Hic Codex olim fuit Coenobii S. Benedicti Floriacenſis, in fine adſcriptum eſt Anathema in eum, qui Codicem abſtulerit.

110. Fol. Codex Membran. X.
Bedae Presbyt. Tractatus de Computo ſ. loquela digitorum et de ratione unciarum.
fuit iſte Codex olim B. Mariae Celeſtinorum de Metis.

114. Fol. Codex Membran. X.
Bedae Homiliae in Natalibus Sanctorum.

171. Fol. Codex Membran. XI.
Bedae Expoſitio in Marcum.
Ejusdem vita B. Arnulphi.

804. 4to Codex Membran. XII.
Bedae presbyt: Homiliae in Lectionem Evangelii Johannis.

305. 4to Codex Membran. XI.
Bedae presbyt. Tractatus in Proverbia Salomonis
literis initialibus pictis ſcriptus.

892. 4to Codex Membran. XIII.
Bedae Presbyt. Vita et Miracula B. Cuthberti.
Truncus eſt a fol. 24. ad 35. fuit Codex olim S. Victoris Pariſienſis, dein Bongarſii.

15. Fol. Codex Chartac. XV.
Bernardi Abbatis Clarevall. Expoſitio in Cantica Canticorum et Expoſitio Gilberti Porretani in eadem.
Hic Liber olim Coenobii Portae Montis prope Bernam.

43. Fol.

No.	B.	Seculi.

43. Fol. Codex Membran. XIII.

D. Bernardi Omeliae quatuor in laudibus Virginis Matris, praemiſſa eſt generatio Domini noſtri et S. Johannis Baptiſtae, Jacobi et Johannis Evangeliſtae, Servatii et Jacobi Fratris Domini.

43. Fol. B. Bernardi Lamentatio ſuper Paſſione Chriſti.

Tractatus de revelatione facta B. Bernardo a B. Virgine,

cui in editis titulus eſt. De Lamentatione B. Virginis.

B. Bernardi Clarevall. Meditationes,

incipientes ſic. „ Multi multa ſciunt et ſe „ ipſos neſciunt. „

74. Fol. Codex Membran. XII.

Bernardi Clarevall. Vita S. Malachiae et Sermo de Vita ejusdem

78. Codex Membran. XIII.

Bernardi Abbatis Clarevallenſis Vita.

No. *A.* *Seculi.*

271. Fol. Codex Membran. XIII.

Bernardi Clarevall. Tractatus de Paſſione Domini noſtri JEſu Chriſti

habet Fol. 3.

374. Fol. Codex Membran. XII.

Bernardi Clarevall. Tractatus de diligendo Deo, de praecepto et Diſpenſatione, retractatio in Libro de gradibus humilitatis. Omelia in locum Evangelii. „Intravit in quoddam Ca„ſtellum. Omeliae quatuor in Evange„lium Lucae Miſſus eſt Angelus Ga„briel.“

335. 4to Codex Membran. XII.

Bernardi Portarum Prioris, Johannis de Monte Medio et Stephani de Chalmeto, Epiſtolae de contemptu mundi, de gratiarum Actione, etc.

Extant in Biblioth. Patrum tomo XXIV. pag. 1501. ſeqq.

377. 4to Codex Membran. XIII.

Bernardus de Paſſione Chriſti et Lamentatione B. Mariae.

hic non extat inter Opera edita D. Bernardi. Fuit olim Celeſtinorum de Metis.

710. 8vo

No. B. Seculi.

710. 8vo Codex Membran. XIII.

Bernardi Silveſtris Megacoſmus.

Carmine hexametro

Biblia et Bibliorum Libri ſingulares.

91. Fol. Codex Membran. 318. foliorum.

Bibliorum Hebraicorum eam partem continet, quae ſtilo Rabbinorum prophetas priores & poſteriores complectitur;

Joſuam, Judices, utrumque Samuelis itemque Regum libros; dehinc primo loco ſequitur Jeremias, quem excipit Ezechiel, atque hunc Eſajas: Subjunguntur duodecim quos nos minores dicere ſolemus Prophetae, vulgato ordine: Servat ergo Codex noſter antiquum ordinem jam a Talmudicis traditum in *Bava Batra* fol. 14. col. 2. atque iis annumerandus eſt, de quibus Joh. Chriſtoph. Wolfius exponit Biblioth. Hebr. T. II. Sect. I. §. 15. p. 47. Scriptionis haec eſt ratio: Singulae membranae quadratae fere paginae in 3. columnas lineis ductis diſtinctae ſunt, quarum ſingulae non niſi duos transverſos pollices latae ſunt, quo factum eſt ut ubique fere vocabula ſecanda fuerint, ita tamen ut quaelibet vox coepta et non abſoluta ſequenti linea denuo a capite repetatur: Characteres literarum grandes ſunt, craſſi, ſatis elegantes, ſcriptor tamen hujus textus vel imperitus vel ſupine negligens; omnia haec non pro ſolita accuratione Judaeorum in libris ſacris exarandis. Multa enim a prima manu fuerant perperam ſcripta, levibus dehinc lituris emendata, multa omiſſa, minuto charactere ad marginem ſuppleta: Ut optimis Codicibus in omnibus jam reſpondeat. Punctorum vocalium atque accentuum qui per totum librum adjecti ſunt major eſt accuratio, ut raro quid emendari fuerit neceſſe;

haec a ſecunda atque peritiori, ut videtur, manu adjecta fuerunt: Codicem tamen eo conſilio ſcriptum fuiſſe, ut notis vocalibus &c. animetur dubium haud videtur; Accedit *Maſora* minutis literis cum ad latera, tum in ſumma atque ima una pagina appicta, eadem ratione qua in Bibliis Buxtorfianis fuit excuſa: cum quà re ipſa conſentit, quamvis in forma hinc inde differat. Locus *Joſuae* c. 21. v. 36. 37. (de quo conf. *Wolfius* l. c. §. 9. p. 14.) in noſtro Codice ſuo ordine ſcriptus eſt, ſed vocalibus atque accentibus hic omiſſis, et addita eadem nota, quae in *Bibl. Buxt.* legitur Viri docti qui nuper ſe de re Chriſtiana et literaria egregie merituros eſſe ſibi perſuaſerunt, ſi varias lectiones ex Codicibus antiquis conquirerent, in noſtro Codice haud pauca deprehenderent, quae cum ſpecie veri in eam claſſem referrent, forent tamen fruſtra; Vitioſa toties ſcriptio ſcriptoris negligentiam et feſtinationem prodit, ſelix non nunquam error, qui pro varia lectione poſſet obtrudi, caſui, non meliori Codici debetur, cujus auctoritate motus ſit ſcriptor; male ergo Codex noſter pro interpolato haberetur. Unum notandum ſupereſt hunc eundum eſſe Codicem cujus cel. *Wolfius* Bibl. Hebr. T. II. Sect. 3. p. 304. mentionem facit, cujus deſcriptio ex his noſtris emendanda eſt. Cum nulla neque ſcriptoris neque temporis nota ullibi occurrat, temeraria ſatis foret aetatis hujus Codicis aeſtimatio, antiquioribus tamen connumerandum eſſe conſtat.

3. 4. Fol. Codex Membran. IX.

Biblia Latini Hieronimi.

Priori Tomo habetur Pentateuchus. Liber Geneſis diviſus eſt in Capita LXXXII. deſunt a Capite. Geneſeos LXXVI. usque ad Exodi

No. | B. | Seculi.

Exodi Caput XXXIX. Liber Exodus habet Capita CXXXIX. deeſt finis Libri numerorum. Pentateuchum ſequuntur, Liber Joſue, Judicum, Ruth, Samuelis duo, vel Regum duo priores, Regum 3. et 4. Prophetae majores et minores, Job, Pſalterium, cui additur Pſalmus CLI.

Tomus ſecundus continet, Proverbia, Eccleſiaſten, Canticum, Librum Sapientiae, Eccleſiaſticum, Paralipomenon Libros 2. Esra, Eſter, Tobia, cui finis deeſt, Judith, cui initium deeſt, Machabaeorum Libros 2. Evangelia, praemiſſo Canone Evangeliorum et Indice Capitum, Acta Apoſtolorum, Epiſtolas Jacobi, Petri, Johannis, Judae, Pauli ad Romanos, ad Galatas, ad Epheſios, quae in fine mutila, ad Timotheum, quarum prioris deeſt initium, ad Titum, ad Philemonem, ad Hebraeos, Apocalypſin, uſque ad haec Verba. „ Et Angelo Epheſi Eccleſiae ſcribe„ caetera deſunt.

Sub Titulo Eſrae in priori Tomo extant Liber Eſrae 1. et 2. qui etiam Nehemiae dicitur, coeteri duo libri Eſrae nec in hoc Codice, nec in Alio A. 9. extant.

A. 9. Fol. Codex Membran. IX.

Biblia Latina Hieronimi.

Eodem Librorum ordine, quo Codex, 3. 4. exceptis his. Daniel non cum Prophetis, ſed poſt Librum Jeſu Sirach invenitur, deeſt ab Evangelio Johannis a Capite XIII. vers. 8. usque ad 1. Epiſtol. Pauli ad Corinth. VII. deeſt nempe Pauli Epiſtola integra ad Romanos, quae in hoc Codice Evangelia ſequebatur. Poſt Epiſtolas ad Corinthios, coeterae Pauli Epiſtolae, poſt has Epiſtolae 7. Canonicae, dein Acta Apoſtolorum et Apocalypſis. Codicem claudit:

No. *B.* *Secul.*

Vita S. Johannis Apoſtoli et Evangeliſtae.

Cujus Prologus ſic.

„ — (*a*) Servus Chriſti Epiſcopus Laodiceae, „ univerſis Eccleſiis Catholicorum aeternam in „ Chriſto ſalutem. Volo ſollicitum eſſe fra„ ternitati veſtrae de Leucio quodam, qui „ ſcripſit Apoſtolorum Actus, Johannis Evan„ geliſtae, S. Andreae et Thomae Apoſtoli „ etc. Sub nomine Melliti hanc vitam editam ait Fabricius Cod. apocryph. N. T. pag. 773. Ea continet 4. pag. in noſtro Codice.

A. 32. Fol. Codex Membran. *XV.*

Biblia Latina Hieronimi.

In hoc Codice ordo Librorum diverſus à prioribus. Poſt Libros Regum, Libri Paralipomenon, dein Libri Eſrae tres, quibus deeſt initium uſque ad Cap. V. Libri 1. dein Tobia, Judith, Esther, (cujus initium cum fine Judith deeſt.) Job, Pſalmi, Proverbia, Eccleſiaſtes, Cantica, Liber, Sapientiae, Eccleſiaſticus, ſ. Jeſus Sirach, Evangelia, Epiſtolae Canonicae, Apocalypſis; in fine interpretationes Hebraicorum nominum ordine Alphabetico.

Hic Codex nitidiſſime ſcriptus, litteris initialibus pictis et in auratis.

27. 28. Fol. Codex Membran. *XIV.*

Biblia Gallicae Verſionis.

Tomus primus continet. Pentateuchum, Joſua, Judices, Regum 4. Paralipomena 2. Eſrae 3. Tobiam, Judith, Eſter, Job, Pſalterium.

(*a*) Non *Mellitus* legitur.

Tomus

No.	B.	Secul.

Tomus ſecundus continet; Proverbia, Eccleſiaſten, Cantica Sapientiae, Eccleſiaſticum, Prophetas, Machabeorum 2. Evangelia, Epiſtolas Canonicas, Apocalypſin. In Libros Geneſis, Joſuae, Judicum et Ruth, inſertae ſunt Gloſſae ejuſdem ſcripturae cum Textu; in coeteros Libros nullae. Specimen hujus Verſionis exhibemus Geneſeos verſus 4. priores.

„ *Teuxte.* El. comencement cria dex le ciel e la „ terre la terre eſtoit noirement vainne et „ vuide. E Tenebre eſtoient ſur la face d'a„ bisme. Li Esperts Dame Deu eſtoit portés „ ſus eues.

„ *Gloſe.* Quant la ſainte ecriture comence a de„ monſtrer en la primere parole que diex „ eſt perdurables et tout poiſſans, que par„ ce que ele dit que il cria le munde au „ comencement devons nos entendre que diex „ fu tot jors encore que li mondes fut fez,, haec Verſio eadem eſſe videtur cum Cod. Bibl. Reg. 6704. cujus autor coaevus Philippi Pulcri. Vide P. le Long Biblioth. ſacrae Cap. 5.

214. Fol. Codex Membran. XIII.

Bibliorum Gallicae Verſionis. A

Libri, Pentateuchus, Joſue et Judicum, deſinit in Judicum capite XVI. eadem videtur verſio cum praecedenti; hic tamen Codex in omnes Libros gloſſas exhibet, et antiquiorem ſcripturam.

631. in 4to Codex Membran. XV.

Biblia latina Hieronimi,

eodem ordine, quo A. 72.

 A. 72.

No.	B.	Seculi.
A. 72. 8vo Codex Membran.		XIV.

Biblia latina Hieronimi,

eodem Ordine quo A. 32.

A. 73. in 8vo. Codex Membran. XIV.

Biblia latina Hieronimi,

eodem Ordine quo A. 32.

B. 51. in 8vo Codex Membran. XV.

Biblia latina Hieronimi,

eodem Ordine, quo A. 9. nempe poſt Evangelia ſequuntur Acta Apoſtolorum, dein Epiſtolae Pauli &c.

647. in 8vo Codex Membran. XIV.

Biblia latina Hieronimi,

eodem Ordine, quo 638.

A. 1. Codex Membran. XVIII.

Pentateuchus, hebraice, ſine punctis,

in Volumine, nitidiſſime.

A. 2. Codex Membran. XVIII.

Libri Legis, ſine punctis,

in Volumine, nitidiſſime.

No.	B.	Seculi.

A. 24. Fol. Codex Membran.

Cantica canticorum, hebraice, ſine punctis.

55. 56. Fol. Codex Chartac. XVI.

Verſio latina Tremellio - Juniana, Iſaiae, Jeremiae, Ezechielis; Jobi, Pſalmorum, Eccleſiaſtes, Cantici, a manu Junii, cum annotatis ipſius.

A. 103. Fol. Codex Membran. IX.

Pſalmorum fragmentum.

127. Fol. Codex Chartac. XVII.

Hoſea cum Interpretatione Redack, latine,

adeſt tantum praefatio.

Joel cum Interpretatione Dav. Kimchi, latine.

Jona, cum Interpretatione Redack,

adeſt tantum Caput 1.

343. in 4to Codex Membran. VIII.

Eſra et Chameſch Megilloth, ſ. Libri Ruth, Eſdras, Cantica, Eccleſiaſtes, Lamentationes Jeremiae, Eſter, hebraice,

No. *B.* *Secul.*

litteris majoribus cum punctis, ſcriptus Ad computi Jud. 5170. ſive à C. N. 1312.

933. in 4to Codex Membran. *IX.*

Libri Job, Tobiae, Judith, Esther, latine, cum praefatione Hieronimi.

Excepto libro Judith, cui nulla praemiſſa eſt praefatio, nec incipit uti in vulgata, ſed in noſtro Codice his verbis fit initium.

„ Annô duodecimo regnante Nabucodonoſer, „ qui regnavit in Aſſiriis. „ Varias etiam lectiones obſervavimus in Judith à vulgata diverſas, e. gr. in fine ſic habet noſter Codex.

„ Et facta eſt clara in omni terra et multi „ concupierunt eam, et neſcivit vir illam ex „ quo mortuus eſt Manaſſes Maritus illius. „ Et procedente tempore clara facta eſt et „ ſenuit in domo mariti annos agens vitae „ 105 et mortua eſt in Betuliam etc. “ quae non ita in vulgata.

946. in 4to Codex Membran. *XIII.*

Ex Prophetis, Job, Proverbiis, Sapientiae, Sirach, Epiſtolis Pauli excerpta.

A. 69. 8vo Codex Membran. *XVII.*

Pſalmi 1 et 2 Carmine Graeco.

No.	B.	Seculi.

423. Codex Membran.

Pſalmi et Orationes hebraice.

460. 8vo Codex Membran. *XIII.*

Canticum Canticorum ſcholiis marginalibus.

205. Codex Chartac. *XV.*

Pſalmi ſeptem Poenitentiales cum Expoſitione.

605. 4to Codex Membran. *XIII.*

Pſalmi Davidis et orationes ſacrae ſ preces.

668. 8vo Codex Membran. *IX.*

Pſalterium notis Tyronianis ſcriptum.

Deeſt initium et titulus Codicis cum Pſalmis 5. prioribus. Praemittitur ſingulis Pſalmis titulus, numerus et initialia verba.

Poſt Pſalmum LXXI. leguntur haec.

„ Hucusque ſecundus Liber, et hoc quod „ ſcribitur, defecerunt laudes David filii Jeſ„ ſe, ad finem ejusdem Libri pertinet. Pſal„ mus vox *Aſſaph* principium eſt tertii libri,„ haec eadem leguntur in Commentariis Hieronimi in Pſalmos. Tituli noſtri Codicis cum titulis Hieronimi maximam partem conveniunt. Aliquando tamen obſervavimus differentias, veluti in Pſalmo XC. Noſter Codex habet: laus Cantici ipſi David. In

No.	B.	Seculi.

In fine Pſalterii additus eſt Pſalmus CLI. praemiſſo hoc titulo litteris initialibus:

„ Hic Pſalmus proprie ſcriptus David et extra
„ numerum, cùm pugnavit cum Goliath.
„ Hic Pſalmus in hebraeis Codicibus non
„ habetur, ſed ne a LXX. in quid Interpre-
„ tibus editus eſt et idcirco repudiandus.

Poſt Pſalmos, notis etiam Tyronianis, extant.

Canticum Prophetae Iſajae. Scripturae Ezechiae Regis, Canticum Annae, Moyſi, Abacuc, Moyſi ad filios Iſrael, Benedictio trium puerorum ad mat. ſequitur:

Fragmentum Lexici Tyroniani, ſive notarum Tyronis, cujus tantum 7. reſtant folia: Characteres iidem cum eis, quos Gruterus ad Calcem Inſcriptionum edidit, ſed non eodem Ordine. Hic Codex olim fuit Bongarſii.

706. 8vo Codex Membran. XIV.

Parabolae, Sapientiae, Canticum, Ecclesiaſticus, Prophetae, Minores, Job, Tobias, ex Verſione latina Hieronimi.

45. Fol. Codex Membran. IX.

Evangelia quatuor latine Hieronimi,

praemiſſo Canone Evangeliorum et indice capitulorum, diverſo ab indice Codicis 3. In priori pagina pictae ſunt Icones quatuor Evangeliſtarum cum Capitibus Animalium, quae vulgo pro eorum typis poſita ſunt, corpori humano impoſitis.

No.	B.	Seculi.
A. 48. Fol. Codex Membran.		XII.

Epiſtolae ſeptem Canonicae,

cum Prologo et Comentario, qui vulgo feruntur Hieronimi, quamvis adhuc dubitetur. Locum ejus Prologi celebratum ubi de Epiſtolae Johannis I. verſu illo de Trinitate agitur, ex noſtro Codice exſcribamus, ubi ſic.

„ Eſt nempe prima earum [Epiſtolarum] una Ja„ cobi, Petri duae, Johannis tres, et Ju„ dae una. Quae ſi ut ab eis digeſtae ſunt, „ ita quoque ab Interpretibus fideliter in la„ tinum eloquium verterentur, nec ambigui„ tatem legentibus facerent, nec ſermonum „ ſeſe veritas impugnaret, illo praecipue lo„ co, ubi de unitate Trinitatis in prima „ *Johannis Epiſtola* poſitum legimus. In quo „ et ab infidelibus Translatoribus multum er„ ratum eſſe fidei veritatis comperimus. Tria „ tantum vocabula, hoc eſt aquae, ſangui„ nis et ſpiritûs in ipſa ſua editione ponen„ tibus, et Patris verbique ac Spiritûs teſti„ monium omittentibus, in quo maxime et „ fides Catholica roboratur, et Patris et Fi„ lii et Spiritûs S. una divinitatis ſubſtantia „ comprobatur. In ceteris vero Epiſtolis, „ quantum a noſtra aliorum diſtat Editio, „ Lectoris prudentiae derelinquo. Si tu „ Virgo Chriſti Euſtochium etc.„ de hoc prologo vide Cavei Hiſtor Litt. et alios in *Hieronimum*.

Hic Codex olim fuit Coenobii S. Galli.

834. 4to Codex Membran.		XI.

Evangelium ſecundum Mathaeum, ex Verſione Hieronimi.

addi-

additis gloſſis marginalibus et interlinearibus, quae vulgo tribuuntur Walafrido Straboni, et editae ſunt in Bibliorum opere ſine nota anni, ſeculi XV. gloſſarum hujus Codicis exemplum ad Mathaei Cap. IV. vers 1. 2. hoc exhibemus.

„ Tunc JEſus ductus eſt in deſertum a ſpiritu, „ ut tentaretur à Diabolo. Et quum jejuna„ naſſet quadraginta diebus et quadraginta no„ ctibus, poſtea eſuriit.

Gloſſa „ hoc addit, ne in nocte comediſſe putetur„ . ad hunc verſum. „ Si filius Dei es, dic ut lapides iſti panes fiant. „ *Gloſſa*. à gula cepit, ſc. quo ordine Adam dejecit ab iſto vincitur.„ Ex his exemplis, de gloſſis noſtris judicari poteſt. Gloſſis in Mathcum addita fragmenta ex Patribus Hieronimo, Leone Papa, Auguſtino.

In eodem Codice. XIII.

Epiſtolae Pauli ad Romanos, Corinthios et reliquae.

cum gloſſis. In Epiſtolam ad Romanos Gloſſae diverſae ſunt ab editis, quas ſupra citavimus, noſter enim Codex habet gloſſas ſub nomine Lanfranci et Drogonis, quae non extant inter gloſſas editas. Has Drogonis gloſſas nec Caveus, nec Fabritius, qui tres hujus nominis nuncupant, noviſſe videntur. Earum ſpecimen in Epiſtola ad Romanos Cap. III. vers 20. „ quia ex operibus legis non „ juſtificabitur omnis caro coram illo, per „ legem enim cognitio peccati.

Gloſſa

No. B. Seculi.

Gloſſa Drogonis.

„ Quod dicit ex operibus legis, non, i. o. t. c.
„ c. illa vera et plana ſententia, ſive opera
„ legum carnales obſervantias accipias ſive
„ actus morales, ſive utrumque. Ratio autem,
„ quam ſubjungit, nullô modo videtur cohae-
„ rere, *per legem enim cognitio peccati*, quod
„ ſi legatur ſine ſuppletione *tantum*, verum
„ quidem eſt, ſed ſuperiori ſententiae non
„ videtur annexum. Sive autem *tantum* intel-
„ ligatur, falſa jam videbitur ſententia, neque
„ enim per legem tantum cognitio eſt peccati,
„ cum per eandem ſit cognitio juſticiae et di-
„ lectionis Dei etc. „

Longior eſt locus, quam ut integer hic inſeratur.

Singulis Epiſtolis praemittuntur argumenta, quae etiam extant in ſupra laudata Editione gloſſata bibliorum. Extant gloſſae in noſtro Codice diverſorum Patrum, Ambroſii, Auguſtini, Lanfranci; Drogonis vero in Epiſtolam tantum ad Romanos. Sequitur Auguſtini fragmentum de Paſcha, et idem de 15. annis vitae Ezechiae additis.

In eodem Codice. XIII.

Canticum Canticorum,

praemiſſo B. Gregorii Prologo, cum gloſſis interlinearibus et marginalibus.

Lucae Evangelium

cum gloſſis interlinearibus et marginalibus, denuo.

Lucae Evangelium

cum gloſſis interlinearibus et marginalibus, hae gloſſae ſunt eaedem atque in editione lau-

No. *B.* *Seculi.*

laudata. Deeſt a Capite 20. ad finem Evangelii.

334. 4to In eodem Codice. IX.

Pauli Epiſtolae, ad Romanos, Corinthios, et reliquae

cum praefationibus et canonibus in easdem, ſine gloſſis.

Epiſtolae ad Laodicenſes fragmentum,

ab initio usque ad haec verba „ Gaudete in Chriſto, et praecavete ſordibus in lucro „, hic locus aliter extat in Fabritii Codice Apocrypho N. Teſtam. ubi haec Epiſtola continetur.

348 4to Codex Membran. IX.

Evangelia quatuor, latine Hieronimi,

cum ejusd. praefationibus, praemiſſo Canone Evangeliſtarum, capitulis lectionum ſive titulorum in ſingulos Evangeliſtas, et Capitulis Evangeliorum, quae a lectionibus diverſa ſunt. Singulae paginae duabus columnis ſcriptae ſunt. Prima Evangelii Johannnis pagina litteris Initialibus tota. Evangeliis praemittuntur Icones 4. Animalium, vel ſymbolorum Evangeliſtarum.

621. 4to Codex Membran. XII.

Evangelia quatuor latina Hieronimi,

Charactere eodem ſcripta, quem Mabillionius Saxonicum vocat, et ſpecimini quod

ex

No. *B.* *Secul.*

ex *Iſidori* Codice Corbeienſi exhibet *Mabillonius* in arte diplomatica. Nulla in noſtro Codice vel capitum vel verſuum diſtinctio.

B. 1. 4to Codex Chartac. *X V I.*

Theod. Bibliandri Expoſitio in Eſajam.

In margine legitur.

A. 1532. Theodorus Bibliander curſum exortus eſt ab Eſaja magna cum admiratione Auditorum, vix enim annorum 23. fuit, altera fere vice abſolvit tota Biblia.

B. 9. 8vo.

Ejusd. *Expoſitio in* Librum Job. Cantica, Paralipomenon 1.

B. 10. 11. 12. 8vo.

Ejusd. expoſitio in Prophetas.

B. 30. 8vo.

Ejusd. expoſitio in Apocalypſin,

abſolvit A. 1544.

Boetius de Trinitate,

hujus opera omnia inter Autores Veteres Latinos.

A. 82. in 8vo Codex Chartac. *X V.*

No. B. Secul.

Bonaventurae Tractatus de modo proficiendi, ejusdem Alphabetum religioſum, et orationes variae.

Codex olim Carthus Baſil.

476. Forma minut. Codex Chartac. XV.

Bonaventurae Epiſtola de modo proficiendi.

Olim Carthus Baſil.

489. Fol. Codex Membran. IX.

Breviarium Apoſtolorum ex nomine vel locis, ubi praedicaverunt, nati, vel obiere. Sequuntur Feſta Sanctorum.

Breviario Apoſtolorum praemittitur Epiſtola Chromatij et Heliodori ad Hieronimum, et ejusdem Reſcriptum, ubi haec leguntur, „ prima in parte omnia Apoſtolorum Feſta „ conſcripſimus, ut dies varii non videan„ tur dividere, quos una dignitas Apoſtola„ tus in coeleſti gloria fecit eſſe ſublimes. . . . .

524. 4to Codex Membran. XV.

Breviarium et Lectiones cum Paſſionibus Sanctorum.

524. b. 4to.

Idem fere Breviarium, ejusdem aevi et ſcripturae.

Cod.

No.	B.	Seculi.
Codex Chartac.		XVII.

504. in 4to.

526. 530. 541. 571. 669. 670. Jac. Brocardi Expoſitiones in Prophetas, in Evangelia, in Actus Apoſtolorum, in Pſalmos, tractatus de cœna Domini, epitome ſententiae Propheticae S. Bibliorum perficiendae, in ſecundo Adventu Domini in Jobum, de certitudine Prophetiae, quae nunc compleatur liber alter.

57. Fol. Codex Cartac. XVI.

Mart. Buceri Tractatus de Regni Chriſti reſtitutione in Anglia ad Eduardum Regem, additum ejusdem Buceri Teſtamentum Argentinae editum, antequam in Angliam proficisceretur.

B. 13-27. Codices Chartacei 8vo. XVI.

Henr. Bullingeri Conciones in Matheum, Lucam, Johannem Evangeliſtam, in

No. *B.* *Seculi.*

Epiſtolas Pauli, in Eſajam, in Apocalypſin, in Jeremiam, et memorialia concionum in Geneſin et Joſua,

Germanice, maximam partem, quaedam latine.

657. 8vo Codex Chartac. *XVI.*

Henr. Bullingerus de ratione ſtudiorum ad Wernerum Lithoninum Presbyt.; ejusdem operis epitome ad Berchtoldum Hallerum.

No. *C.* *Seculi.*

A.79. 8vo. Codex Membran. *XVII.*

Cabbaliſticus Liber, Italice ſcriptus cui Titulus.

Vere virtù de Salmi di David Rè d'Iſrael, tratti dagli Antichi Cabbaliſti, e dall Ebraica lingua con fedeltà tradotti. Con intelligenza e caratteri, ed ogni Salmo ſerve per dimoſtrare quali virtu ſiano, o poſſono eſſere ne Salmi di David. Queſto dunque è il vero nome di Elim, cioè virtu de Salmi di David, tratti dall Ebraico di mano propria di Jabacadei Gietigia gran Cabbaliſta fideliſſimo nella cognizione delle Intelligenze e caratteri del chè ſi ſono vedute molte eſperienze, e lo vedrai ſimilmente in ciaſchedu-

no,

no, ed a tempo, luogo, ed occaſione dovendo ſervir ſe ne, con ſenno, et modeſtia.

Primum Exemplum artis hujus, hoc eſt.

Beatus Vir. Pſal. 1.

„ Queſto ſalmo e ammirabile per acquiſtar la „ ſcięnza della Teologia, ed il modo vittorioſo di predicare, liberando ancora il „ dicitore di eſſo dalle cattive perſone, ed „ aſſociando lo con le buone. Scriveraj queſto „ Salmo con inchioſtro e penna nuova in carta benedetta, in giorno ed ora di Domenica „ Luna creſcente ed in ultimo il nome del „ ſuo Angelo, el ſuo carattere, e ſcritto „ lo fumigarai con incenſo bianco, mirra „ e legno Aloe, e con gran divotione di„ rai.

Adjuro et deprecor te ſancte Michael, per nomen magnum Adonay, et per diem tremendum judicii, per nomen Tetràgrammaton, et JOHEM hoc ſtante, ut citius et ſtatim velociter, hunc Pſalmum et characterem in nomine tui confectum, conſecrare digneris, ut veriſſimum experimentum ſemper tribuas „ e queſto ſi dice nove vol„ te fumigando, e coſi prepareraj ogni „ altro Salmo che deve ſcriverſi, e ſappi „ ancora, che queſto puol farſi nel giorno „ parimente di Mercurio e volendo tene „ ſervire, lo dirai coſi ſcritto venti „ volte il giorno per lo ſpazio di quaranta „ giorni con gran fiducia ed invocando S. „ Michele nell' ultimo con guardare il „ ſuo carattere, è con fare la petitione ſe„ condo la virtù, e proprieta del Salmo, „ all ultimo ti comparira l'Angelo del

No. C. Seculi.

„ Signore, e t'inſegnera il tutto e preciſa-
„ mente le particulari virtu di ſalmi
„ [di che devi far dimanda] ma averti in
„ detto tempo di viver ſempre caſtamente.

Charactere.

Additus hic character quidam magicus.

Invocazione.

„ Jo ti prego, o glorioſo Prencipe S. Mi-
„ chaele, per tutti li ſanti e veri nomi di
„ Dio, che ſono in queſto Salmo, che tu
„ mi doni l'Angelo del Signore, che m'inſeg-
„ ni in tutto e per tutto, ſecondo la virtù
„ di queſto Salmo, a maggior gloria dell
„ altiſſimo Iddio Amen.

Adſunt alia exempla, per liberarſi da prigone, per aver riſpoſta in ſogno etc.

53. Fol. Codex Membran. XII.

Calendarium Sanctorum,

poſt regulas Canonicorum quas vide ſupra in Aquisgranenſi Concilio.

80. Fol. Codex Chartac. XV.

Calendarium Eccleſiaſticum ſ. Sanctorum.

A. 75. Forma minutiſſ. Codex Membran. XV.

Calen-

No.	C.	Seculi.

Calendarium Eccleſiaſticum et lecturae ex S. Scriptura.

Hic Codex olim fuit S. Galli Cœnobii.

418. 4to Codex Membran. XIV.

Calendarium Sanctorum.

Ad Idus Novembr. legitur
„ eodem die obitus ſororis Magdalenae de
Gala Abbatiſſae hujus Monaſterii de Cala.

Calendarium defunctorum.

Ad Kal. Januar. obiit Margareta de Neri
Abbatiſſa de Kala. Obiit Beldonius miles
et Hermenſendis Mo [Monialis] et Andreas
Canonicus. Obiit Robertus de Geniaco
laicus, Galterus, miles de Alneto, obiit
Beatrix laica.

Fuit iſte Codex Monaſterii de Cala, quod hodie
Chelles dicitur.

996. Fol. Codex Membran. XI.

Calendarium Sanctorum,

cui deeſt initium, addita eſt in fine Tabula,
hoc titulo.

„ Henricus Monachus iſtam collegit Tabulam
„ verbis indoctis admodum conſulens. Opor-
„ tet igitur quemlibet ſtudioſe iſtum retine-
„ re numerum litterarum docentem cun-
„ ctos Chriſtiani nominis, quando uſua-
„ liter debeant carere carnibus ſeptem eb-

 „ doma-

No. C. Seculi.

„ damnatis univerſi populi, Epiſcopi, De-
„ cani, Canonici, Diaconi, ſub Diaconi.

Additum opuſculum de Monachorum regulis, ſine titulo.

A. 71. Fol. Codex Membran. XV.

Calendarium Eccleſiaſticum, ſ. Feſta Sanctorum, additum Miſſale et Breviarium;

nitidiſſime litteris initialibus inauratis et pictis, in fine haec ſcripta. Et ſic eſt finis per me Johannem Keâler de Campidona A. 1493.

A. 84. 4to Codex Membran. XIV.

Calendarium Eccleſiaſticum; additis horis, miſsis, et homiliis.

in fine oratio linguâ Batavâ: nitidiſſime ſcriptus, et coloribus diſtinctus Codex.

A. 90. 8vo Codex Membran. XV.

Calendarium Eccleſiaſticum, Horae, Pſalmi Poenitentiales, Orationes;

in Codice legitur.

„ Diß ſind andechtige Gebett geſchriben uß
„ Keyſer Carolus eigen Bettbüchli „

Canonicorum Regulae, vide Regulae.

No. | *C.* | *Seculi.*

379. in 4to Codex Membran. *XIV.* et *XV.*

Calendarium continens nomina defunctorum,

quod videtur pertinuiſſe ad Hoſpitale XV. XX. Cœcorum in Pariſiis. Legitur enim in Codice.

„ Nos Magiſter miniſter Jurati Fratres et So-
„ rores Domûs ſeu Hoſpitalis quindecim
„ viginti pauperum cęcorum tenemur face-
„ re celebrare unam miſſam baſſam de de-
„ functis per quamlibet ſeptimanam poſt
„ miſſam S. Spiritûs inter 8 et 9. horam
„ in Altari B. Virginis Mariae in Eccleſia
„ dictorum pauperum cęcorum, pro reme-
„ dio et ſalute defunctae Colete de Pratis
„ etc.

Ad Calendas Januar. adſcriptum eſt.

„ Eodem die obitus Dni. nri. Karoli V. qui le-
„ gavit nobis Capellanis pro ſervicio fa-
„ ciendo tres ſolidos.

Ad XIIII. Kal. Mart.

„ Eodem die obitus Johannis de Senlis qui legavit
„ nobis C. ſolidos Pariſi Capellanis pro
„ ſervicio 4. ſolidos.

Ad III. nonas.

Obitus Dni. Regis Karoli VI.

260. Fol. Codex Membran. *XIV.*

Calendarium Eccleſiaſticum, cum Feſtis Sanctorum,

No. C. Seculi.

praemiſſo ſingulis menſibus verſu hexametro: Additis prognoſticis morborum.

441. in 4to Codex Membran. X.

Calendarium Eccleſiaſticum, ſ. Sanctorum,

cum obſervationibus Aſtronomicis, et computo dierum, noctium, horarum; praemittuntur ſingulis menſibus verſus. Hi nempe.

1. Principium Jani ſancit Tropicus Capricornus
Aſt Februi quarta eſt, precedit tertia finem
Martis prima necat cujus ſub Cuſpide quarta eſt

2. Aprilis decima eſt undena et fine minatur
Tertius in majo lupus eſt et ſeptimus anguis.

3. Junius undecimo quindenum a fine ſaluta.
Tredecimus Julii decimo innuit ante Kalendas
Auguſti nepa prima fugat de fine ſecundam

4. Ter-

NOTA 1. *Cod. 260. Jani prima dies et tercia fine timetur.*

2. *Cod. 260. quindeno et fine minatur.*

3. *Cod. 260. Junius undecimo et quindeno a fine minatur.*

4. *Cod.*

No.	C.	Seculi.

4. Tertia Septembris Vulpes ferit apud Edenam.

5. Marcius [Tertius] October pullus decem in ordine necti

Quinta Novembris avis vix tercia manſit in Urna.

7. Dat duorum Cohors ſeptem inde decemque December.

---

4. Cod. 260. *Tertia Septembris et decima dat mala membris.*

5. Cod. 260. *Tertius October Gladius decem in ordine nectit.*

6. *Dat duodena Chohors ſeptem inde decemque December.*

Addita nomina Graeca Menſium; dein hi verſus ſigna cujus libet Menſis exprimentes, praemittuntur, excepto Januario.

Menſe nume in medio ſoli diſtat ſidus aquari.
Procedunt duplices in Marcia tempora piſces.
Reſpicit Aprilis aries frixea Kalendas
Majus a geno regi miratur cornua Tauri.
Junius aequatos coelo videt ire Lacones.
Solſtitio ardentis Cancri fert Julius aſtrum
Auguſtum Menſem Leo fervidus igne perures
Deeſt verſus in Septembri.

Aequat

No. *C.* *Seculi.*

Aequat et Octobcr ſementis tempore Libram
Scorpius hibernum poes jubet ire Novembrem
Germinat arcitenens medio ſua ſigna Decembri.

NOTA *Februarium Menſem hic vocari Numae Menſem, quia Rex Numa hunc cum Jannario in Calendarium addidit, quod ſub Romulo decem tantum menſes habebat; ſolem etiam Aprili Menſe in ſigno Arietis, Octobri in Libra collocari, quod a praeceſſione aequinoctiorum natum patet, antequam juſſu Gregorii Calendarium reformaretur.*

594. Codex Membran. *XV.*

Calendarium Eccleſiaſticum,

cui praemittitur Tractatus de ſole, Luna et Planetis, de Tempeſtatibus, de morbis, Ad Kalend. Martii legitur.

Clara de Arberg ſoror mea dilecta obiit in Anno Dni. 1440. unde patet Codicem a quadam moniali ſcriptum fuiſſe. Additum eſt Breviarium, Lectiones ex S. Scriptura, Paſſiones Sanctorum.

Locum de diebus Aegyptiacis exſcribam qui in Tractatu illo praeliminari legitur.

„Secun-

„Secundum eſt, quod in quolibet menſe ſunt
„duo dies, qui dicuntur aegri, ſmali, et
„Aegyptiaci. Egri ab effectu, ſecundum
„enim opinionem quorundam, ſi quis inhis
„diebus aegrotaret, vix vel nunquam eva-
„deret. Mali quia malum erat aliquod
„opus incipere in his diebus propter ma-
„las eorum conſtellationes. Egyptiaci quia
„ab Egyptiis fuerunt inventi propter de-
„cem plagas notas. In eodem Codice ex-
„tat nomen Martini Blaſii Bartholomaei,
„additis verſibus, de ſanguine mittendo.„
His Feſtis minuas ut longo tempore vivas.

XII. Codex Membran. IX.

Injecta mentione dierum Aegyptiaco-
rum, qui ad notitiam Calendarii vete-
rum pertinent, publicare hoc loco op-
portunum videtur fragmentum, quod
ad Calcem Chronici cujusdam Impera-
torum et Pontificum ſcriptum inveni;

Id autem ſic habet.

„Incipiunt dies Egyptîaci quos obſervare oportet.

Menſ. Jan. die II. et antequam exeat die III.
Menſ. Febr. die III. et anteq. exeat die II.
Menſ. Mart. die III. et anteq. exeat die VII.
Menſ. April. die III. et anteq. exeat die XI.
Menſ. Maii. die VII. et anteq. exeat die VII.
Menſ. Jun. die VIII. et anteq. exeat die XII.
Menſ. Jul. die XIIII. et anteq. exeat die XII.
Menſ. Aug. die VI. et anteq. exeat die XII.

Menſ.

Menſ. Sept. die III. et anteq. exeat die VII.
Menſ. Oct. die VIIII. et anteq. exeat. die XII.
Menſ. Nov. die XII. et anteq. exeat die VII.
Menſ. Dec. die XII. et anteq. exeat die VIII.

„Hic dies obſervandi ſunt, ne in iti-
„nere exeas, non vindemia colligas,
„non plantetur, non vendatur nec A-
„nimalia domitetur, nec quod volue-
„ris in profectum venire, in ſuper ſcrip-
„tos dies nullatenus incipiatur, quia hi
„dies a Domino maledicti ſunt.

Verſus autem, quos ex Codicibus 260. et 240. ſupra eruimus, de diebus Aegyptiacis, vel nefaſtis etiam agere, manifeſtum eſt. In Calendario Vetuſto, quod ex Codice Bibl. Vindobonenſis Lambecius primum edidit, recuſum inter Graevii antiq. Theſaur. Tom. VII. pag. 102. ſeq. reperiuntur in Januario Menſi tres dies Aegyptiaci, in reliquis Menſibus duo. Eorum ſeriem qui evolvet partim convenire cum illa, quam hic edimus, non tamen omnes dies ſibi reſpondere videbit. Doctiſſimus Author Jablonski Tom. VII. Miſcellaneorum Berolinenſium exhibet nobis duas dierum Aegyptiacarum tabulas olim a Salmaſio editas, quae etiam non parum abeunt a noſtra et a Kalendarii Lambeciani ſerie. Illa vero quam ſuae de hoc argumento divinationi accommodavit editio Calendarii ejuſdem Hervvartiana vel Schurzfleiſchiana, nobis conveni-re ubique viſa eſt cum Lambeciana, excepto die Aprilis XIII. qui in Hervvartiana editione extat, quum Lambeciana habeat tertiam Aprilis, et II. die Januarii, qui inter dies Aegyptiacos reperitur in Calendario Lambecia-

no,

lino, cum duobus aliis. Erudite ſane et ingenioſe commentatus eſt in hoc obſcuriſſimum argumentum laudatus Jablonskius, qui tamen mihi luſum ingenii et ſpecimen artis conjectandi potius, quam veram dierum Aegyptiacorum ſui Calendarii explicationem exhibuiſſe videtur. Non ſolum enim ut probaret, dies Aegyptiacos hic eſſe dies feſtos Aegyptiorum, Plutarchi locum de Iſide et Oriſide totum mutat, deſtruit, aedificat, ut pro die XIX. menſis Athyr ponat diem XI. Tybi, vel VI. Januarii, in quo agebatur feſtum Oſiridis inventi, qui idem dies eſt Aegyptiacus Calendarii ſui, ſed in Januario diem II, in Martio unum ex diebus Aegyptiacis, in Majo utrumque, in 6. ultimis anni menſibus omnes dies Aegyptiacos, ita alto ſilentio premit, ut aquam ſibi haerere tacitus fateatur. Quum itaque recepta et ab Eccleſiae Doctoribus Ambroſio, Hieronimo et aliis tradita opinio, dies nempe Aegyptiacos eſſe dies atros, infauſtos, confirmetur inſcriptione, quam ex vetuſto Codice exhibuimus, rejicienda eſt viri doctiſſimi Jablonski conjectura, quae ad dies feſtos et religioſas ſolennitates Aegyptiorum eos pertinere aſſerit. Leviter etiam reſpondiſſe videtur objectioni graviſſimae, quae ex nominibus feſtorum Aegyptiacorum in eodem Calendario notatis oriebatur. Nempe in die V. Martij adſcriptum eſt „Iſidis navigium„ in VII. Kal. Aprilis „ Serapia; „ quae Feſta Aegyptiis ſolennia fuiſſe nemo negat. Quid ergo erunt dies Aegyptiaci, ſi dies feſti ejus gentis propriis nominibus memorati inveniuntur? Idem laudatus Jablonski ſuam opinionem confirmare aggreditur, exemplo aliorum feſtorum, quae ex Aſia in Romanum Calendarium tranſiere, veluti Ludi Megaleſiaci, Ludi Perſici, ſed id ipſum impugnat ejus ſententiam, quae tunc modo conſtare poſſet, ſi legeretur „ dies Perſicus, dies Megaleſiacus.„

Sed

Oſiride

No. | *B.* | *Seculi.*

Sed nec dies Perſicus nec Aegyptiacus unquam dici poterat, ubi de feſto agebatur. Ad ſuperſtitiones itaque Aſtrologiae pertinent hi dies, unde etiam mirari nemo debet varietatem in ejusmodi dierum enumeratione, quae pendebat tota ab incertiſſima magorum arte.

524. Codex Membran. *XV.*

Calendarium Eccleſiaſticum,

ſimile priori, paucis exceptis. In hoc enim legimus. Canon ſuper Calendarium Magiſtri Petri de Datia compoſitum ad Meridianum Pariſienſem.

Additum Breviarium, Lectiones et Paſſiones Sanctorum, multa praeterea deſunt in hoc Codice, quae extant in praecedenti, veluti locus ille de diebus Aegyptiacis, et multa alia.

193. Fol. Codex Chartac. *XVI.*

48 Sermons de Mr. Jean Calvin, ſur l'Epitre de St. Paul aux Epheſiens, Eſcripts par André Spitame.

Canonicorum Regulae juſſu Ludovici Imperatoris, vide Concilium Aquisgranenſe.

11. Fol. Codex Membran. *VIII.*

Canones Conciliorum et Decreta Pontificum, quem Codicem ſcribi juſſit

Rachio

No. | C. | Secul.

Rachio Epiſcopus Argentinenſis Annò DCCLXXXVIII. ùt fert inſcriptio primi folii Litteris initialibus exarata.

Hic Codex Canonum, et ſequens etiam, deſcripti videntur ex Codice Canonum, quem à Hadriano Papa accepit Carolus Imperator, inde per Galliam et Germaniam receptum.

87. Fol. Codex Membran. VIII.

Canones Conciliorum,

hoc Ordine.

Fragmenta decreti facti ad Vermeriam tempore Pipini Regis, item Concilii Romae habiti tempore S. Silveſtris, item Synodi Carthaginenſis, item Synodi Aurelianenſis, item Concilii Tarraconenſis, item Decretorum Papae Gelaſi.

Definitiones Eccleſiaſticorum Dogmatum,

tituli 53. deſunt quatuor ultimi.

Vide *Definitiones.*

Canones Conciliorum,

quorum tituli ſ. Capitula praemittuntur, nempe Canonum Apoſtolicorum

No. | C. | Seculi.

——— Concilii Niçeni
——— Ancyrani
——— Neoceſarienſis
——— Gangrenſis
——— Antioceni
——— Laodicenſis
——— Conſtantinopolitani
——— Calcedonenſis
——— Sardicenſis
——— Çartaginenſis

Canonibus Apoſtolicis hic titulus praemittitur.

„ Incipiunt Eccleſiaſticae Regulae Sancto„rum Apoſtolorum prolatae per Clemen„tem Eccleſiae Romanae Pontificem, quae „ex Graecis Exemplaribus in ordine po„nuntur, quibus quàm plurimi quidem „conſenſum non primo praebuère facile, et „tamen poſtea quaedam conſtituta Pontifi„cum ex ipſis Canonibus adſumpta eſſe vi„dentur.“ Addita in fine explicatio vocum „difficiliorum, quae in Canonum libris oc„currunt.

Scriptus eſt Codex nitidiſſime et tituli Canonum litteris Majusculis.

442. 4to Codex Membran. XIII.

Canones Conciliorum.

Folia IX. Codex ſic incipit.

„ Qua

„ Quatuor principalia conſtat eſſe Concilia. „ *Primum* eorum *Nicena* Synodus CCCXVIII. „ Episcoporum Conſtantino imperante. *Se-* „ *cunda* Synodus *Conſtantinopolim* congregata „ ſub Theodoſio Seniore CL. Patrum. *Ter-* „ *tia* Synodus *Ephesina* CC. Epiſcoporum „ ſub juniore Theodoſio edita. *Quarta* eſt „ Synodus *Calcidonenſis* D C X X X. Sacer- „ dotum Marciano imperante. Haec ſunt IV. „ principalia Concilia. Sed etſi quae ſunt „ praeterea à S. Patribus Spiritu Dei plenis „ ſancita, per iſtorum IV. autoritatem id eſt „ quae nihil eorum demant inconveniens, „ nihil ſuper addant, omni reverentia ſunt „ colenda et audienda cum Concordantia om- „ ni modis Srum. Apoſtolicorum Patrum ve- „ nerabilibus decretis.

Hi autem in ſerie operis reperiuntur Tituli.

De Doctrina et Exemplis Epiſcopo- rum Iſidorus.

Excerpta ex decretalibus Apoſtolicorum ſanctorum Urbis Romae.

In excerptione quadam ex Synodali- bus geſtis Sti Silveſtri Papae, item ex decretalibus Fabiani, Anacleti et alio- rum, item ex Conciliis.

Sequuntur Canones hoc titulo.

„ Ex Grecis et Latinis Canonibus, Sy- „ nodis Romanis atque Decretis Preſu- „ lum ac Principum Romanorum haec „ Capitula ſparſim collecta ſunt et „ Angilramo Mediomatricae Urbis Epi-

No.	C.	Seculi.

ſcopo Romae a B. Papa Adriano tradita ſub die XIII. Kal. Octob. Indict. IX. quando pro ſui negotii cauſa agebatur 27. Folia:

In fine legitur.

„Explicit Canon Deo gratias. Incipit.

Epiſtola Formata Attici Epiſcopi Conſtantinopolitani.

Ultimum horum Capitulorum hunc habet titulum;

In Concl. Bracharienſi de honeſtate honorum et diſciplina, de hujus Concilii Actorum ſinceritate dubitatum fuit, vide Fabritii Bibl. Graeca Tom. XI. pag. 394. deeſt in edit. Concil. Regii.

Epiſtolae Formatae quid ſint, teſtatur inter alios Mabillonius Artis Diplomat. lib. 2. cap. XV.

„Formatas appellabant à forma ſeu τυπω ſ. ſigillo.„

Attici hanc Epiſtolam poſt Concilium Chalcedonenſe edidit Merlinus Edit. Conciliorum, Colon. 1530. ea non extat inter Concilia Regia, nec in Editi. Harduini. Hanc ſequitur alia Epiſtola Formata; ea ſic incipit.

„Dominorum egregia ac Sophiſtica facundia glorio-
„ſo ſpiritualique docmate admode florato
„Venerandiſſimorum praeſulum illo Episco-
„po inclito patri ille patriacenſis Eccleſiae
„indignus Epiſcopus optat in Salvatore pa-
„cem.

Et poſtea haec.

„Id-

No.	C.	Seculi.

„ Idcirco ad vos direximus hos apices, ut
„ ſciat ſanctitas veſtra hunc ſacerdotem nomi-
„ ne illo nec fuga lapſum, nec fraude pro-
„ fectum, ſed noſtra ſpontanea voluntate ad
„ vos directum pro perſecutione Nortmanno-
„ rum quae nobis intolerabilis imminet, ut li-
„ ceat et in veſtra dioceſi ſacrum miniſterium
„ celebrare, et poſtea. Mitto etiam
„ vobis pater beatiſſime Graecorum Elementa
„ ſecundum ſue linguae idioma numeris et
„ ſupputationibus adnotata.

Haec ut intelligas ſciendum eſt in priori Epiſtola Attici referri a Patribus Nicenae Synodi conſtitutum, ut in Formatis Epiſtolis litterae graecae numeros exprimentes initiales, nempe in nomine Patris, Filii, et Spiritus S. prima etiam in nomine ejus qui ſcribebat Epiſtolam, ſecunda ejus cui ſcribebatur, item Littera, quae numerum Indictionis exprimebat, in unam ſummam jungerentur, ut nempe caveretur à ſuppoſitione harum Litterarum.

401. 4to Codex Membran. XV.

Joh. Chryſoſtomus, de eo quod non leditur homo niſi a ſe ipſo. Latine

63. Fol. Codex Chartac. XV.

Nicolai de Clamengiis Cantoris Bajocenſis Epiſtolae,

continent folia 216. vel pag. 432. Prima ad Carolum VI. Regem Francorum.

Ejusdem deſcriptio rei cujusdam mirabilis, quae in Galliis accidiſſe ferebatur.

No. | C. | Stridi.

Ejusd. ad Henricum Regem Anglorum Epiſtola Exhortatoria ad juſtitiam.

Ejusd. Liber de lapſu et reparatione juſtitiae ad ſereniſſimum et illuſtriſſimum Principem Philippum Ducem Burgundiorum.

Ejusd. deploratio Calamitatis Eccleſiaſticae, Carmen.

Ejusd. Deſcriptio et Laus Urbis
Ejusd. Deſcriptio Vitae Ruſticae } Carmina.
Ej. Deſcriptio Vitae Tirannicae

Ejusd. Liber de filio prodigo.

Ejusd. Liber de fructu Heremi.

Ejusd. Liber de proſperitäte Adverſitatis.

Ej. Liber de novis feſtivitatibus.

Ej. Liber de Studio Theologiae.

Ej. Epiſtolae ſub nomine Univerſitatis Studii Pariſienſis compoſitae, quae prima illius fuére opuſcula.

Ej. Tractatus contra Praelatos Symoniacos.

Ej. Sermo de ſanctis innocentibus.

Num.	C.	Seculi

Ejusd. Orationes.

Omnia edita ſunt

hunc Fabritius Biblioth. Med. Aevi Nicolaum de Clamengiis vocat.

519. Codex Membran. XV.

Nicol. de Clamengiis deploratio calamitatis Eccleſiae, Carmen.

66. Fol. Codex Membran. XI.

S. Clementis diſcipuli Petri Libri X. qui vulgo recognitionum Petri nomen habent, additae Clementis Epiſtolae duae, prior, de Ordinatione Clericorum, altera, de Ordinatione Eccleſiae, quae mutila eſt.

164 Fol. Codex Membran. X.

Clementis hiſtoriae (f. recognitionum) Petri Libri.

Ejusd. Epiſtola ad Jacobum, quae in editis praemittitur, hic in fine extat.

535. in 4to Codex Membran. VIII.

Vita B. Clementis Confeſſoris et Mediomatricum primi Pontificis.

No. | C. | Seculi

451. Fol. Codex Membran. XII.

Petri Cluniacenſis Abbatis Liber contra Petrobruſiamos.

51. Fol. Codex Membran. XI.

Commentarius in Johel, Anonymi,

deeſt finis.

Commentarius, ſ. Expoſitio in Apocalypſin, Anonymi,

deeſt initium.

75. 76. Fol. Codices Membramcei. XI.

Commentarius in Pſalterium, Anonymi.

130. Fol. Codex Chartac. XVI.

Commentarius in Geneſin, Anonymi.

460. 4to Codex Membran. XIII.

Commentarius in aliquot Pſalmos, Anonymi.

554. in 4to Codex Membran. XIII.

Commentarius ſive gloſſae in vet. et novi Teſtamenti libros.

In fine gloſſarum legitur.

„Ex-

No.	C.	*Seculi.*

„ Expliciunt gloſſe veteris et novi Teſta-
„ menti, incipiunt gloſſe in Epiſtolis Jero-
„ nimi ad Damaſum.

596. 4to Codex Chartac. *XV.*

De ſeptem Conciliis Oecumenicis Compendium, graece;

habet tria folia. Ad Calcem.

Hiſtoriae ab orbe condito ad Nicephorum Botoniatem.

De quo in tertia Claſſis.

652. in 8vo Codex Chartac. *XVI.*

Conciones in Orationem Dominicam et Symbolum Apoſtolorum,

habitae 1550. Anonymi.

Conciliorum Epitome, vide Synodus.

652. 4to Codex Chartac. *XVI.*

Conciones in Orationem Dominicam et Symbolum Apoſtolorum, habitae 1550.

229. Fol. Codex Membran. *XIII.* et *XIV.*

Conſolationis Theologiae Libri XV. Anonymi, quorum octo priores Seculi XIII. reliqui ſeculi XIV. ſcripturam praeferunt.

No.	6.	Seculi.

Praemittuntur Rubricae ſingulorum Librorum, deinde Prologus incipiens.

Incipit prologus libri conſolationis Theologiae.

„ Ex prologo in librum de Conſolatione „ Theologiae, quoniam ſecundum Apoſto„ lum quaecunque ſcripta ſunt, ad noſtram „ doctrinam ſcripta ſunt, ut per conſolatio„ nem ſcripturarum ſpem habeamus, qua ſci„ licet ſpe gaudentes in tribulatione ob quo„ rumque triſtium occaſionem a ſpirituali gau„ dio in domino continuando minime deficia„ mus. Idcirco conſideratis mundi hujus tri„ bulationibus ac multiplicibus turbationum „ cauſis ſeu occaſionibus cogitavi de infinitis „ conſolationibus contentis implicite vel expli„ cite in ſcripturis, quasdam redigere in hoc „ qualicumque opere inſcripto ad honorem „ Dei conſolatoris optimi et eximii et glorioſe „ Virginis Mariae. – – – –

„ Sane ſicut olim inſignis ipſe Boëtius dum re„ gis Theoderici favere tyrannidi recuſaret „ miſſus in exilium et in carcerem retruſus, „ de conſolatione philoſophie librum edidit: Sic et „ ego ab impugnatoribus juſtitiae pariter et obe„ dientie ſancte romane eccleſie a proprie „ manſionis loco ejectus, quandam exilii „ ſpem ſuſtinens praefatum opus aggreſſus, „ ipſum ſi legentibus placeret de Conſolatione „ Theologie appellandum judicavi.

„ Primus liber continet Conſolationum re„ media opportuna contra illa turbativa homi„ nis quae opponuntur mundane ſue felicitati „ et proſperitati. Secundus liber continet „ conſolationum remedia opportuna contra „ illa turbativa quae opponuntur generaliter pa„ ci et tranquillo ſtatui.

„ Tertius

„ Tertius liber continet Conſolationum re-
„ media opportuna contra illa turbativa quae
„ opponuntur Commodo et quieti.

Quartus liber continet Conſolationum reme-
„ dia opportuna contra illa turbativa quae op-
„ ponuntur glorie et honori. &c. &c.

Opuſculum hoc parvi momenti videtur, citantur tamen Seneca et alii Autores antiqui, Patres etiam.

292. Fol. Codex Membran. XI.

Conſtantini Imperatoris Romanorum et Conſtantinopolis Privilegium quod conſtituit Romanae Eccleſiae Silveſtro Papae,

inter alia multa ejusdem Codicis.

Caſſiodorus in Pſalmos, Caſſiodorum vide inter Autores latinos Veteres.

Claſſ. 2.

501. 502, 4to. Codices Chartacei. XVII.

Barthol. Coppenii loci Communes.

418. Fol. Codex Membran. XII.

S. Crucis; de ejus inventione hiſtoria Anonymi, habet 3. folia.

Incipit his verbis: „ In ſexto anno regni
„ Conſtantini multa Barbarorum gens con-
„ gregata eſt ſuper Danubium. „

Con-

No.	C.	Seculi.

Concilium Lateranenſe, vide Lateranenſe.

Caſſiodori Epitome hiſtoriae Eccleſ. vide Theodoreti.

A. 77. Forma Minut. Codex Chartac. — XV.

Curſus de Trinitate.

——— pro defunctis fidelibus.

——— de omnibus ſanctis.

Liber olim Carthuſianorum Baſil.

618. in 4to Codex Membran. — XIII.

S. Cypriani Martyris Liber de XII. abuſiv.

235. Fol. Codex Membran. — XII.

Cecilii Martyris Cypriani Epiſtolae 13, praemiſſa brevi de eodem narratione.

No.	D.	Seculi.

154. Fol. Codex Membran. *XV.*

Johannis Damaſceni Traditio Orthodoxae Fidei.

Hic titulus praemittitur.

„ Johannis Presbyteri Damaſceni, qui Manſur, liber incipit in quo eſt Traditio certa Orthodoxae Fidei Capitulis diviſa et a Burgundione Judice cive Piſane de graeco in latinum Do. III. Eugenio B. memoriae Papà Eugenio tranſlatus.

44. Fol. Codex Membran. *XIV.*

Petri Damiani Epiſcopi Oſtienſis Epiſtolae V.

B. 46. Codex Chartae. *XV.*

Fratris David Ord. minorum Tractatus de profectibus religioſis.

Editus in Biblioth. Patrum. Edit. Lugd. Tom. XXV. Ubi vocatur Frater David de Auguſta.

672. 4to Codex Chartae. *XVII.*

Quaeſtiones in Decalogum.

614. 4to Codex Membran. *XIV.*

Opus Anonymi ſine titulo, lingua Gallica; continet.

Le

No. D. Sæcul.

Le decalogue, le credo, l'apocalypſe, le Pater noſter etc. avec des Explications Morales: exemplum ex Apocalypſi, ſic incipit:

La viſion qua Meſſires ſains Jehans vit en l'apocalypſe, les ſept Chief de la Beſte. Les VII. Chief de la beſte d'Enfer ſont les VII. Chevetains pechiez mortex par coi li deables tret a ſoi auſi come tout le monde.

Deeſt finis Codicis.

398. Codex Membran. XII.

De Perſecutione Deciana Carmen Anonymi, cujus initium hoc:

Tempore quo Decius Romani jura tenebat
Imperii, rabies ab eo progreſſa premebat
Eccleſiam Chriſti totum diffuſa per Orbem
Illa tamen gravius Romanam terruit Urbem.
Audebat nomen tunc Chriſti nemo fateri
Perpetuam vellet niſi vitam morte mereri
Namque minax fuerat mundi transmiſſa per omnes
Ceſareo juſſu talis ſententia fines
Ut qui Decretis nollent parere prophanis...

vers

vers 19. ſeqq. Talia cum Domini ſervis agerentur in Orbe

Bella, Dei cultor Romana floruit urbe
Nomen ei ſyxtus fuerat qui natus athenis
Illa poetarum fuit urbs famoſa Camenis
Floruit et variis doctrinis philoſophorum
De qua fluxerunt multi rivi ſtudiorum.

verſus 28. ſeqq. Tandem virtutum ſedem provectibus auctus

Preſul Apoſtolicam meruit conſcendere factus.

vers 34. ſeqq. Ceſaris ille minas rigidi ſtimulumque furoris

Divini fervens flamma contemſit amoris.
Atque ſuum Clerum mortis calcare timorem
Praemonuit propter regni celeſtis honorem
De numero cujus Laurentius exſtitit unus
Cui Domini tantum conceſſit gratia munus
Ut quam promeruit Romana paſſus in Urbe
Gloria Martyrij toto celebretur in Orbe
Illius ut valeam metuo deſcribere geſta
Chriſte piis ejus precibus ſenſum mihi praeſta
Dulce mihi ſatis eſt hujus intendere geſtis.
Cujus eram ſolitus puer almis plaudere feſtis
Dum tua non dignus nec quo decet ore frequento
Facta, preces pro me Laurenti ferri memento

Se

Na.	*D.*	*Seculi.*

Sequentes hujus Carminis Verſus Rythmum in dimidio verſu et in ultima ejus voce habent.

Recitato Martyro Sixti II. Pontificis. Poeta ſic de Laurentio.

„Non fuit ulla mora, ſed eadem vir pius hora
„Traditus eſt uni fuerat qui lege tribuni
„Ordine prolatus, partheniusque vocatus
„Mox didicit Decius Ceſar ſermonibus hujus
„Quod foret inventus Laurentius atque retentus
„Hunc habuiſſe ferunt Theſauros quos modo quaerunt
„Pontificis Sixti quos modo tradidit iſti.

Immoratur autem maximè in Martyrio B. Laurentii, quem poſt Decii imperium anno nempe 261. demum paſſum eſſe conſtat. Error autem noſtri Poetae vulgaris eſt, quem Baronius refutavit in annalibus ad annum 261. et notis ad martyrologinm Romanum. Erratum nempe à multis qui Laurentium tempore Perſecutionis Decianae paſſum fuiſſe contendunt. Tota noſtri Poetae narratio hauſta videtur ex D. Ambroſii de officiis libro 1. Cap. 41. et aliis Patribus. Convenit etiam cum Prudentii hymno de eodem B. Laurentio.

Quatuor folia implet hoc Carmen et verſus continet circiter 400. Codex olim fuit Petri. Danielis.

89. Fol. Codex Membran. *VIII.*

Definitio Eccleſiaſticorum dogmatum:

Capi-

Capita LIII. quorum 4. ultima deſunt. Eorum tituli autem hi ſunt. Cap. 1. de Fide. 2. de Incarnatione. 3. quod eternus Deus ex Virgine natus eſt. 4. de Trinitate perfecta. 5. de Omyſio (pro omoiuſio). 6. de reſurrectione.

Cap. de Trinitate ſic incipit.

„Nihil creatum aut ſerviens in Trinitate credendum, ut vult Dionyſius fons Arrij. Nihil inequale ut Eonomius. Nihil gratia equale, ut Etius, nihil anterius, poſterius, aut minus, ut Arrius, nihil extraneum aut officiale alteri, ut Machedonius, nihil perſuaſione vel ſubreptione inſertum, ut Manicheus, nihil corporeum ut Melito et Tertullianus &c.

Continet XII. Folia.

194. Fol. Codex Membran. X.

Definitio Eccleſiaſticorum dogmatum,

idem eſt cum priori, titulus tamen paulum diverſus eſt, nempe:

„Doctrina et fides Eccleſiaſtici, definitio Eccleſiaſticorum dogmatum.

Numerus capitum eſt LV. quod a diviſione non eadem natum. Editum eſt inter opera B. Auguſtini, quamvis tribuatur hodie Gennadio Maſſilienſi.

No. *D.* *Seculi.*

612. Codex Membran. XIII.

Dialogus inter virtutes et vitia, Anonymi.

E. gr.

„Obduratio dicit: Sed miſericordia re„ſpondet

„Ventris ingluvies dicit: Ciborum par„ſimonia reſpondet.

In fine hujus Codicis, in quo alia Gregorii, Auguſtini, Euſebii continentur, legitur. Memoriale Magiſtri Egidii.

19. Fol. Codex Membran. IX.

Dionyſii Areopagitae Libri cum praefat. Anaſtaſii ad Karolum Ludovici Regis Francorum filium, quos Johannes Eriugena transtulit de Graeco in Latinum.

Hic Codex olim fuit Petri Danielis.

No. *E.* *Seculi.*

289. Fol. Codex Membran. IX.

B. Effrem Diaconi (alias Ephraim Syri) omelia de die Judicii:

Ex Verſione vetuſti Interpretis edita a Voſſio inter opera latina B. Ephraim.

A. 57.

No.	*E.*	*Seculi.*

A. 57. 4to Codex Membran. — X.

Epifanius Epiſcopus de menſuris et ponderibus S. Scripturae.

389. Fol. Codex Chartac. — XVI.

Idem de menſuris et ponderibus, ex verſione Petri Danielis. Additis emendationibus Danaei, & Danaei ad Danielem epiſtola.

Inter alia multa hujus Codicis.

151. 4to Codex Membran. — IX.

Epiſtolae Pontificum Romanorum, Anacleti, Evariſti et aliorum, de Sacerdotibus et Epiſcopis.

A. 20. 8vo Minut. Codex Chartac. — XVII.

Ethica Chriſtiana, Anonymi.

229. 4to Codex Membran. — XIV.

Euſebii epiſtola ad Damaſum, de morte Hieronimi.

812. 4to Codex Membran. — XIII.

Euſebii Caeſarienſis Sermo de Sacramentis.

No.	*E.*	*Seculi.*
54. Fol. Codex Chartac.		*XVI.*

Euſebii de vita Conſtantini liber 4. et 5.

219. 4to Majori. Codex Membran.		*VIII.*

Euſebii Chronicon Hieronimo interprete.

pagina prima haec Inſcriptio litteris majuſculis legitur:

„ In Annum v. Childeberti Regis Franco-
„ rum Pippino jubente ab Adam ſunt Anni
„ 5900. (a) fuit Paſca X. Kal. Aprilis. Aſcen-
„ ſio Domini fuit K. Madias per Cyclum
„ numerum Annorum CXL. Repcticio a Ca-
„ pite Cychli.

Annus iſte V. Childeberti incidit in Annum a N. C. 700. quo Codex noſter ſcriptus fuit.

Titulus Chronici hujus talis eſt:

Euſebius Hieronimus, incipit Epitome de Chronicon.

Quibus generacionis et regna ab Adam usque ad Abraham et imperia vel paſſionis Domini omnes conſecuti ſunt, usque ad finem Valentis et Valentiani Imperatoris adjecimus in nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti.

Deinde:

„ Euſebius Hieronimus Vincentio et Galli-
„ eno ſalutem: Vetus iſte diſſertorum mos
„ fuit etc. „ Poſt praefationem quam integram edidit Joſ. Scaliger pag. 3. Chronici Euſebiani Lugd. B. 1606. omiſſo dein toto libro primo, qui Chronographia dicitur, exhibet noſter Codex librum poſteriorem, qui dicitur Chro-

Nota: (a) *Numeros, quos hic recentioribus Cifris repreſentamus, in Codice noſtro notis quas vulgo Romanorum vocamus, exhiberi.*

Chronicorum Canonum. Deſinit in morte Valentis Imp. Olympiade 288. „. Sepultura quoque caruit: ab urbe condita usque ad ex-„ tremum hujus operis annum etc. Sub Au-„ guſtis et Caeſaribus anni 424.

Poſt Chronicorum finem haec extant, quae in editione Scaligeri, poſt Proſperi Chronicon inveniuntur.

„ Colleguntur omnes anni usque in Conſo-„ latum Valentis ter Valentiniani Junioris ite-„ rum Augg. a XV. Tiberii Anno et praedi-„ catione D. N. J. Chriſti Anni 351. ab anno „ Darii regis Perſarum, quo tempore tem-„ plum Hieroſolymis inſtauratum eſt anni 899. „ ab Olympiade 1. qua aetate apud Haebraeos „ Eſaias profetabat anni 1155. A Salomone „ et prima aedificatione templi anni 1411. a „ captivitate Troiae, quo tempore Sampſon „ apud Haebraeos erat, anni 1561 a Moyſe et „ Cecrope primo Rege Atticae Anni 1990. ab „ Abraham et regno Nini et Semiramides an-„ ni 2315. continet omnes Canon ab Abraham „ usque ad tempus ſupra ſcriptum anni 2395. „ [credo hic erratum et eundem numerum bis „ repeti debuiſſe a deſcriptore codicis] a dilu-„ vio autem usque ad Abraham ſupputantur „ anni 942. et ab Adam usque ad diluvium „ anni 2242. fiunt ab Adam usque ad XIIII. „ Valentis annum, id eſt usque ad Conſula-„ tum ejus VI. et Valentiniani iterum omnes „ anni 5579.

„ Et ad XIIII. ann. Valentiniani qui Va-„ lentis usque hodie In D. XII. die Kal. „ Marcias Imp. Keraclio ſunt anni 248. fiunt „ omnes anni ab Adam usque hic 5824.

Obſervandum hic inter Codicem noſtrum et editionem Scaligeri quaedam differre. Nempe in hac ultima legitur:

„ Colliguntur omnes anni usque in Conſu„ latum Theodoſii junioris XVIII. et Valen„ tiniani junioris Placidiae filii ſexies augu„ ſtorum anni 417. ad hunc Conſulatum coeterae Epochae in Scaligeri editione ſupputantur. Deeſt in ea numerus annorum ab Abrahamo usque ad Valentinianum. Tandem deeſt illa additio a Valentiniano ad Heraclium 248. annorum. Ea ſecundum calculum ſupra exhibitum annum efficit à C. n. 628., cet a quodam ejus aevi homine huic Chronico adjecta fuiſſe videtur. Annus autem iſte Childeberti 5tus, in inſcriptione Codicis, quum incidat in annum ab orbe condito 5900. indeſequitur, ſi annus a Chriſto nato 628. ſit annus mundi 5824. ut annus a Chriſto nato 704. ſit annus ab orbe condito 5900. vel Childeberti 5tus. Sed autor ejus additionis ſupra erravit, quum enim ad annum ab orbe condito 5579. vel Valentis XIIII. adderet annos 248. hinc efficiebatur annus ab orbe condito 5827. vel a Chriſto nato 627. ut vere reſpondeat annus Childeberti V. anno C. 700. vel orbis cond. 5900.

Varias lectiones obſervavi complures in Codice noſtro.

E. G. Scaligeriana: „ Romanorum 38. re„ gnat Valentinianus et Valens annis XIII. „ menſibus 5.„

Codex noſter habet „ et Valens Annis XIIII. menſib. 5.

Scaliger. Valens legem dedit, ut Monachi militarent.

Codex: Valens lege data ut monachi militarent, nolentes fuſtibus juſſit interfici.

Non. E. Secundi.

Scaliger Olympiad. CCXLV.

„ Perſecutione inter Chriſtianos facta Leo-
„ nides Origenis Pater glorioſa Martyrii mor-
„ te transfertur.„

Codex. „Perſecutione *in* Chriſtianos facta.„

Praeterea in illa computatione annorum edi-
tio Scaligeri habet:
„ A Salomone et prima aedificatione Templi
„ anni 415.
„ A Moyſe et Cecrope primo Rege Atticae anni 330.
„ male.

Ad annum quo natus dicitur JEſus Chri-
ſtus hanc differentiam obſervavi inter noſtrum
Codicem et Scaligeri editionem, quae cum
graeca Euſebio convenit. Nempe uterque il-
lam nativitatem in annum Erae Antioche-
nae 42. vel Olympiadis 294. annum 3.
collocat. Noſter vero Codex eam anno ſe-
quenti, nempe Erae Antiochenae 43. vindi-
cat. Illud vero: Cajus Caeſar amicitiam
cum Parthis facit, quod in Scaligeri editione
ad Olympiad. 294. pertinet, in noſtra ad
annum primum 295. Olympiadis rejicitur.

Cyclus et numerus annorum 140. qui in
capite noſtri Codicis ad annum 5. Childeber-
ti memoratur, intelligendus eſt de Cyclo
Victoris, qui ex multiplicatione Cycli ſolaris
28. annorum, per Cyclum lunarem 19. an-
norum, fiebat annorum 532. Iſte Cyclus in-
cipiebat anno poſt natum Chriſtum 28. Itaque
annus poſt Chriſtum 560. erat primus annus,
a quo repetebatur Cyclus. Repetitio fiebat
nempe poſt exactam Periodum; ſic additis annis
140. qui erant elapſi à Cycli Victoris repeti-
tione, invenitur annus poſt natum Chriſtum
700. hic Codex fuit S. Benedicti Floriacenſis,
dein Bongarſii.

No.	E.	Seculi.

128. Fol Codex Membran. X.

Euſebii hiſtoriae Eccleſiaſticae per Rufinum translatae, Libri I. Capita X.

Hic Codex olim fuit Capituli Argentinenſis, eum Werinherius Epiſcopus dedit S. Mariae; nempe Templo Cathedrali, quod B. Mariae dedicatum erat.

No.	F.	Seculi.

189. Fol. Codex Membran. IX

Feſta omnium Apoſtolorum et Sanctorum, praemiſſa Epiſtola Chromatii et Heliodori ad Hieronimum.

14. Fol. Codex Chartac. XV.

Le quatrieme et le cinquieme Livre de la Fortereſſe de la Foy, in fine haec adſcripta ſunt:

„ Le preſent Volume a eſte transláté de latin en françois par Pierre Richart, dit l'oiſelet, Preſtre et Curé de marques.

Hujus operis, quod vulgo Alphonſo de Spina, vel Alphonſo Spinae tribuitur teſtibus Baylio, art. Spina, Wolffio Bibl. Hebraea Tom. I. pag. 193. Tom. 4. pag. 1116. editio in noſtra Bibliotheca extat, prima omnium, ni fallor, ignota Baylio (qui Norimbergenſem anni 1494. primam indicavit) Wolf-

Wolffio, Fabritio, Rich. Simon, qui omnes editionem anni 1487. antiquiſſimam cenſent, quum noſtra ſit anni 1485. ut ex inſcriptione in fine operis addita patet. Ea eſt in folio, characteribus Gothicis exarata, ſic vero habet inſcriptio.

„ Anno incarnatae deitatis 1485. Idus Octo-
„ bris, Indictione III. hic liber, quam fidei
„ Fortalitium editor intitulavit, impreſſoria arte
„ Nuremberge, impenſis Anthonii Koberger ini-
„ bi civis eſt completus.

Noſtrae Editionis anni 1485. meminit autor Recueil de Litterature, et poſt eum Freytag in Analectis Litterariis Lipſ. 1750. pag. 895.

Autorem ex Judaeum ait Baylius. Inſcriptio Prologi in noſtra editione ſic habet. „ Incipit prohemium fortalicii fidei conſcripti „ per quendam Doctorem eximium ordinis Minoris, anno Dni. 1459. in partibus occidentis.

In Libro II. Conſideratione VI. haeres V. autor ipſe ſic habet fol. 32. noſtrae edit. „ Cum praeſentem librum ſcriberem in Villa „ Vallis Oletanae anno Dni. 1458. „ De toto opere vide ſupra citatum Wolffium Bibl. hebraea et Whartoni appendicem ad Cavei hiſtoriam litterar. ſcriptor. Eccleſ.

Fortalitii Liber 4tus cui titulus de Saraeenorum bello, ſcriptus eſt adverſus Religionem Muhamedicam.

Liber 5tus eſt ultimus, cui titulus, de bello Demonum contra fidei fortalitium; hos duos tantum continet noſtra verſio Gallica. Ex illo libro 4to quaedam excerpere libet, adpoſito partim textu latino qualem exhibet editio noſtra anno 1485. Initium ejus libri hoc eſt.

„ Après ce que la bataille des Juifs a eſte vail-
„ lament diſſolue et miſe à neant comme il
„ a pleu à Dieu, Il reſte en ce quart Livre
„ experimenter et ſavoir quelle choſe peut

„ avoir la force des Sarraſins contre noſtre „ forteresſe de la foy. Et pour de ceſte choſe „ avoir cler entendement douze conſiderations. „ nous viennent au devant de l'entendement „ à declarer, la *premiere* ſera de la naiſſance „ de Machomet. La *ſeconde* de la vie et des „ meurs de Machomet. La *tierce* de la qua- „ lité et meurs, doctrine et Loy de Macho- „ met. La *quarte* ſera du fondement de la Loy „ de Machomet. La *quinte* ſera de la con- „ cordance et diſcordance de la loy de Ma- „ chomet, avec la loy de JEſu Chriſt „ quant aux articles de la foy et aux ſacre- „ mens. La *ſixieme* ſera de la mort de Ma- „ chomet. La *ſeptieme* ſera des ſucceſſeurs de „ Machomet. La *huitieme* ſera de la bataille „ des Sarraſins par raiſons et argumens con- „ tre le nom Creſtien et contre la verité de „ chaſcune loy, ceſt à ſcavoir, de JEſu Chriſt „ et de Moyſe. La *neufvieme* ſera des ba- „ tailles et triumphes des Sarraſins et des Cres- „ tiens par armes corporelles depuis le tems „ de Machomet jusque au tems preſent. La „ *dixieme* ſera de la poſſeſſion de la Terre „ ſainte par les Sarraſins. *L'onzieme* ſera des „ choſes auxquelles doivent eſtre contraints „ les Sarraſins par droit vivans entre les Cre- „ ſtiens et des choſes auſſi auxquelles ils „ doivent eſtre contraints par l'ordonnance du „ royaulme. La *douzieme* ſera de la fin de „ la loy des Sarraſins et de leur ſervitude „ perpetuelle ſous les vrais et bons Creſtiens.

De la Naiſſance de Machomet.

„ La matiere de ce quart Livre eſt de la „ Naiſſance de Machomet. Laquelle ſera „ declarée par trois Articles. Le premier eſt „ de la naiſſance de Machomet quant à ſa „ lignie et quant au lieu de ſa nativité. Le „ ſecond ſera de la naiſſance de ſa mauldicte „ ſecte. Et le tiers ſera de la naiſſance quant „ au temps.

„ De

„ De la naiſſance de Machomet quant à ſa.
» lignie, et quant au lieu ou le-dit Macho-
» met fut nés.

„ Le premier Article eſt de la naiſſance de
» Machomet quant à ſa lignie, et quant au
» lieu de ſa nativité. Pourquoi il eſt à no-
» ter que Machomet prinſt ſa naiſſance de
» la lignie de Yſmael fils du Patriarche Abra-
» ham et de Agar ſon ancelle. Ceſtui Yſma-
» el fut tres mauvais ydolatre, pourquoy
» Dieu le debouta de la maiſon de ſon pere
» et l'envoia demourer au deſert de Pharan,
» comme il appert au XXI. Chapitre de Ge-
» neſe. Ceſtui ainſi debouté de ſa maiſon pa-
» ternelle devint très cruel et s'eſleva en or-
» gueil et print une haulte baniere en laquel-
» le il avoit eſcript, *ſuperbia Vitae*, c'eſt à
» dire, orgueil de vie, ſoubs laquelle il mi-
» lita continuellement et decent innumerables
» hommes. Ceſtuy Yſmael engendra Cedar,
» du quel eſt eſcript au XXXV. Chapitre de
» Geneſe, lequel engendra Hamel. Hamel
» engendra Thebich. Thebich engendra Ha-
» meſſa, Hameſſa engendra Adecheadech, A-
» decheadech engendra Aduc, Aduc engendra
» Mehac ung très mauvais ydolatre, lequel
» fit ſacrifice à ſon fils Niſar, comme il ap-
» pert au livre de la generation de Mahurith.
» Ceſtui Niſar fut le ſecond Angele de Sathan
» après Yſmael et porta touta ſa vie une très
» haulte banniere en laquelle avoit eſcript
» *Vanitas mundi*, ſoubs laquelle il milita
» continuellement et deceut pluſieurs hommes.
» Ceſtui Niſar engendra Muſar, Muſar en-
» gendra Aliem, Aliem engendra Madrata,
» Madrata engendra Heurennia, Heurennia
» engendra Kuyena, Kuyena engendra Emophera,
» Emophera engendra Melych, Melych engendra
» Fayen, Fayen engendra Luge, Luge en-
» gendra Galiben, Galiben engendra Kabkas,
» Kabkas engendra Meora, Meora engendra
» Cuday.

„ Cuday, Cuday engendra Abdemenof, un
„ très mauvais ydolatre, lequel euſt l'art de
„ Yſmael et la baniere de Niſar et les Clefs
„ de touts les ydoles de Meque comme il ap-
„ pert au livre de la Generacion de Mahurith. Ab-
„ demenof engendra Abdemutalif, Abdemutalif
„ engendra Abdallas, Abdallas engendra Macho-
„ met en une feme nommée Emina, fille
„ de Hayus, laquelle concent et enfanta le-
„ dit Machomet en une Ville nommée Ytraris,
„ empres Meque ou Royaulme d'Arabe. Ce-
„ ſtui Machomet le tiers Angele dyabolique
„ pour la confuſion du genre humain, lequel
„ euſt une baniere très haulte, en laquelle
„ eſtoit eſcript. *Concupiſcentia Carnis*, ſoubs
„ laquelle il milita jusques à ſa mort, et en
„ decent pluſieurs hommes, et tous les ſecta-
„ teurs de ſa très mauldite ſecte, et n'eſt pas
„ merveille s'il fut très mauvais, car ſelon
„ l' Apoſtre, ſe la rachine eſt ſainte, les rain-
„ ſeaux ſont ſains, et par l'oppoſite, ſe la ra-
„ chine fut mauvais, comme fut Yſmael, ſon
„ rainſeau, c'eſt à ſavoir Machomet, fut très
„ mauvais. Et ainſi appert la Naiſſance de
„ Machomet quant à ſa lignie et quant au
„ lieu auſſi de ſa nativité.

Sic vero noſtra Editio latina:

„ Notandum quod Machometus originem
„ traxit ex Yſmahele, hic genuit Cedar, qui
„ genuit Hamel, qui Tebich, qui Hameſſa,
„ qui Adech, qui Adue, qui Mahack Idola-
„ tram peſſimum, qui ſacrificia fecit filio ſuo
„ Niſar. Hic genuit Muzar, qui Alien, qui
„ Emoſera, qui Melich, qui Vain, qui Lecie,
„ qui Galibem, qui Caph, qui Mirrha, qui
„ Coidai, qui Abdemenoph - Abdemenoph ve-
„ ro genuit Abdemutalif, qui Abdalam, qui
„ Machometum ex Emma uxore, que fuit
„ filia Hayop, que concepit et peperit prae-

„ dictum

„ dictum Machometum in Villa quadam, quae „ dicitur Ytrarip.

Obſervandum, Verſionem Gallicam tres generationes habere, quae deſunt in Editione Latina, nempe inter Alien et Emoſera vel ut verſio habet Emophera. Coetera congruunt; nomina quaedam hujus Genealogiae, veluti Cedar, Hamel, Melech, Galibem,' Caph, Abdemenoph, Abdemutaliph, repreſentare videntur nomina, quae in Genealogia Mahomedi ab Abulfeda in vitae ejusdem initio traditâ occurrunt, multis tamen numeris in aliis nominibus abeunt. Nomen Matris Mahomedi, quae Abulfedae Amena, Fortalitio latino Emma, melius in Gallica noſtra Verſione Emina dicitur.

„ Le ſecond Article eſt aſſavoir par quel „ Auteur la ſecte de Machomet euſt ſa naiſ- „ ſance pour quoy il eſt à noter que le deſ- „ ſus dit Abdallas pere de Machomet avoit „ grande familiarité et ſocieté avec ung très „ ſaige Juifs en la ſcience d'Aſtronomie lequel „ Juifs eſtoit auſſi bien enſeignié en la loy „ des Creſtiens comme en la loy des Juifs, „ et advint que en l'an que la deſſus dicte Emi- „ na conceut ledit Machomet, en toute la „ terre d'Arabe fut très grande ſeicheresſe, „ tellement quon ne pouvoit ahaner ne ſe- „ mer et par difficulte de pain les homes ne „ mengoient, ſi non herbes et les rachines „ qui'ls pouvoient trouver aux champs. „ Quand donques le temps vint que Emina „ acoucha de ſon enfant Machomet, le deſſus „ dit Juifs regarda et ſignifia la concordan- „ ce des Eſtoilles et des Planetes ſur la nativi- „ té de l'enfant et entendi par icelle conje- „ cturacion et concordance que ceſt enfant de- „ voit eſtre fort et puiſſant en royaulme et „ en la loy; et quant ceſte nativité advint, „ Abdallas ſon pere eſtoit alé en Jheruſalem

„ pour

„ pour faire ſon oraiſon à Dieu, comme il eſtoit „ de couſtume; car adonc tout le monde pour „ la plus part eſtoit Creſtien. Quant il fut „ retourné, l'Aſtronomien Juif deſſus-dit lui „ recita ce quil avoit trouvé et entendu en „ la Nativité de ſon Enfant; et tantoſt apres „ le-dit Abdallias mourut en la-ditte Ville de „ Ytraris. Au tems que Machomet fut nés, „ ceulx d'Arabe et d'Auffrique eſtoient en „ grande variacion, aſſavoir à laquelle cre-„ dence ils ſe tenroient, ou à la foy des Cre-„ ſtiens, ou des Juifs, ou à enſuivre la ſecte „ des Arriens, leſquels pour lors firent grand „ trouble en l'Egliſe de Dieu, et comme Ma-„ chomet fuſt venu en l'eage de quatre ans le „ Juifs Aſtronomien deſſus dit faindy en men-„ tant que deux Angeles eſtoient venus à Ma-„ chomet, et lui avaient eſcrachie ſon cuer „ et l'avoient parti à moittié et en avoient oſté „ tout le ſang, et que apres ils l'avoient la-„ vé d'eaue belle et nette et l'avoient peſé „ contre les cuers de dix hommes de la lignie „ et apres contre mille autres cuers dautres „ hommes, et que tousjours ils avoient „ trouvé que le cuer de Machomet peſoit „ plus que les autres et que l'un de ces an-„ gels diſt à l'autre que ce ceſtui cuer eſtoit „ peſé contre tous les autres cuers de tous „ les hommes d'Arabe qu'il les excederoit en „ prix. Et diſt ce Juifs en mentant, que „ l'Angele Gabriel lui avoit revelé toutes ces „ choſes en viſion.

„ Apres doncques que Machomet fut venu „ en l'eage de huit ans ſa Mere Emine morte „ et ſon *Tayon* [Avus, ayeul] Abdemutalif „ mort, Abutalib ſon oncle, Frere à ſon Pere, „ le print en garde et le bailla à enſeigner „ au dit Juif Aſtronomien, lequel l'inſtruiſit en „ ſcience naturelle et en loix des Juifs et des „ Creſtiens par laquelle doctrine ainſy receue „ du-dit Juifs il commenca à croire les choſes

„ que

„ que depuis il miſt en ſa mauldитte ſecte, laquelle il compoſa à la perdition de toutes les ames qui y ont creu et qui encores y croient. Long-tems fut Machomet introduit par ceſtui Juif et advint que quand il fut en l'eage de XXV. ans ſouvent aloit en Egypte pour excerſer marchandiſe et demouroit illec aucune eſpace de temps chacun an en converſant avec les Juifs et Creſtiens, et eſpecialement il converſoit ſouvent avec un moyne d'Anthioce, nommé Jehan, lequel il tenoit pour ſon eſpecial Amy, et eſtoit ce moyne heretique, et de ce moyne heretique il aprinſt pluſieurs choſes tant de la nouvelle loy comme de l'ancienne à ſa defenſion contre les Juifs et Creſtiens, quant il diſputeroit contre eulx, car tout ce que ce moyne lui enſeignoit eſtoit contre Dieu et contre la Loy. Il fuſt auſſi diſciple d'un autre moyne, nommé Sergius, heretique en l'erreur des Arriens, ceſtui Sergius pour ſes erreurs debouté de ſon monaſtere vint en Arabe et s'acompaigna de Machomet, auquel il enſeigna pluſieurs choſes tant du nouvel Teſtament comme de l'ancien, par quoy il appert aſſés de qui la mauldite ſecte de Machomet euſt ſa Naiſſance, car ce fuſt d'un Juifs, et de deux Moynes heretiques et du Dyable, qui fut le principal maiſtre.

Sequentia ſunt ex Conſiderat. IX. et X. Libri IV.

Creſtiens ſont vaincus et prinſe Conſtantinoble par le grand Turc.

„ La cent et LVI. bataille dentre les Creſtiens et Sarraſins advint l'an MIIII. cent LIII. au temps de Nicolas le quint Pape de ce nom. Adonc l'Empereur des Turcs aſſaimble grant oſt de payens par mer et par ter-

No. F. Seculi.

„ re en intention de adnichiler du tout le nom
„ Creſtien univerſel. A ſon commencement
„ doncques il aſſiega la cite de Pera, laquel-
„ le apres pluſieurs batailles il prinſt le
„ 28. jour du mois de May et en en-
„ trant en icelle ſiſt cruellement murdrir tous
„ les Creſtiens en deſſus l'eage de VI. ans, le
„ jour en ſuivant il entra au havre de Con-
„ ſtantinople par force de bataille et ſubtillite
„ de guerre, s'y l'aſſega très puiſſamment par
„ mer et par terre et la tint en telle neceſſite
„ en la travaillant par aſſaux continuels que
„ finalement il la prinſt. Et en entrant la
„ noble cite il fiſt une occiſion des Creſtiens
„ tant grande quon ne le ſcauroit bonnement
„ declarer, car l'Empereur de Grece meisme y
„ fut occis avec tout le peuple de la cite. Le
„ tyrant en fiſt aucuns deſtroitement loger,
„ ſy les envoja en captivite. Il traiſta les Moy-
„ nes et les Nonnains tant vituperieuſement
„ hors de leurs monaſteres come ſi ce euſſent
„ eſte femmes communes; ſy commiſt et ſouf-
„ fry mettre en elles tant enormes pechies,
„ que honteuſe choſe ſeroit à les eſcripre. Il
„ conſtraindoit les jeunes enfans en deſſoubs
„ de X. ans eſtre imitateurs de ſa très maul-
„ ditte ſecte. Oultre ce les Turcs entrerent
„ en ce noble et glorieux temple de ſainte So-
„ phie, ou ils pillerent aux pieds les ymages
„ et reliquiaires des ſaints, en leur faiſant tout
„ le vitupere qu'ils pouvoient, et ſailloient
„ ſur les autels crians à haulte voix loenge à
„ leur prophete Machomet de leur victoire.
„ Ils monterent meismes au coupel dudit ſolemp-
„ nel temple, ſy tirerent par terre la croix qui
„ eſtoit au ſommet de la tour. Ils deſchirerent
„ auſſi les reliquiaires des ſaints et conculque-
„ rent les ſanctuaires et firent maintes vituperes
„ es croix, calices et autres aornemens de l'Egli-
„ ſe. Leur fureur fut tant grande et leur raige
„ tant fourſenée, que depuis heure de prime

„ jus-

„ jusques au vespre ils ne ceſſerent de perſecu-
„ ter, deſtruire et adnuller les Creſtiens, tant
„ qu'ils ne laiſſerent en la cite ne Latin, ne
„ grec Armenien Juif ne autre quelconque
„ des habitans de la cite inviole, comme le
„ temoigne Yſidoire le Cardinal de Ruten
„ qui à la deſtruction fut preſent et françois
„ Roſtarii Duc des Veniciens envojes au-dit
„ Pape Nicolaz, afin qu'il pourveiſt de remede
„ licite et convenable contre l'empriinſe de ce
„ mauldit Empereur des Turcs, qui ſe diſoit
„ et diſt encoires eſtre enemi de la Loy de JE-
„ ſu Chriſt, et à les Creſtiens tant en grant
„ haine, que quant il en volt un il en cuyde
„ eſtre en laidy et torche ſes yeulx, comme
„ diſt le-dit Cardinal. Il appartient de noter
„ dilligenment trois choſes ſingulieres qui ad-
„ vindrent devant la deſolation de la-dite
„ cite dont un Prophete grec nomme Le-
„ on en prediſt deux: La premiere fuſt telle, com-
„ me ma raconte ung grec, qui diſoit l'avoit
„ vu pluſieurs fois, quen l'Egliſe ſaint deme-
„ tre de la cite eſtoit une colompne de mar-
„ bre toute painte deſchequier tellement ordon-
„ ne qu'au premier poinct de l'eſchequier eſtoit
„ mis le nom de l'Empereur, et en l'autre
„ enſuivant le nom du Patriarche qui preſi-
„ doient en Grece, et prediſt le-dit Prophe-
„ te, que quant tous les poins audit eſche-
„ quier ſeroient emplis des noms des Empe-
„ reurs et Patriarches de Grece, que adonc
„ la noble cite de Conſtantinoble ſeroit perdue;
„ car ou temps de Conſtantin l'Empereur et
„ Gregoire le Patriarche, regnans, leſquels la-
„ dite cite fut prinſe, les eſches de la colomp-
„ ne furent tous emplis.

„ La ſeconde choſe, que prediſt ce Pro-
„ phete Leon, fut, que au temps dun Empe-
„ reur, nomme Conſtantin devoit eſtre per-
„ due la cite, du quel Prophete les paroles
„ eſtoient eſcriptes en la-dite colompne, en tel

 „ forme,

„ forme, Conſtantin me fiſt et Conſtantin me
„ deſtruira.

„ La tierce choſe qui advint devant la deſtruction de la cite, advint tellement qu'elle fut vue par les Turcs, et par les Creſtiens non, car comme une nuit les Turcs veillaſſent en l'obſidion de la-dite cite, en regardant vers icelle, ils veyrent ſoubdainement grant multitude de lumiere à maniere de chandeilles par tout ſur les murs et tours de la cite. Laquelle choſe regardans en grant admiration, ils craindirent augurans par ce miracle la-dite cite être ſoubs la protection divine. Et comme ils racontaſſent ceſte Viſion au Turc leur Seigneur, il ſe diſſimula, adont la nuit ſequente apparurent derechief les chandeilles ſur les murs et tours comme devant, ſi ſambla au Turc et à tous ceulx qui ce virent qu'elles ſe eslevaſſent au Ciel, et adonc le Grant Turc interpretant ceſte viſion, diſt à ſes gens: Les chandeilles qui ſont apparues deſcendans ſur les murs ſignifient et nous demonſtrent que Dieu au temps paſſe deffendoit celle cite, mais ce qu'elles ſont eslevées au Ciel arriere de nous, denote qu'il ſe deſiſte de la garder ou deffendre. Pourquoy diſt-il temps eſt de aſſaillir icelle cite. Et ainſi de ce aſſeures par ardant raige ils aſſaillirent la noble cite et la prinrent comme dit eſt.

De la cauſe pourquoi les Sarraſins poſſeſſent Terre ſainte.

„ Quant doncques au premier point il eſt à noter, que les Sarraſins s'eslievent, diſans, qu'ils tiennent la verite de la loy pour ce qu'ils poſſeſſent la Terre ſainte: Les Juifs dient aux Creſtiens, que la loy de JEſu Chriſt eſt nulle, et que JEſus de Nazareth n'eſt point le vray Meſſyas promis en la

„ loy

No. F. Seculi.

„ luy, en ce qu'ils ne poſſeſſent point de la
„ Terre ſainte eux qui ſont les Serviteurs du-
„ dit JEſus Chriſt; et pour tant à declairer
„ ce premier point, trois raiſons ſon aſſignées
„ par frere Vincent en ung Sermon qu'il fiſt
„ ſur le theume, ecce aſcendimus Hieroſolimam.

„ La premiere eſt à l'excuſation des Cre-
„ ſtiens: La ſeconde eſt pour la confuſion des
„ Sarraſins, et la tierce eſt pour la converſion
„ des Juifs. Quant à la premiere raiſon nous
„ devons ſavoir qu'il n'eſt Creſtien tant ſaint
„ qu'il ne peche, ou ait peché, excepte JEſus
„ et ſa mere, la glorieuſe vierge Marie, et
„ Dieu ne veult pas que les Creſtiens pe-
„ chent en la terre, en la quelle JEſus Chriſt
„ ſon fils ſouffry paſſion pour les pechies des
„ hommes, et reputeroit ce à grant injure.
„ Il n'eſt pas ainſy injurie des Sarraſins, car ils
„ ſont chiens. Il deplairoit moult au Roy
„ ſi ſes Enfans ou Chevaliers piſſoient en ſa
„ chambre, mais quant un chien y piſſe il
„ nen tient compte.

461. 4to Codex Membran. XV.

De Formula honeſtae vitae, Libellus Maximi Dumienſis.

Addita ad finem pauca, quae deſunt in Bibl. Patrum Tom. X.

463. 4to Codex Membran. Intermixtis foliis Chartac. XV.

B. Franciſci Vita, per Anonymum quendam Ordinis ejusd. ſancti.

628. 4to Codex Cartac. XVI.

Frankenthal, kurze Erkantniß uf die 13. Articul ſo zu Frankenthal Annô 1572.

 diſpu-

No.	F.	Seculi.

diſputiert worden, geſchrieben 1590. 466. paginae.

30. Fol. Codex Membran. XI.

B. Fulgentii Sermo unus.

No.	G.	Seculi.

260. Fol. Codex Membran. XIV.

Fratris Joannis Galeni ordinis Praedicat. Tractatus de quatuor Virtutibus Cardinalibus.

Hic Codex olim Celeſtinorum de Metis, deinde Bongarſii fuit.

Joſephi Opera vide inter Autores graecos et latinos.

477. 4to Codex Membran. IX.

S. Galli vita autore Walafrido.

121. Fol. Codex Chartac. XVII.

Gaudentii Brixiani vita et ejusdem Tractatus de variis S. Scripturae locis.

No.	G.	Seculi.

A. 67. 4to Codex Chartac. XVI.

Drü geiſtliche Spyl. Das erſt: Peccator converſus. Das ander: Miles Chriſtianus. Das dritte: Miles Chriſtianus.

In deutſchen Verſen, Anonymi

Gennadius Maſſil: vide definitio Eccleſiaſticorum Dogmatum.

579. 4to Codex Chartac. XV.

Gennadij Conſtantinop. Dialogus contra Judaeos, graecae.

Memoratus in Euſeb. Renaudotij Diſſert. de Gennadio. V. Fabritij Bibl. graecae. Tom. X. pag. 371.

375. 4to Codex Membran. XV.

B. Genovefae Virginis vita, Anonymi.

158. Fol. Codex Membran. XVI.

Pauli Gerbneri Vaticinium ex Pſalmo XX, in his verſibus. DoMIne In VIrtVte tVa LaetabItur reX.

Quae contInet numerum 1584. in deſtructionem factionis Guiſianae et Pontificiorum in Gallia, cum Epiſtola dedicatoria ad Jacobum Segur, data Hamburgi.

No. *G.* *Seculi.*

Item ejusdem Autoris.

Von Sieben Kirchen Standen von der Apoſtel-Zeyt biſs an jungſten tag, und von zehen Horningen und 7. Thier,

iſt eine prophezeyung von dem Fall des Antichriſten [deſs Papſts] auff 1613. weilen das Wort IVDICIVM dieſe jahr Zahl ausmachet.

Gilberti Porretanj Vide Bernardum Clarevall.

111. Fol. Codex Membran. *XII.*

Gisleberti diſputatio Judaei cum Chriſtiano, addita autoris Epiſtola ad Archi-Epiſc. Cantiburgenſem.

349. 4to Codex Membran. *XIII.*

Idem opus, Titulo Gisleberti Weſtmonaſter. diſputatio, etc.

188. Fol. Codex Membran. *XIII.*

Idem hoc titulo, Gilberti Abbatis Weſtmonaſter. diſputatio Judaei cum Chriſtiano.

No.	G.	*Secul.*

579. 4to. Codex Chartae. *XV.*

Gregorij Neocaeſarienſis, alias Thaumaturgi ſermo de anima ad Tatianum, graece.

199. Fol. Codex Membran. *IX.*

Georgij Florentis Gregorii Turonenſis liber Miraculorum in gloriam B. Martyrum, item Liber de virtutibus S. Juliani Martyris, item de vita S. Martini Epiſcopi, Libri 4. item de Gloria Confeſſorum.

255. Fol. Codex Membran. *XIV.*

Gregorii Turonenſis hiſtoriae Francorum, Libri X.

Deſinit noſter Codex in iisdem verbis, quibus Codex Colbertinus, quem vide editum in Recueil des hiſtor. Gaulois.

In fine legitur, „Liber S. Mariae S. que Petri Gemmetici.„

74. Fol. Codex Membran. *XI.*

Gregorii Turonenſis de vita S. Martini, Libri IV.

No.	*G.*	*Seculi.*

58. Fol. Codex Chartac. *XVI.*

Gregorij Turonenſis geſta Francorum,

ſcriptus Codex anno 1546.

425. 4to Codex Membran. *IX.*

Gregorii Papae Magni Epiſtolae quaedam, vide de Poenitentia.

612. 4to Codex Membran. *XIII.*

Gregorius in Moralibus de vita activa et contemplativa.

Et alia S. Gregorio excerpta.

72. Fol. Codex Membran. *IX.*

Gregorii Papae Regula Paſtoralis.

In fine Codicis adſcriptum.

„ Iſte liber eſt Magiſtrorum de Sourbone.„

136. Fol. Codex Membran. *XII.*

Gregorii M. Omeliae in Ezechiel.

159. Fol. Codex Membran. *XIII.*

Gregorii M. Moralia in Jobum, ab initio ad Libri II. Cap. VIII.

Coetera deſunt.

183. Fol.

No.	G.	*Seculi.*

283. Fol. Codex Membran. *X.*

Gregorii Papae Liber Regulae paſtoralis ad Johannem Ravennae Archi-Epiſcopum.

304. 4to Codex Membran. *XII.*

Gregorij Magni et Petri dialogi de vitis et miraculis Sanctorum, libri IV.

In hoc Codice adſcriptum eſt a manu diverſa; Feſtivitatem omnium Sanctorum in Monaſterio Nantoacenſi renovatam fuiſſe tempore Innocentii Papae et Petri Abbatis Cluniacenſis.

79. Fol. Codex Membran. *XIII.*

S. Gregoire ſur Ezechiel.

Gallica haec Verſio antiqua, continet X. tantum priores Homilias libri I. et aliquot Libri II.

460. 8vo. Codex Membran. *XIII.*

Ex B. Gregorii libro Moralium excerpta.

466. in 4to Codex Membran. *XI.*

Ex Gregorij M. Moralium in Jobum Libris, omeliis in Ezechielem, et Evangeliis, Regula Paſtoralis officij, Excerpta.

No. | G. | Seculi.

Deeſt initium, reſtant folia 77. Additae ſunt.

Allegoriae et interpretationes nominum ex V. et N. Teſtamento, Iſidori,

plura tamen quam in editis continentes.

It. ex eodem Iſidoro originum Lib. XII. de animalibus et alia, excerpta.

374. 4to. Codex Membran. XII.

S. Gregorij Nazianzeni Apologeticus Liber I.

Idem de Jeremiae dictis, de reconciliatione Monachorum, de Grandinis vaſtatione, de ſemet-ipſo.

494. 4to Fol. Codex Chartac. XVI.

Rod. Gualtheri Concionum in Matheum memorialia.

311. 4to Codex Membran. XIV.

Guidonis Ferrarienſis Eccleſiae ſacerdotis Margarita Biblica, S. Argumenta in S. Scripturam verſibus hexametris.

De hoc opere [Anecdoto] vide Fabritii Bibl. medii aevi et Trithemium de ſcriptoribus Eccleſiaſticis.

Prae-

Praefationis initium hoc eſt.

„In nomine Domini noſtri JEſu Chriſti et „glorioſae Virginis Mariae, Matris ejus. „Incipit epiſtola ſive prologus in librum, „qui dicitur Margarita.

„Sanctiſſimo et beatiſſimo Patri et Domi„no Dno. Clementi divina prudentia ſacro„ſanctae ac univerſalis Eccleſiae ſummo „Pontifici Clementi V. Frater Guido in „Eccleſia Ferrarienſi humilis ſacerdos, o„bedientiam fideliſſimam et pedum oſcula „beatorum.

In eadem praefatione haec.

„Poſſet autem a nonnullis ignorantibus „intentionem meam non immerito repre„hendi, cùm plures preclariſſimi Viri et „auctores nominati de libris divinis me„trice luculentiſſimo ſermone conſcripſerint „et varios libros ediderint, ſicut fuit Pe„trus Riga in libro qui appellatur Auro„ra, et Thobias et Anti-Claudianus et „alii, quod ego poſt tantos viros et tam „excellentes auctores quilibet nullo modo „valeo comparari, aliquid ſcribere prae„ſumpſi.

„Licet autem praedicti auctores libros yſto„riales biblie, vel omnes vel aliquos eorum „verſibus exametris et pentametris, ſe„cundum quod complacuit egregio ſtilo de„pinxerint, profundas etiam allegorias et „pulchras moralitates addendo, ſicut maxime „Petrus Riga, qui non ſolum libros omnes „yſtoriales ſed aliquos alios diſſeruit lucu„lenter, nullum tamen reperiri, qu libros „omnes bibliae metrico Sermone de„ſcripſerit, Pſalterium enim, et pro„verbia Salomonis, et Eccleſiaſten,

„et

„ et librum Sapientiae et Eccleſiaſticum,
„ et tres Prophetas majores, ſcilicet Iſai-
„ am et Jeremiam et Ezechielem, et 12.
„ Prophetas minores, et Epiſtolas Pauli,
„ et Epiſtolas Canonicas, et Apocalypſin,
„ quilibet intermiſiſſe videtur. Servaverunt
„ etiam praefati auctores in libris bibliae
„ magis ordinem rei geſtae, ſicut fecit ma-
„ giſter in yſtoriis ſcholaſticis quam ordinem
„ librorum et Capitulorum, qui communiter
„ in biblia obſervatur. Mea vero intentio fuit,
„ de omnibus et ſingulis Capitulis libro-
„ rum bibliae aliquos flores colligere, et
„ ordinem ac modum ſervare, qui traditur
„ in Divina Scriptura, et communiter in
„ Biblia continentur. Et ideo non laboravi
„ verbis exquiſitis, ſeu rethoricis et poe-
„ ticis uti, ſed verbis illis quantum com-
„ mode potui, quibus utitur Divina Scrip-
„ tura, ut melius valeat in memoria reti-
„ neri.

Sequuntur argumenta ſingulorum libro-
rum proſa, dein hi verſus.

Qui memor eſſe cupit librorum Bibliothecae
Diſcat opus preſens, et retinere velit.
Notitiam libri faciunt partes capitales
Partis notitiam particuleque notant.
Ad fontem rivus, ad ſtratam ſemita ducit,
Et ſolare decus notificat radius.
Maxima de minimis, ex partibus accipe totum;
Invenies quod amas, ſi ſtudioſus eris.
Margarita vocor multo queſita labore
Eruta de pelago, fulgeo, grata fero:
Parva licet videar, mea virtus grandia claudit

Con-

Na. G. *Seculi.*

Contere, fragrat odor, detege, multa ſcies.

Nil novitatis habens, divinos colligo flores

Scripture ſpeculum commemorando ſacre.

Initium Geneſeos.

„Nobile principium terrae, Coeli, reſeratur,

„Ordine quove Deus diſtinguens cuncta creavit,

„Omnia perficiens requievit praecipit, Adae,

„Nomina qui rebus dat, de quo ſumitur Eva.

„Decipit hanc ſerpens, Adam conſentit eidem,

„De fructu comedunt jaciuntur de Paradiſo.

Canticum Canticorum integrum XVI. verſibus abſolvitur.

Liber Sapientiae his.

Dilige juſtitiam, judex terre bene ſenti,

Spiritus effugiet, fictum replevit et orbem.

Eſt hominis tempus, minimum ſtultique fruuntur,

Et circum veniunt, condemnant morteque juſtum,

In manibus Domini juſti ſunt, et velut aurum.

288. Fol. Codex Chartac. *XIV.*

Guillaume Triple (Tripolitanus) du couvent d'Acre de l'ordre des freres Preſcheurs, de Mahomet, de ſa Secte, et des Sarraſins.

De

No.	G	Seculi.

De hoc plura in Claſſi hiſtoricâ in quam rejecimus propter multa, quae continet ad hiſtoriam bellorum in Oriente.

No.	H.	Seculi.

HAlitgerius de Poenitentia. Vide Poenitentialis.

660. 661. 8vo Codex Chartac. XVII.

Nic. Henzii in Evangelium Matthaei Analyſis exegetica, Anno 1606.

482. 4to Codex Chartac. XVII.

De Hereſi et de fide Catholica adverſus Pontificios et Anababtiſtas Tractatus. Anonymi.

20. Fol. Codex Membran. XI.

Hieronimi in Eſajam Libri XII.

102. Fol. Codex Membran. XI.

Hieronimi Expoſitiones in Prophetas minores.

No.	H.	Seculi.
171.	Fol. Codex Membran.	IX.

Hieronimi expoſitio in Evangelium Mathaei, cui praemittitur Sermo cujusdam Catholici de reſurrectione.

197.	Fol. Codex Membran.	XI.

Hieronimi Epiſtolae et aliorum ad eundem, additâ interpretatione hebraeorum nominum.

Hic Codex fuit olim Conventûs - - - Fratrum minorum Senonenſium, teſte inſcriptione Codicis.

226.	Fol. Codex Membran.	X et XI.

Hieronimus de illuſtribus Viris. Idem de duodecim Scriptoribus.

Haec ſeculi XI.

Hieronimi vitae Paparum usque ad Liberium.

Idem de Scriptoribus Eccleſiaſticis,

cujus finis deeſt; non enim procedit ultra Lucam, haec ſeculi X.

251.	Fol. Codex Membran.	XII.

Hieronimi contra Jovinianum libri 2.

301. 4to

No.	*H.*	*Seculi.*
301.	4to Codex Membran.	*XI.*

Hieronimi in Ezechielem libri IX - XIV.

344.	in 4to Codex Membran.	*X.*

Hieronimi ſententiae Epiſtolarum B. Pauli Apoſtoli a Hieronimo expoſitae; ex opuſculis ejus decerptae.

586.	4to Codex Membran.	*X.*

Hieronimus ad Demetriadem, idem ad Euſtochium.

396.	in 4to vel 8vo Codex Membran.	*XI.*

Hieronimi Liber contra Jovinianum.

460.	8vo Codex Membran.	*XIII.*

Ex Hieronimi Epiſtolis Flores.

461.	4to Codex Membran.	*XV.*

Hieronimus de Trinitate.

271.	Fol. Codex Membran.	*XIII.*

Epiſtola Cromatii et Eliodori ad B. Hieronimum Presbyt. de ortu B. Mariae Virginis

ginis et de Infantia JEſu Chriſti; cum Hieronimi ad eosdem Epiſtola.

Ejusd. vita JEſu Chriſti et Mariae.

A. 51. 4to Codex Membran. X.

Hieronimi Epiſtola ad Paulinum de omnibus divinae Hiſtoriae libris.

Ejusd. Translatio Origenis in Cantica Canticorum, et in eadem Homiliae duae.

424. 4to Codex Membran. X.

Hieronimi Epiſtolae de Inſtitutione Monachorum et Clericorum, ad Paulinum, Nepotianum, etc.

168. Fol. Codex Membran. XIII.

Hilarii de Trinitate à Libri V. fine usque ad Librum XII.

Libri priores deſunt.

Ejusd. Libri ad Conſtantinum Imp. 1. Epiſtolae 3.

No. H. Seculi.

Ejusd. Liber contra Arrianos et Auxentium.

Ejusd. Liber de Synodis ſive de Fide Orientalium.

Ejusd. Vitae Prologus. Sermo in ejusdem nativitate.

Ejusd. Verſus, quos compoſuit in noviſſimis diebus ſuis.

633. 4to Codex Membran. XII.

Fragmentum Epiſtolarum Hildeberti, Cenomanenſium Epiſcopi.

In noſtro Codice hi tituli variis Epiſtolis praemittuntur.

„ J. Cenomanenſium Sacerdos. J. vinctus Chriſti. „

580. 4to Codex Membran. XII.

Ejusdem Epiſtolarum aliud fragmentum.

260. Fol. Codex Membran. XIV.

S. Hildegardis Epiſtola ad Colonienſes de futura Tribulatione Clericorum. Ejusdem

dem Prophetia de quinque futuris temporibus, quae coeperunt Anno Dni. 1100. de eisdem quinque temporibus excerptum ex alio S. Hildegardis Libro, qui vocatur Divinorum Operum.

Codex olim Celeſtinorum de Metis, dein Bongarſij.

653. 8vo Codex Chartac. XVI.

Joh. Höflii Quaeſtiones Theologicae, conſcriptae A. 1551.

Ejusd. Compendium de vera et falſa Religione, ex Comment. Huldr. Zvvinglii 1555.

Praemittuntur de gratia et operibus libri 4. ut videtur ejusdem Höflii, ab eadem ſaltem manu ſcripti.

114. Fol. Codex Membran. X.

Homiliae (ſ. Omiliae) S. Leonis Papae, Bedae, B. Gregorii, B. Auguſtini, Hieronimi, Ambroſii, B. Maximi in Natalibus Sanctorum.

A. 84. 4to Codex Membran. XIV.

Horae, novem Miſſae et Homiliae, addità Oratione, Linguà Batavà.

No.	*H.*	*Seculi.*

Codex coloribus et auró pictus.

697. 8vo Codex Membran. *XIV.*

Horae et Orationes latine cum verſione Gallica metrica alternis paginis:

exemplum hoc.

„ Niſi Dominus edificaverit domum, in va-
„ num laboraverunt. Se Dieus la maiſon n'e-
„ difie, en vain meteroit nus dàie.

460. 8vo Codex Membran. *XIII.*

Magiſtri Hugonis Pariſienſis Epiſtolae.

Humberti Sylvae Candidae Epiſcopi controverſia. Vide Leonem IX.

620. 4to Codex Membran. *XI. & XII.*

Hymni cum notis muſicis. Lectiones ex Evangeliis, additis notis muſicis;

In priori quidem parte Codicis eae notae antiquiores, quae ante Guidonem Aretinum erant in uſu. In altera parte Codicis notae cum lineis muſicis, ſed quatuor tantum, quales nunc habemus; obſervavimus hymnos complures, qui extant inter Poetas Eccleſiaſticos, quos Georg. Fabritius edidit; velut iſte, qui eſt inter anonymos.

„ JE-

„ JEſu corona virginum
„ Quem mater illa concipit
„ Quae ſola virgo parturit
„ Haec vota clemens ſuscipe. etc.

Hymnus primus, cum notis recentioribus, vel Aretini talis eſt.

Cuncti potens genitor Deus omni creator Eleiſon
Fons et origo boni, pie luxque perhennis Eleiſon.
Sanctificet pietas tua nos bona rector Eleiſon
Chriſte Dei ſplendor, virtus, paciſque ſophia, Eleiſon
Plasmatis humani factor, lapſis reparator, Eleiſon.
Nec tua dampnetur JEſu factura benigne Eleiſon.
Amborum ſacrum ſpiramen nexus amorque. Eleiſon
Procedens fomes vite fons, purificans vis. Eleiſon.
Purgator culpe venie largitor opime
Offenſas dele, ſacro nos munera reple,
Spiritus alme.

Sequens hymnus ſic incipit.

Orbis factor, rex aeterne
Pietatis lux in menſe, Eleiſon.
Noxas omnes noſtras pelle. Eleiſon. etc.

Ad illos libros Rituales pertinere videtur, qui gradualium nomine veniunt.

Deeſt initium, et finis.

No. I. Seculi.

382. b. 4to.

LE fameux livre des trois Impoſteurs.

Titulus nempe nefandi operis, quod multi olim Petro de Vineis attribuerunt. Illud vero de quo nobis ſermo eſt, partum eſſe Seculi XVII. vel noſtri, ex variis in eo locis patet.

In praefatione auctor narrat, ſe anno 1706. Francofurti cum amico quem Frechtium vocat, in taberna Bibliopolae inveniſſe quendam militem nomine Tavvſendorf, Frechtio familiarem, qui de pretio trium libellorum cum Bibliopola ita contendebat, ut miles 500. Thaleros exigeret, Bibliopola vero 450. tantum offerret. Andito tali pretio deſiderium exortum noſtris titulos libellorum videndi, quos ſtatim miles rogatus exhibuit: erant hi, Specchio della beſtia triumphante; hic typis editus; alteri titulus deerat; praemiſſa epiſtola Othonis Imperatoris ad amicum ſuum Othonem, his verbis incipiens:

„Quod de tribus famoſiſſimis nationum „deceptoribus in ordinem meo juſſu digeſ„ſit doctiſſimus ille vir, quo cum ſermo„nem de illa re in muſeo meo habuiſti, „exſcribi curavi, atque Codicem illum, „ſtylo aeque vero ac puro ſcriptum ad te „primum mitto etc.

Tertius liber erat ſine titulo etiam, incipiebat his verbis ex Ciceronis libro de natura deorum I.

„Qui deos eſſe dixerunt tanta ſunt in „varietate etc.

Secun-

Secundum illud opus, cui praemittebatur epiſtola Friderici librum eſſe de tribus impoſtoribus, cum ſtatim conjiceret noſter, ampliori cum Tavvſendorf inſtituto colloquio, quem ut facilius voti compos fieret, in diverſorium abduxerat, comperit ex ejus narratione, Tavvſendorfium hos libros poſt victoriam ad Hochſtetten profugo Electore Bavariae, et occupato a hoſtibus Monachio, forte Bibliothecam Palatii ingreſſum in pluteo ſeparatim habitos et faſcia ſerica involutos, quia eos ex rarioribus eſſe ſupicabatur, clam inde abſtuliſſe, nec ſpe fuiſſe deluſum. Poſt multas tandem preces fide datâ militi, ne Codex deſcriberetur, Frechtius eum in duorum dierum ſpatium ſibi traditum, ut legeret, abſtulit. Sed punica fide quem deſcribere non licebat in Gallicam linguam vertere absque damno conſcientiae ſe poſſe credidit. Raptim abſolutâ verſione librum amico reddidit tempore conſtituto, quem Bibliopola pretio 500. Thalerorum tandem accepit. Totam hanc fabulam conſictam eſſe patet; ea ridicule omnino pugnat cum totius operis ſtructura, ubi multa ad hiſtoriam ſeculi XVI. et XVII. reperies. Citantur Jacobus I. Rex Britanniae, Mareſchallus d'Ancre, Poſtellus, Campanella, Gabr. Naudeus, Charron, Carteſius.

A Capite 12. ad 17. exſcripti Charroni libri, trois verités, de la ſageſſe, et Gabriel Naudeus des coups d'Etat.

Capitum operis totius Index in fine appoſitus hic eſt:

Cap. 1. de Dieu, pag. 33.

2. Des raiſons qui ont porté les hommes à ſe figurer un Etre inviſible, ou ce qu'on nomme communement Dieu, pag. 45.

No.	I.	Seculi.

3. Ce que c'eſt que Dieu, pag. 62.

4. Ce que ſignifie ce mot religion, et comme et pourquoi il s'en eſt gliſſé un ſi grand nombre dans le monde, pag. 71.

5. De Moyſe, pag. 85.

6. De Moyſe, pag. 88.

7. De JEſus Chriſt, pag. 109.

8. De la politique de JEſus Chriſt. pag. 113.

9. De la morale de JEſus Chriſt, pag. 125.

10. De la divinité de JEſus Chriſt, pag. 135.

11. De Mahomet et de la fin tragique des trois impoſteurs, pag. 144.

12. Des Religions, pag. 161.

13. De la divinité des Religions, pag. 180.

14. Des diviſions des Chreſtiens, pag. 196.

15. Des ſuperſtitieux, de la ſuperſtition, et de la credulité du peuple, pag. 207.

16. De l'origine des Monarchies, pag. 218.

17. Des Legislateurs, des Politiques, et comment ils ſe ſervent de la religion, p. 232.

18. Verités ſenſibles et evidentes, pag. 257.

19. De l'ame et ce que c'eſt que l'ame, pag. 265.

20. Des Eſprits que l'on nomme demons, pag. 283.

In fine Libri adſcriptum eſt.

Permittente Domino Barone de Puffendorf deſcripſi hunc Codicem ex autographo Bibliothecae

thecae ſereniſſimi Principis Eugenii Sabaudiæ.

Initium Capitis primi ſic habet ; de Dieu.

„ Quoique il importe à touts les hommes de „ connoitre la veritè, tres peu neanmoints „ la connoiſſent, parce que la plu part ſont „ incapables de la chercher d'eux-memes ; „ ou plutot ils ne veulent pas s'en donner la „ peine, ainſi il ne faut s'etonner ſi le mon„ de eſt rempli d'opinions ridicules, rien n'e„ tant plus capable de leur donner cours que „ l'ignorance.

Caput tertium ſic incipit : ce que c'eſt que Dieu. „

„ Cela posè, ſi l'on demande, ce qu'eſt „ Dieu, ce mot nous repreſente un Etre infini, „ dont l'un des atributs eſt d'etre une ſub„ ſtance etendue, par conſequent eternelle et „ infinie, l'extention ou la quantité n'etant fi„ nie ou diviſible, qu'en tant qu'on l'imagine „ telle, car la matiere etant par tout la même, „ l'entendement n'y diſtingue point de parties : „ par exemple : L'eau, entant qu'eau, eſt imagi„ née diviſible, et ſes parties ſeparées les unes des „ autres, quoi qu'entant que ſubſtance corpo„ relle, elle ne ſoit ni l'un ni l'autre. Ainſi „ la matiere et la quantité n'ont rien qui ſoit „ indigne de Dieu ; car ſi tout eſt en Dieu, „ et que tout coule neceſſairement de ſon eſ„ ſence, il faut abſolument qu'il ſoit tel que „ ce qu'ils etoient, puisqu'il eſt incomprehen„ ſible que des êtres tout materiels ſojent con„ tenus dans un être qui ne l'eſt pas, et a„ fin qu'on ne croje pas que cette opinion eſt „ nouvelle, Tertullien l'un des premiers hom„ mes que les Chrêtiens ayent eu, a prononcé „ contre Apellès, que ce qui n'eſt point corps

 n'eſt

„ n'eſt rien, et contre Praſeias, que toute
„ ſubſtance eſt un corps, ſans que cette Do-
„ ctrine ait été condamnée par les 4. premiers
„ Conciles oecumeniques et generaux.

Locus Tertulliani, de quo autor noſter loquitur, hic eſt, qualem ex Tertulliani operum edit. Baſil. 1562. fol. exſcripſimus.

„ At ego nihil dico de Deo inane et va-
„ cuum prodire protuiſſe, ut non de inani et
„ vacuo prolatum; nec carere ſubſtantiâ,
„ quod de tanta ſubſtantia proceſſit et tantas
„ ſubſtantias fecit, fecit enim et ipſe quae
„ facta ſunt per illum; quale eſt ut nihil ſit
„ ipſe, ſine quo nihil factum eſt, ut inanis
„ ſolida, et vacuus plena et incorporalis cor-
„ poralia ſit operatus, quis enim negabit De-
„ um corpus eſſe, etſi Deus ſpiritus eſt.

Noſtri Libri initium idem eſſe videtur cum Opuſculo Gallica lingua ſcripto, de quo in Bibliotheca Reinmanniana pag. 1029. haec traduntur.

„ L'Eſprit de Spinoſa MS. de quo ex Lit-
„ teris anno 1714. ad M. d' A. miſſis.

„ *Le MS. Francois porte pour titre, l'Eſprit de*
„ *Spinoſa, Feu Mr. Lucas Medecin à la*
„ *Haye et grand Spinoſiſte en eſt l'auteur. C'eſt*
„ *lui qui a traduit en Francois le Tractatus*
„ *Theolog. polit. de Spinoſa. &c.* Dictio ejus
„ aperta et ſimplex. Methodus non optima
„ et res in VIII. Capita digeſtae, quorum agit
„ Caput I. De Deo, 2. De rationibus quae in-
„ citarunt homines ad Deum fingendum. 3.
„ Quid ſignificet religionis vocabulum et cur
„ tot religiones. 4. De Politica J. C. 5. De
„ Ethica Chriſtiana. 6. De Veritatibus ſenſi-
„ bilibus et evidentibus. 7. De anima. 8.
„ De ſpiritibus et daemonibus.

Hi

No.	I.	Seculi.

Hi tituli reſpondent titulis Capitum 1. 2. 3. 4. 8. 9. 18. 19. 20. Reliqua Capita à recentiori quodam autore inſerta fuiſſe probabile eſt.

Hic Codex deſcriptus fuit ex Codice, qui fuit olim Steph. Seignoreti.

Iſidori opera vide inter Autores latinos.

422. 4to Codex Membran. XIII.

Ivonis Carnotenſis Epiſcopi Pannomia vel Pannormia.

424. 4to Codex Membran. X.

Juliani Toletani Epiſc. libri 3. Pronoſticorum futuri ſeculi.

434. 4to Codex Membran. IX.

Juvenci Presbyt. Liber de Evangeliis, Metrice.

Codex olim Bongarſii.

Joannes de Mailliaco. Vide Sanctorum geſta.

No.	K.	Seculi.

426. 4to Codex Chartac. XVI.

Rabbi David Kimchi, Expoſitio in XII. Prophetas minores. Latine.

No.	L.	Seculi.

298. 4to Codex Membran. XV.

Lactantii divinarum Inſtitutionum Libri VII.

Deeſt initium usque ad Lib. 1. Caput 3. his verbis.

„Ita ſit, ut ad regendum mundum unius „perfecta virtute magis opus ſit quàm imbecillitate multorum.

Librum VII. ſequitur fragmentum Auguſtini, quod etiam extat in editione Lactantii, Paris 1748. ſic incipiens.

„Nullus vel negat vel dubitat per JEſum „etc.

Sub titulo Libri VIII. ſequitur Lactantii liber de *Ira Dei.*

Sub titulo libri IX. liber de opificio hominis.

Praemittuntur Operi teſtimonia Hieronimi, Auguſtini et aliorum de Lactantio.

Initia Librorum Litteris pictis et inauratis ornantur.

Hic

No. *L.* *Seculi.*

Hic Codex fuit Petri Danielis.

440. 4to Codex Membran. *XV.*

Lucilii Lactantii divinarum Inſtitutionum Libri IX.

292. Fol. Codex Membran. *XI.*

Lanfranci (Archi-Epiſc. Cantuarenſis) altercatio cum Berengario de corpore et ſanguine Chriſti.

Deficit noſter Codex in Capite XVIII. his verbis „ Non manducando crucifixum et bibendo illuminamur. „ Huic Lanfranci libro ſtatim annexat eſt.

Epiſtola Humberti ad Euſebium circa haereſin Berengarii.

Leonis Papae IX. Liber adverſus inauditas præſumptiones Michaelis Conſtantinopolitani et Leonis Acridani.

Item Liber cujusdam Nicetae Presbyteri contra Latinos editus et ab Apocriſariis Apoſtolicae ſedis Conſtantinopoli repertus.

Item

No. | L. | Seculi.

Item Liber Controverſiae Fratris Humberti Cardin. et Epiſcopi Sylvae Candidae contra haereſes Michaelis Conſtantinop. et Leonis Acridani.

Item brevis commemoratio eorum, quae geſſerunt Apocriſarii ſanctae Romanae Eccleſiae in Regia urbe etc.

Haec omnia, ad eandem Controverſiam inter Graecos et Latinos pertinentia, edita extant in Conciliorum edit. et in Bibliotheca Patrum edit. Lugdun. Tom. 18.

B. Leonis IX. Papae vita et miracula.

Extat in Actis Sanctorum ad 19. Aprilis et tribuitur Wiberto. Praemittitur huic vitae in noſtro Codice pagina picta exhibens Leonem benedicentem et manus imponentem Sacello vel ſacro aedificio, quod ipſi porrigit Warinus Abbas: adſcripta ſunt nomina.

Leo Papa, Warinus Abbas.

Poſt vitam Leonis in noſtro Codice legitur:

„ Explicit vita B. memoriae Leonis, qui & „ Bruno dicitur. Preſedit primus Leuchorum „ Eccleſiae. Incipiunt miracula ejusdem „ non tamen integra in noſtro Codice adſunt, quae in editis.

A. 56. 4to Codex Membran. VIII.

Lateranenſis Concilii ſub Martino Papa

No. | I. | Seculi.

pa Anno 649. celebrati fragmentum,

ab initio.

A. 55. 4to.

Lateranenſis Concilii ejusdem fragmentum,

A pag. 222. Editionis Conciliorum Typogr. Reg.

294. Fol. Codex Chartac.

Laurentii Vallenſis opus in donationem Conſtantini, deſcriptum 1475.

in titulo haec. „ Diſertiſſimi viri Laurentii Vallenſis poetae Laureati etc.

„ Opus in donationem Conſtantini Silveſtri „ Pontificis factam. „

379. 4to. Codex Membran. XIV.

Lectiones puerorum in ſingulos anni dies.

A. 63. Codex Membran. IX.

Lecturae ex Prophetis et N. Teſtamento, Germanice.

Deeſt initium, exemplum hoc

„ An

No.	L.	Seculi.

„An dem Mitwochen Evangelium Marcus.„

„In der Zeit redten der Juden Biſchoffe mit
„Herodes Luten wider JEſum wie ſie ihn fur-
„brechten, JEſus der entwich aber mit ſeinen
„Jungeren zu dem Meere. in fine Codicis ad-
„ſcriptum eſt. Dis Buch ward geſchrieben in
„dem Jare da man zelt von Chriſtus Geburt
„1402.

A. 85. 4to Codex Chartac. XVI.

Scipione Lentulo, miniſtro, libro della chieſa di Chiavenna, da notarſi le coſe che alla giornata ſi riſolvano, fatto nel 1568.

A. 86. in 4to Codex Chartac. XVI.

Ejusdem deſcriptio rerum geſtarum a David & Salomone, Italice.

A. 87. 4to Codex Chartac. XVI.

Ejusd. Libro di giov. Calvino, delli ſcandali, iquali impediscono molti di ricevere l'Evangelio.

A. 88. 4to Codex Chartac. XVI.

Ejusd. Trattato della vita e della morte, di Philippo di Mornay.

No.	L.	Seculi.
A. 89. 4to Codex Chartac.		XVI.

Ejuſd. Hiſtoria della morte di Gaſp. di Coligny. Ed altri Signori, tradótto del Franceſe. 1575.

152. Fol. Codex Membran. XIII.

Lotharii Levitae et Cardinalis liber de vilitate conditionis humanae.

Hunc Lotharium poſtea Pontificem Romanum ſub Innocentii III. nomine commemorant Caveus, Oudinus, et reliqui. Incipit ſic:

„Noſtro Patri R. P. Dei gratia Portuenen-
„ſi Epiſcopo Lotharius indignus Diaconus
„gratiam in praeſenti et gloriam in futuro.

Modicum otium quod inter multas anguſtias nuper ea qua noſtis occaſione captavi, non ex toto me pervicit ocioſum ſed ad deprimendam ſuperbiam, quae caput eſt omnium viciorum, vilitatem humanae conditionis utcunque deſcripſi.

289. Fol. Codex Membran. IX.

Ludovici Imperatoris Epiſtola ad Archi-Epiſcopum.

No.	*M.*	*Seculi.*
409. 4to	Codex Membran.	
	Machſor ſive Preces Judaeorum, litteris majoribus et vocalibus minutis ſcriptus.	
	Wolfg. Muſculi, vide Wormatienſis Conventûs Acta.	
114.	Fol. Codex Membran.	*XII.*
	Lectio, in aſſumptione B. Mariae.	
82.	Fol. Codex Membran.	*XV.*
	Marie, les Miracles de la ſainte Vierge, Anonymi, Gallice.	
375.	4to Codex.	*XV.*
	De viſitatione, de preſentatione et conceptione B. Virginis Mariae Sermones et Decreta Concilii Baſileenſis anni 1439. et 1441. Item de ejusdem Viſitatione Decretum Sixti IV. Pontif.	

138. Fol.

No.	*M.*	*Seculi.*
133. Fol. Codex Membran.		*XII.*

Anonymi narratio, qualiter S. Maria Magdalena vixerit in Heremo per XXX. Annos.

Implet unicam paginam, incipit ſic.

„Refert Eieſippus hiſtoriographus, quod
„Maria Magd. poſt aſcenſionem Domini
„prae ardenti quam erga ipſum habebat
„caritate nunquam virum voluit videre.

292. 4to Codex Membran.		*XI.*

Mariae Magdalenae Vita, Anonymi.

Praemittuntur Verſus Elegiaci in hoc opus, dein Prologus, qui ſic incipit:

„Quanquam per quatuor mundi climata fidelium
„connexione propagata, ſacratiſſimae Mariae
„Magdalenae inſignia pio imitationis exemplo
„Sacroſancta celebret Eccleſia etc.

Prologum ſequuntur hi Verſus.

„Hic Titulus finem capiet textusque Cacumen
„Conglutinat dictis perpetui jubaris,
„Magdalenes mira quae geſſit in orbe Maria
„Conglomerata ſacro et cuneata globo.

No.	M.	Seculi.

Vita ipſa ſic incipit:

„ Fuit igitur ſecundum ſeculi faſtum clariſſimis
„ exorta natalibus beatiſſima Maria Magdalena,
„ quae, ut Patrum aſſerunt traditiones, a Magdalo
„ Caſtello nuncupata eſt.

Continetur haec vita foliis XIV.

Addita Omelia in „ *Maria Stabat* „

466. 4to Codex Membran. *XI.*

B. Mariae Aegyptiacae Vita.

Prologus ſic incipit.

„ Secretum Regis celare bonum eſt. Ope-
„ ra autem Dei revelare et confiteri honori-
„ ficum eſt.„

Opus eſt idem cum ſequenti. Codex iſte fuit Bongarſii.

705. 8vo Codex Membran. *IX.*

Mariae Aegyptiacae Vita.

In titulo legitur:

Imitabilis converſatio actuum et morum vitae et poenitentiae magnum virileque certamen venerabilis Mariae Aegyptiacae; qualiter in Eremo expleverit tempora vitae; de graeco tranſtulit in latinum Paulus, Venerabilis Diaconus S. Neapolis Eccleſiae.

190. Fol.

No.	*M.*	*Secul.*

190. Fol. Codex Chartac. *XVI.*

Marſilii Ficini Tractatus de Pauli aſcenſu in tertium Coelum.

102. Fol. Codex Membran. *XI.*

Martini Epiſcopi Libellus de quatuor Virtutibus.

289. Fol. Codex Membran. *IX.*

B. Martini Epiſcopi Praedicationis Epiſtola ad Polemium Epiſcopum.

B. 49. 4to Codex Chartac.

Martyrologium Aethiopicum. Codex Aethiopicus manu Joh. Mich. Wanslebii deſcriptus. Pariſiis in Conventu S. Honorati. Anno 1671.

Verſibus rythmicis, per feſtos Eccleſiae Aethiopicae continua ſerie decurrit opus, ubi praeter feſtivitates, quae a ſanctiſſimo Servatore nomen habent, cùm Angelorum, tùm Hominum, ſive Martyrum, ſive Sanctorum memoria celebratur, eorumque ad ſuum cujusque diem laudes canuntur. Ante tria et amplius ſecula auctor ejus Maria Zionus vixit et ſcripſit, quo tempore apud Habeſſinos ſumma Imperii apud Zera Jacobum fuit, regem et rerum geſtarum et pietatis gloria inſignem, cujus praeter reliqua auctoritate faſtos ſacros fuiſſe recenſitos, eo ſanctorum numero atque ordine digeſtos et a poeta noſtro carmi-

No. *M.* *Seculi.*

ne traditos, ex auctoris prologo colligitur. Ludolſus quanquam alicubi in Commentario Martyrologii Aethiopici MSS. Bibliothecae Seguerianae titulo allegat et quandam ex eo odam exhibet, tamen in conſcribendis ſuis Aethiopicis uſu libri caruit. Hic enim diverſus eſt ab illius encomio coeleſtium atque terreſtrium, unde faſtos ſuos contexuit. Coeterum inter utrumque librum et argumenti et metri ratione ſatis convenit, noſter licet copia alteri, is autem antiquitate et auctoritate noſtro concedere videatur.

403. 4to Codex Membran. *XIII.*

Magiſtri Mathaei Vindocinenſis Carmen de Thobia, cum gloſſis.

In fine additur: Pariſetus de Donceverino ſcripſi hos libros Annô 1284.

512. 4to Codex Membran. *XIII.*

Magiſtri Mathaei Vindocinenſis Carmen de Thobia, cum Scholiis marginalibus.

In fine legitur „iſte liber perfectus fuit, Annô 1289.„

709. Minut. Codex Membran. *XIII.*

Mathaei Vindocinenſis Equiovoca, verſibus hexametris et pentametris, cum gloſſis.

De hoc opere, hactenus anecdoto, plura in Claſſi Miſcellaneorum.

No.	M.	Seculi.

A. 83. 8vo. Minut. Codex Membran. XV.

Meditationes de S. Hughone Lyncolnenſi Epiſcopo, de S. Hieronimo et aliis ſanctis.

In fine legitur.

Scriptus Annó 1452. per manum fratris Johannis Carthus. in Baſilea.

153. Fol. Codex Chartac. XVI.

Jehan Menard, des ſaints Sacremens, du Baptesme & de la Cene, enſemble la reſponce pour les Papiſtes à ung dizain faict contre eux, par Adam de Retour, alias Jehan Menard; dedié par l'auteur à noble, puiſſant, magnifique et trés-honoré Seigneur Hans Steiguer, Conſeiller et Bourſier de la tres puiſſante Ville de Berne, Baron de Mont le grand, Sgr. d'Oron.

547. 8vo Codex Chartac. XVII.

Menologium Graecum; continens Hymnos et Preces; proſa omnia.

Deeſt initium et finis. Tituli Hymnorum et Orationum minio ſcripti ſunt.

Folio 3. Codicis hic legitur titulus.

„ Τῶ αυτῶ μηνὶ ϛ. τȣ̃ ἁγιοῦ προφήτου ἄββακουμ.

Folio 6.

„ Τῶ ἀυτῶ μηνὶ. γ. τȣ̃ ἁγιοῦ προφήτου σοφονίου.

Folio 8.

„ Τῶ ἀυτῶ μηνὶ Δ. τῆσ ἁγίας βαρβάρας ϰ̀ τοῦ ὁσίου πατρὸς ἡμῶν ἰωάννου τοῦ Δαμασκηνου.

Titulos ſequuntur orationes. De Habbakuk oratio ſic incipit:

„ Ἐπὶ θείας ἱστάμενος φυλακῆς ὁ σεβασμιος ἀββακόυμ, ἀκήκοε τὸ μυςήριον τῆσ πρόσ ἡμᾶς παρȣσιάς σοῦ χριςὲ τὸ ἀπόρρητον.

De Sancta Barbara incipit:

„ Ὁτέ ἐν ςαδιώ τῶ φρικτῶ ἰουλιανὴ διεσκόπει

No. *M.* *Seculi.*

σκόπει ἡ παμμακάρισοσ μάρτυρα τὴν ἔνδοξον Βαρβάραν μαςιγξιν ἐναθλῆσαν βασάνοις τε.

Hymni, vel ᾠδαί dicuntur, quibus inſcripti ſunt tituli e.g. ᾠδη ε. ὁ Φοτισμος. ᾠδη ς. ἐν ἀβυσσω.

Folio ſecundo inſcriptum eſt: „Hic liber eſt ſanctae Mariae ab Orto. Initio haec a recentiori manu: „Compactus eſt et huic „formae reſtitutus hic liber lacer et muti„lus. Venetiis. 1561. Sanctae Mariae ab Horto coenobium extat Venetiis.

206. Fol. Codex Chartac. *XV.*

Expoſition de la Meſſe,

en $2\frac{1}{2}$. Feuilles; ſic incipit:

„Ci comance coment notre Seig„neur par Abraham nous aprent a oir la „Meſſe devotement, car il laiſſoit ſon aſne „au pié de la montagne, quant il aloit „adourer notre Seigneur. En ceſte manie„re devons nous laiſſier toutes penſées et „parole de temporalité pour penſer au ſa„lut de l'ame, etc.

377. 4to Codex Membran. *XIII.*

Methodii Martyris liber, quomodo relatum fuit ei ab Angelo de fine mundi.

No. *M.* *Seculi.*

Iſte Codex olim fuit Celeſtinorum de Metis.

645. 8vo. Codex Membran. *XIII.*

Miraculorum liber, cui deeſt initium et finis;

Scatet rebus ridiculis et fabellis monaſticis; exemplum hoc pagina prima extat:

„Quí inhonorat matrem, inhonorat filium,
„inſeparabiles enim ſunt honores eorum,
„quod beata Virgo miraculoſe oſtendit in
„quadam Angliae Eccleſia, in qua erat imago
„beatae Virginis ex argento et lapidibus pre-
„tioſis, quae filium ſuum tenebat et amplexa-
„batur in gremio. Quidam autem latro de
„nocte ingreſſus eſt eccleſiam, ut furaretur
„imaginem. Cumque in humeris levaſſet
„eam, et prae nimio pondere portare non
„valeret, cepit imaginem pueri argenteam à
„matris amplexibus avellere; Beata vero Vir-
„go Maria, quae cum filio ſuo prius ſe tolli
„permiſerat, cùm vidiſſet, quòd fur ille fi-
„lium ſuum vellet ſine matre apportare et
„ab ejus brachiis avellere, una manu tenens
„filium, aliâ ita fortiter latronem percuſſit,
„qùod in pavimento ante ipſam proſtraverit.
„Unde ille ſtupefactus et citius relictâ imagi-
„ne receſſit et converſus ad Deum tantum
„miraculum publicè praedicavit.

490. 4to Codex Chartac. *XVI.*

Miſcellanea ad Jus Eccleſiaſticum pertinentia.

No.	*M.*	*Secul.*
271.	Fol. Codex Membran.	*XIII.*

De Miſeria hominis tractatus Anonymi.

14. Folia.

225. Fol. Codex Membran. *XII.*

De Miſſa et nomine JEſu fragmentum Anonymi.

546. 4to Codex Membran. *XIII.*

Miſſalis antiqui cum notis muſicis fragmentum.

A. 39. Fol. Codex Chartac. *XVI.*

Wolfg. Muſculi Acta Conventûs Wormacienſis Anni 1540. ubi ipſe Notarius fuerat.

686. 4to Codex Chartac. *XVII.*

Wolfg. Muſculi Arabicae dictiones ex Pſalterio Arabico, a manu ipſius.

No.	*N.*	*Seculi.*
377. 4to	Codex Membran.	XIII.

Nicodemi Evangelium, vide Salvatoris geſta.

B. 43.	4to Codex Chartac.	XVI.

Nili Paradiſus, Graece, ſ. Carmina Tetraſticha Hexametra et Pentametra. Singulis Tetraſtichis tituli ſingulares. Operis initio hic Titulus praemittitur:

„ Νείλȣ μοναχȣ̃ ἐκ τῶν γεροντικȣ̃ ὡς
„ ποιητικὴν Ταξιν ἧσ ἡ ἐπιγραφὴ, Πα-
„ ράδεισος.

Titulus primi Tetraſtichi ſic habet:

„ Ὅτι ἀθάνατος τοῖς ἀναγινώσκȣσιν ἡ
ὠφελεια.

Tetraſtichon ipſum hoc eſt:

„ Ἀνθεμόεις παράδεισος ὁ τῶν ἁγίων
χορός ἐςιν
„ ΟΔμῆς ἡδείας πείρατα πιμπλάμενος

„ Πᾶς

No. *N.* *Seculi.*

„ Πᾶς ἂν ὃς παθέεσσιν ἐπιπλήγει φίλον ἦτορ

„ Δεῦρ᾽ ἴτω ἀμβροσίης ἄνθεα δρεψόμενος.

Secundum Tetraſtichum hoc.

„ Ὅτι συγγνωςότερον τό ἐλαχιςον

„ Κέρδιον ἡ μετάνοια μάλ᾽ ἔξοχον. ἐκ γάρ ἀριςων

„ Και τόκον ἐισπραττων κυριος ὑψιμεδῶν

„ Τοῖσιν ἀμαρτωλοῖς και ὄχλον δ᾽ ἄφίησι των ὀφλων.

„ ἐικόνα την πορνην και την ἀσωτον ἐχεις.

Tertium hoc.

„ ὀτι Φοβω θεοῦ και μονη δέδεται ἡ γλῶσσα

„ Κλεῖθρα πρὸ τῆσ γλωσσης και ἐρκεα, και δυο τειχη

„ Θῆκεν ὁ ποιησασ. ἡ δέγε ταῦτα περᾶ,

„ ει δέ μιν ἐισαφικοι το θεοῦ δεος. ἀυτικ᾽ ἐπόψει

„ Τήν

„ Τήν δ' ἐν ὄροις ἰδίοις ἀ τρεμάς ἱςαμένην.

Tetraſtichum ſextum ſic habet:

„ Ὅτι δεῖ ἐκ τῶν πελάς. γινώσκειν ἑαυτον.
„ Οξυχολός τις ἀνὴρ ἐρετιζομενος, μετέβαλλεν
„ Ὄμματα καὶ μορφὴν, τήν τε κόμην ἐσόβει
„ Τόν δὲ ἰδὼν ἄν ὅς, ἐι ἐίκελος ἔσσομαι, ἐιπερ
„ Θυμωθεὶς, φεῦ μοι, ὅσσον ὤφληκα γέλων.

Octavum talem Titulum habet:

„ Ὅτι ἔργοις καὶ λόγοις ἐγγυμναςεόν.

Nonum:

„ Ὅτι ἐπὶ τὸ ςόμα καὶ ἡ ἀσκητική.
„ Ἀρσενιῶ τίς ἔφη, σὺ τὸ μῆνιν ἄειδε διδάξας·

„ Του-

„Τουτους ἐιρωτᾶς τȢς ἀμαθεῖς τὶ μαθεῖν

„Αλλ᾽ ἐγὼ, ἐιφ᾽ ὁ γέρων, ἔτι καὶ νῦν ȣ̓ δε-
δακὴα

Τῶν ἀμαθῶν τȣτῶν, ȣ̓δὲ τὸ ἄλφα μόνον.

Arſenius, de quo in Tetraſticho hoc ſermo fit, idem eſt Patricius Romanus, qui Theodoſii filios litteris graecis et latinis inſtituiſſe dicitur; anno dein aetatis 40. aulam reliquit et in deſertis Thebaidos vitam monaſticam ſectatus eſt. Hoc eſt argumentum Tetraſtichi; cujus mens ea eſt: *Vitam aſceticam Monachorum praeſtare omni doctrinae excellentia.*

Sunt omnia Tetraſticha numero 90. Citatur hoc opus à Caveo Hiſtor. Scriptor. Eccleſiaſt. ſub Titulo Tetraſtichorum Paraeneticorum, et extat MSS. in Bibl. Vindobon. Cod. Theol. 289. hactenus anecdotum.

No. **O.** Seculi.

467.
4to Codex Membran. *XIII.*

Odonis Cluniacenſis Collationes usque ad Libri II. Caput 35.

460. 8vo Codex Membran. *XIII.*

Ex Collatione B. Odonis Abbatis ſententiae excerptae.

355. 4to

No.	O.	*Seculi.*
355. 4to Codex Membran.		*XIII.*

Ordinarium lectурae Refectorii ſecundum tenorem librorum, qui habentur in domo Petrae Caſtri.

In fine legitur:

„ Nullus hic audeat aliquid addere vel variare ſine licentia ſpirituali data in preſenti Conventu, et qui contrarium fecerit, prima die ſequente careat vino absque ulla miſericordia. Et haec ita ordino et praecipio ego Frater P. B. humilis Prior hujus domûs Petrae Caſtri, ſub ſigneto meo manuali.

30. Fol. Codex Membran. *XI.*

Origenis homiliae ſuper JEſu Nave; deficit Codex a homilia XXIII. §. 3. usque ad finem.

43. Fol. Codex Membran. *XIII.*

Origenis Expoſitio ſuper Evangelium: Maria ſtabat ad monumentum.

Codex olim Celeſtinorum de Metis.

No. | *P.* | *Seculi.*

335. 4to Codex Membran. XI.

Paradiſus Heremi, deeſt finis.

Auctor Anonymus;

Incipit autem ſic.

„ Quoniam primo de Praemio abrenuntiantium Seculo
„ Libellus iſte tractat et conſolatoria converſatione il-
„ lorum illius titulus urbane dicitur Paradiſus Hermi.

„ Incipit Tractatus laudationum laudabilis.
„ Converſionis et Converſationis heremicola-
„ rum.

„ Quam decora quamque dulcora ſit heremitarum con-
„ verſatio heremitica, multitudinis quorum eſt cor unum
„ et anima una, delucidare concupiſco, ſed deficit anima
„ mea.

Sub variis continetur capitum Titulis, quorum primus;

„ Heremiticae vitae laudatio,

Secundus: De legitima lege Heremitarum.

Tertius. Lex medicabilis.

Quartus. De beata Lege.

Quintus. Quam ſterilis ſit Vita Secularis etc.

Reſtant folia 14.

82. Fol. Codex Membran. XV.

Hiſtoire de la Paſſion de JEſu Chriſt, avec des reflexions tireés des Peres, opus Anonymi, ſine titulo.

I Paſſio-

No.	R.	Secul.

Paſſionale, vide Sanctorum.

.XX

314. 4to Codex Membran. XII.

Patrum diverſorum ſententiae de Primatu Romanae Eccleſiae et de officiis Clericorum, partim ex Conciliis excerptae.

318. 4to Codex Chartac. VIII.

De ortu et obitu Patrum ab Adam ad David, habet folia dua.

Incipit autem „ Adam, pater generis humani. „ Dei manibus ex terra creatus vixit annis „ 930. ſepultus in Cariath Arbeac, quae „ diſtat ab Hieruſalem XXII. milibus ad „ Auſtralem plagam „ Forſitan compendium ex Iſidoro qui ſequitur.

„ Hic Codex fuit Petri Danjelis.

453. Fol. Codex Membran. XV.

De Vita et obitu Patrum, qui in Scriptura laudibus afferuntur, Liber Iſidori.

460. 8vo Codex Membran. XIII.

Ex diverſis Patribus ſententiae excerptae.

225. Fol.

No.	P.	Seculi.

225. Fol. Codex Membran. XII.

B. Pauli et Senecae Epiſtolae XIII. quas vide in Fabritii Codice apocrypho N. Teſtam.

Eodem Codice, hae Epiſtolae iterum extant. XI.

317. 4to Codex Membran. IX.

Paulini qui vulgo Burdigalenſis dicitur, Carmen de Vita ſua quod Euchariſticum appellavit.

Deeſt nomen auctoris; praemittitur Carmini Praefatio. Hunc edidit Chriſt. Daumius Lipſ. 1681.

271. Fol. Codex Membran. XIII.

De Perjurio tractatus anonymi, continens folia 3.

188. Fol. Codex Membran. XII.

Petri Alfonſi dialogus Judaei cum Chriſtiano.

Editus Bibl. Patrum Tomo XXI.

111. Fol. Codex Membran. XII.

Petri Alfonſi dialogus inter Moyſen et Petrum, ſ. inter Judaeum et Chriſtianum.

367. Fol. Codex Membran. XII.

Petri Alfonſi dialogorum cum Moyſe Judaeo, tituli VI. priores contracti.

No. R. Secul.

Paſſionale, vide Sanctorum.

314. 4to Codex Membran. XII.

Patrum diverſorum ſententiae de Primatu Romanae Eccleſiae et de officiis Clericorum, partim ex Conciliis excerptae.

318. 4to Codex Chartac. VIII.

De ortu et obitu Patrum ab Adam ad David, habet folia dua,

Incipit autem „ Adam, pater generis humani. „ Dei manibus ex terra creatus Vixit annis „ 930. ſepultus in Cariath Arbeae, quae „ diſtat ab Hieruſalem XXII. milibus ad „ Auſtralem plagam „ Forſitan compendium ex Iſidoro qui ſequitur.

„ Hic Codex fuit Petri Danjelis.

453. Fol. Codex Membran. XV.

De Vita et obitu Patrum, qui in Scriptura laudibus afferuntur, Liber Iſidori.

460. 8vo Codex Membran. XIII.

Ex diverſis Patribus ſententiae excerptae.

No.	P.	Seculi.

225. Fol. Codex Membran. XII.

B. Pauli et Senecae Epiſtolae XIII. quas vide in Fabritii Codice apocrypho N. Teſtam. XI.

Eodem Codice, hae Epiſtolae iterum extant.

317. 4to Codex Membran. IX.

Paulini qui vulgo Burdigalenſis dicitur, Carmen de Vita ſua quod Euchariſticum appellavit.

Deeſt nomen auctoris; praemittitur Carmini Praefatio. Hunc edidit Chriſt. Daumius Lipſ. 1681.

271. Fol. Codex Membran. XIII.

De Perjurio tractatus anonymi, continens folia 3.

188. Fol. Codex Membran. XII.

Petri Alfonſi dialogus Judaei cum Chriſtiano.

Editus Bibl. Patrum Tomo XXI.

111. Fol. Codex Membran. XII.

Petri Alfonſi dialogus inter Moyſen et Petrum, ſ. inter Judaeum et Chriſtianum.

367. Fol. Codex Membran. XII.

Petri Alfonſi dialogorum cum Moyſe Judaeo, tituli VI. priores contracti.

No.	*P.*	*Seculi.*
54. Fol. Codex Chartac.		*XVI.*

Philoſtorgi hiſtoriae Eccleſiaſticae Epitome graece.

Initium diverſum ab editione Gothofredi.

233. Fol. Codex Membran.		*VIII.*

Phyſiologus de natura Animalium,

ſ. uti fert Titulus.

Liber Fiſiolo TO. (forſitan Theobaldi) Expoſito (Expoſitio,) de natura Animalium vel Avium ſeu Beſtiarum.

Capita libri haec ſunt; quorum titulos tales exhibemus, quales, licet corrupte ſaepius, in Codice habentur.

1. De Natura Leonis.
2. De Autalops.
3. De Cerobolim lapides igniferi.
4. De Serra in Mare.
5. De Caladrius.
6. De Pellicano.
7. De Necti Corace.
8. De Aquila.
9. De Fenex, Phoenix.
10. De Upupa.
11. De Formicae natura.

12. De

No.	*P.*	*Seculi*

12. De Serena et Uno Centauris.
13. De Herenaciis.
14. De Hibes.
15. De Vulpe.
16. De Monoceras.
17. De Caſtur, qui in libro caſtus ſcribitur.
18. De Hienna quae bellua.
19. De Hildris.
20. De Corcon.
21. De Onagro.
22. De Folica.
23. De Panthera.
24. De Aſpedo calone.
25. De Perdice.
26. De Muſtella.
27. De Aſida ſtructio.
28. De Turture.
29. De Cervo.
30. De Salamandra.
31. De Simia bellua.
32. De Carnium eſu vel piſcium.

Ultimi Capitis ſcriptura tota fere deleta eſt.

Huic ſtatim ſubjungimus Codicem ſequentem, qui idem opus exhibet, multis tamen a priori diverſum, atque recentiorem.

 318. 4to

No.	*P.*	*Seculi.*
318. 4to Codex Membran.		*IX.*

Phyſiologus,

cui deeſt titulus, praemiſſi autem ſingulis Capitibus hi ſunt tituli, quales ex Codice deſcripſimus.

1. De Leonis natura.

2. De Natura Animalium Aeſaurae; hoc caput non extat in priori Codice.

Deſcriptio hujus animalis ſic habet.

„ Eſt qui vocatur Aeſaurae Elicae, dixit Phy-
„ ſiologus, cum ſenuerit impeditur duobus
„ oculis et excoecatur, non vidit ſolis lumen.
„ Quid ergo facit naturae ſuae? Quaerit pa-
„ rietem, intrans in ſciſſuram parietis, adten-
„ dentem ad Orientem et ortum ſolis, aperien-
„ tur oculi ejus etc.

„ De Natura volatile, quae dicitur Calatrius,„ (in Codice praecedenti, Caladrius,) deſcriptio quae paulum diverſe in Codice 233. talis in 318.

„ Sicut in Deuteronomio ſcriptum eſt. Phyſio-
„ logus narrat de ipſo, quoniam totus albus
„ eſt nullam partem habens nigram. Interius
ejus femur album, reliquae multis mendis ſcatent.

Codex 233. melius hunc locum exhibet.

„ Eſt volatile quae dicitur Caladrius. Hoc
„ ſcriptum eſt in Deuteronomio non mandu-
„ candum. Fisiolocus dicit de hoc; quia to-
„ tus albus eſt, nullam partem habens ni-
„ gram, cujus interius femur currat [curat]
„ caliginem oculorum. Si quis autem eſt in
„ egritudine conſtitutus, ex hoc Caladrio co-
„ gnoſcitur, ſi vivat ut [aut] moriatur. Si
„ ergo eſt infirmitas hominis ad mortem, mox
„ ut viderit infirmum avertit faciem ab eo Ca-
„ ladrius, et omnes cognoſcunt quod moritu-
rus

„ rus eſt. Si autem infirmitas ejus non per-
„ tinet ad mortem, intendit faciem ejus Ca-
„ ladrius, et adſumet omnes egritudines infra
„ ſe et volet in aere ſolus et comburet infir-
„ mitas ejus et diſpergit eam et erit ſalvus
„ infirmus.

4. De Natura nocte coracis.

5. De Natura Volatile aquilae.

6. De Natura Ypope.

7. De Natura Viperae; hoc caput non extat in 233. incipit ſic.

„ Bene dixit Johannes ad Phariſaeos; genera-
„ tio Viperarum quis vobis dixit, etc. Phy-
„ ſiolocus monet de Vipera, quoniam faciem
„ habet viri, femina mulieris uſque ad umbi-
„ licum, et uſque ad caudam corcodrillo ha-
„ bet figuram. Vadum femina non habet in
„ ſexu ſed ut foramen acus habet. Et ſi maſ-
„ culus fiat cum femina effundit ſemen
„ in os feminae et ſi bibit ſemen femina
„ praecedit neceſſario maſculi, et moritur
„ maſculus ſtatim. Cum creverint autem filii
„ comedent ventrem matris et ſic exient pa-
„ trueli et matrueli. Bene ergo ſimilavit Jo-
„ hannes Viperae Phariſaeos, quoniam ſicut
„ occidit vipera patrem aut matrem, ſic Pha-
„ riſaei occiderunt intelligentiſſimos parentes
„ prophetas et Salvatorem noſtrum etc.

8. De Natura Formicae.

9. De Natura Serenae et uno Centauri.

10. De Natura Yricii, qui in 233. dicitur herenacius, nempe Erinacius.

11. De Natura Vulpis.

No. P. Seculi.

12. De Animale qui dicitur Pantheon.

13. De Ceto magno Aspido helunes.

14. De Animale Unicornu.

15. De Cervo.

16. De Salamandria.

17. De Antelups, in 233. Antelops.

18. De Natura piſcis, qui dicitur Serra.

19. De Eliſanto et de Mandracora non in 233.

20. De lapide acato. Non extat in 233.

Sic habet hoc Caput.

„ Quando lapides quaerunt Margarita per aca-
„ tum, inveniunt [inveſtiunt] eam in groſſio-
„ rem reſticulam dimittunt eam in mare. Si-
„ nit ergo acates ſuper Margaretam et non
„ movetur. Statim ergo orinaturi [urinatores]
„ ſecuntur [ſequuntur] reſtem et inveniunt
„ Margaretam. Conchos vocatur piſcis, qui
„ in mari aperit os ſuum et ſuſcipiet auram
„ et radio ſolis ſimul et lunae et ſic concipiet
„ Margaretam.

21. De lapide Indico. Non extat in 233.

22. De Galli Cantu. Non extat in 233.

23. De Caballo. Non extat in 233. ſic habet.

„ Caballus ante Cabo dictus propter quod gra-
„ diens ungula impreſſa terram concavat.

Opus hoc propter Allegorias ad Religionem pertinentes, in hac Claſſe recenſui, auctor ignotus.

No. *P.* *Seculi.*

tus. Forſan idem Theobaldus Epiſcopus cujus Phyſiologum, ſive opus de XII. Animalium naturis citat Fabritius Bibl. medii aevi, quanquam plura quam XII. Animalia, et praeterea res etiam ex regno minerali, et aliis regnis in noſtris Codicibus citantur. Veluti, *Cerobolim. Lapis Indicus.*

Nomina quorundam Animalium ignota vel corrupta, quamvis Animalia ipſa inveniantur, veluti: Hildris, Antelops, Caladrius, hibes.

Hildris vitioſe ſcriptum eſt pro Hydris, quod animal idem eſt cum Jchneumone, veluti patet ex deſcriptione ejus in Codice noſtro, et loco Euſtathii Antiocheni, quem citat Bochartus Hierozoici lib. 5. Cap. 18. ὕδρις δὲ ἐστιν ἐν ποταμῷ μορφὴν ἔχουσα κυνός.

De Serene [Sirenae] et uno Centauris.

Eſajas Propheta dicit „Serenae et Demonia „Sabbatho in Babylone et Herenacii et Uno „Centauri habitabunt in domibus eorum unius „cujusque Naturae." „Fiſiologus, Serene, in„quit, Animalia ſunt mortifera, quae a capi„te usque ad umbilicos figuram hominis ha„bent, extremas vero partes usque ad pedes „volatiles habent figuras, et muſicum dulciſ„ſimum melodiae carmen canentia.

Verſio LXX. locum Eſajae, de qua hic mentio fit, Cap. XIII. Vers 21. 22. ſic exhibet.

21. „Καὶ ἀναπαύσονται ἐν αὐτῇ θηρία,
„καὶ ἀναπαύσονται ἐκεῖ σειρῆνες,

„ καὶ δαιμόνια ὀχήσονται (ὀρχή-
„ θήσονται).

22. „ Καὶ ὀνοκένταυροι ἐκεῖ κατοικήσου-
„ σιν καὶ νοσσοποιήσουσιν ἐχῖνοι ἐν
„ τοῖς οἴκοις αὐτῶν.

Verſio vulgata.

21. „ Sed requieſcent ibi beſtiae, et replebuntur domus eorum draconibus et habitabunt ibi ſtruthiones, et piloſi ſaltabunt ibi.

22. „ Et reſpondebunt ibi ululae in aedibus „ ejus, et ſirenes in delubris voluptatis. „ Prope eſt ut veniat tempus ejus, etc.

Ubi vox graeca Σειρῆνες reſpondet voci Struthiones, vox δαίμονια voci piloſi, vox graeca ὀνοκένταυρος reſpondet voci ululae. Vox ἐχῖνος reſpondet in verſu 22. voci ſirenes. Vide Bochart Hierozoic.

Illata videtur vox ὀνοκένταυρος a LXX. Interpretibus ex fabulis graecorum, quanquam Hieronimus initio libri contra Vigilantium Centauros vere naſci probare ex ſcriptura videatur, ait enim „ Multa in orbe mon„ ſtra generata ſunt; Centauros et ſirenas, Ulu„ las et Onocrotalos in Eſaja legimus.„

Sirenes dictae a voce Phoenicum *Sir* cantic. Superiora ſunt Virginum, inferiora paſſerum vel ſtruthionum, non piſcium, ut vulgus putat. Putat Bochartus, translatum fuiſſe nomen ſtruthionum ad ſirenes, quia ſtruthiones apud

apud Hebraeos dicebantur a cantu luctuoſo. Daemonia dicta pro piloſo idem ait, facta translatione a voce hebraea, שעיר quae hircum ſignificat, ad Daemones, propter religionem Aegyptiorum, qui inter Deos hircum retulerant. Inde factum ut Pan vel hircus mendeſius, fauni et ſatyri, hircorum forma repreſententur. Inde etiam nata opinio diabolum hirci formam aſſumere.

Videtur autem noſter Phyſiologus praeter Verſionem L X X. uſus fuiſſe verſione diverſa a vulgata.

Caladrius male pro *Charadrio* quem invenies in Deuteronomio inter volucres, quas comedere vetebantur Hebraei, nomen accepit a locis, ubi nidificabat nempe ad torrentes προς τας χαραδρας et loca ſaxoſa.

Diverſum eſſe noſtrum Phyſiologum ab opuſculo, quod eodem ſub Titulo extat inter opera S. Epiphanii, ex collatione inter utrumque opus inſtituta, comperimus; initium tamen utrumque facit à Leone. Autalops noſtri Phyſiologi idem eſt cum *Uro* Epiphanii. Ut vero intelligatur, quantum differat noſter ab Epiphanii Phyſiologo, illum ex utroque Codice hic deſcribam:

„ *De Autalops.*

„ Eſt animal accerrimum nimis ita ut Venatore
„ poſſit adpropinquare. Habet autem longa
„ Cornua, ſerre figuram habentia, ita ut poſſit
„ etiam arbores ſecare altas et magnas, et ad
„ terram deponere. Et cum ſiticrit, venit ad
„ magnum fluvium Eufraten et bibit. Eſt au-
„ tem ibi flutex, [frutex] dicitur grege [grae-
„ ce] Herecine [forſan pro ἐρινεος, de quo Plinius

No.	P.	Seculi.

„ Plinius lib. 23. cap. 7. quem prope fluvios
„ naſci refert Dioscorides libro 4. cap. 29.) ha-
„ bet autem virgulta ſubtilia atque prolixa.
„ Veniens autem ibi coepit ludere cornis] cor-
„ nibus] ſuis ad herecinam; et dum ludit obligat
„ cornua ſua in virgultis ejus. Cum autem
„ diu pugnans liberare ſe non poſſit, excla-
„ mat voce magna. Audiens autem venator
„ vocem ejus, venit et occidit eum, Sic et
„ tu homo Dei qui ſtudes ſobrius eſſe, et
„ caſtus ſpiritualiter vivere, cui dua ſunt
„ Cornua duo Teſtamenta, quem potes reſe-
„ care et excidere abs te omnia vitia corpora-
„ lia, hoc eſt adulterium, fornicationem, ava-
„ ritiam, invidiam, ſuperbiam, deſtructionem,
„ aebrietatem, luxoriam et omne ludibrium
„ hujus ſaeculi pompam. Tunç congaudent
„ tibi et omnes caelorum virtutes. Cave ergo
„ homo Dei aebrietatem ne obligeris luxoria
„ et voluntati et interficiaris a diabolo. Vi-
„ num enim et mulieres apoſtatare faciunt
„ homines a Deo.

Epiphanii Phyſiologus de Uro ſimilia quidem habet, ſed haec diverſa; quae ex verſione latina deſcripſi.

„ Paſcitur non longe ab oceano, continuo ve-
„ ro ut bibit, veluti ebrius ludit, cornibus-
„ que tanquam bos terram petit. Eſt autem il-
„ lic arbor dicta Tanus, viti ſimilis et alba
„ ramis, quos cum Urus capite concutit, cor-
„ nu vincitur. Tu igitur, o ſpiritualis homo,
„ conſidera quanto te uro generoſiorem fece-
„ rit Deus: loco enim duorum cornuum duo
„ tibi dedit Teſtamenta etc.

466. 4to. Codex Membran. X.

De Natura Animalium varia ex Iſi-
doro,

doro, additis allegoricis interpretationibus.

6. Folia.

Diverſum tamen opuſculum à prioribus.

Interpretationum earum exemplum hic addam; ex illo loco ubi de *Camelo*:

„ Camelus autem Chriſti humilitatem ſig-
„ nificat, qui onera peccatorum noſtrorum
„ portabat, aut gentilem populum conver-
„ ſum ad fidem Chriſti. Nam quod in E-
„ vangelio Dominus ait, facilius eſt Ca-
„ melum per foramen acûs tranſire, quam
„ divitem intrare in Regnum Celorum, o-
„ ſtendit facilius Chriſtum pati pro dilectori-
„ bus ſeculi quam dilectores ſeculi ad Chriſtum
„ poſſe converti. Cameli enim nomine ſe intel-
„ ligi voluit, qui ſponte humiliatus infirmitati
„ noſtrae onera ſuſtulit. Per acum autem
„ punctiones ſignificat, per punctiones do-
„ lores in paſſione ſusceptos. Foramen ergo
„ acûs dicit anguſtias paſſionis qua ſciſſa no-
„ ſtrę quaſi veſtimenta nature quodammo-
„ do reſarcire idem recuperare dignatus
„ eſt etc.„ Eadem in gloſſis vulgatis ad N. T. reperiuntur.

537. 4to Codex Chartac. XV.

Pilati Geſchichten. Anonymi Opus ſine titulo.

Continens hiſtoriam Pilati germanice, Capitum tituli ſinguli praemittuntur, ex gr.

„ Wie Pilatus mit den Juden uſʒoch wi-
„ der den Keyſer.

„ Von

No.	P.	Seculi.

„ Von dem Tale Joſaphat, wie der
„ voll Waſſer wart gefürt durch Jaffet.

„ Wie Pilatus det vohen Jacob der Va-
„ ter was Marien Jacobi ꝛc.

Finem operi imponit hiſtoria de Pilato Viennae in Gallia juſſu Imperatoris vitae ſupplicium paſſo.

455. 4to Codex Membran. IX.

Poetarum Chriſtianorum Carmina.

quae cum partim ſint edita, partim anecdota, Codicem noſtrum per ſingulas paginas recenſere opere pretium duximus: deſunt paginae primae [ut mihi videtur] quamvis a manu recentiori ſingulis foliis litterae cum numeris ſint additae et folio quod nunc ordine primum eſt inſcriptum fuerit A 1. Sunt autem folia numero 44. nempe usque ad fol. F. 4. ſingulae litterae octo habent paginas.

Fol. A. 1.

Verſus de Adventu Domini.

Conditor alme ſiderum.

Aeterna lux credentium

Chriſte redemptor omnium.

Exaudi preces ſupplicum. etc.

Nota, quod bini Verſus ſingulis lineis continuati ſcribantur in hoc Carmine et in, aliis ſequentibus.

Verſus

No.	P.	Secul.

Verſus de Natali Domini.

Veni redemptor gentium
Oſtende partum Virginis etc.
Item alium (pro aliud.)
A ſolis ortus cardine
Ad usque terre limitem
Chriſtum canamus Principem etc.

Fol. A. 2.

Verſus in Epiphania.

Hoſtis Herodes impie
Chriſtum venire quid times. etc.

Verſus in Purificatione ſanctae Mariae.

Quod Chorus vatum Venerandus olim
Spiritu Sancto cecinit repletus
In Domini factum genetrice conſtat
Eſſe Maria. etc.

In Purificatione S. Mariae,

aliud Carmen.
Fit porta Chriſti pervia
Referta plena gratia
Tranſitque rex et permanet
Clauſa, ut fuit per ſecula etc.

Fol. A. 3.

No.	P.	Seculi.

Fol. A. 3.

In Quadrageſima.

Omni fide qua vivimus
Spe perenni qua credimus
Per charitatis gratiam
Chriſto canamus gloriam etc.

Verſus de Paſcha.

Extant in Fabritii Poetis Chriſt. pag. 807.

Ad cenam agni pavidi
Ex ſtolis albis candidi
Poſt tranſitum maris rubri
Chriſto canemus principi etc.

455. Fol. A. 4. iterum

Alium de Paſcha,

cujus primus Verſus non integer legi poteſt.

- - - - Quis tribuat
Indulge quia potens es
Si corde rogamus mundo
Certe debes ex promiſſo etc.

Aliud eodem folio extat *Carmen Paſchale*, cujus ultimi tantum verſus legi poſſunt, in quibus extat nomen, ni fallor, Karoli Magni Imperatoris.

Omnes

No. *P.* *Saeculi.*

Omnes ergo recreati Victimis paſchalibus
Exſultemus ſociati gaudiis regalibus
In quibus ſub Chriſto pollet orbis amor Karoli
Omnis aetas atque Sexus dicet voce conſona
Vive vale rex precelſe plurima per tempora. etc.

Fol. A. 5.

Verſus de Aſcenſione Domini.

Aeterne rex altiſſime
Redemptor et fidelium
Quo mors ſoluta deperit
Datur triumphus gratiae
Scandens tribunal dexterae
Patris poteſtas omnium
Conlata eſt JEſu Coelitus
Quae non erat humanitus. etc.

De S. Johanne Baptiſta.

[Prudentii.]

Ut queant laxis reſonare fibris etc.

Fol. A. 6.

Verſus de S Petro et Paulo.

Aurea luce et decore roſeo.

No.	*P.*	*Seculi.*

Lux lucis omne perfudiſti ſeculum
Decorans celos inclyto martyrio
Hâc ſacra die quae dat reis veniam. etc.

Fol. A. 7.

Verſus de S. Germano.

Iſte Confeſſor Domini ſacratus
Feſta plebs cujus celebrat per Orbem. etc.

Verſus de S. Dioniſio.

Coeli Cives adplaudite
Mundi jucundo lumini
Quo inluſtratur coelitus
Diei hujus gratia. etc.

Verſus de Virginibus.

Virginis proles opifexque Matri
Virgo quae geſſit peperitque Virgo
Virginis feſtum canimus trophaeum
Accipe Votum. etc.

Fol. A. 8.

Verſus in Natali Apoſtolorum.

Apoſtolorum Principem
Celſam columnam Eccleſiae

Fortem

No.	*P.*	*Seculi.*

Fortem Petrum fundamine
Petrum fideles concrepent, etc.

Item aliud.

Apoſtolorum paſſio
Diem ſacravit ſeculi.
Petri triumphum nobilem
Pauli coronam proferens. etc.

Fol. B. 1.

Verſus in Natali S. Benedicti.

Chriſte ſanctorum decus atque virtus
Vita et forma, via, lux, et auctor
Supplicum vota pariterque hymnum
    Suſcipe clemens. etc.

Verſus de Martyribus.

Aeterna Chriſti munera
Et Martyrum Victorias
Laudes canentes debitas
Leti canamus mentibus etc.

Fol. B. 2.

Aliud de Martyribus.

Rex glorioſe Martyrum

No. P. Seculi.

Coronam confitentium. etc.

Verſus de uno Martyro.

Martyr Dei qui unicum

Patris ſequendo filium. etc.

Item aliud.

Deus tuorum Militum. etc.

Verſus de Confeſſoribus.

JEſu redemptor omnium

Praepes corona praeſulum. etc.

Fol. B. 3.

Verſus in Natali omnium Sanctorum.

Sanctorum meritis indita gaudia

Pangamus ſocii geſtaque fortia. etc.

Verſus de Virginibus.

JEſu Corona Virginum

Quem Mater illa concepit. etc.

Fol. B. 4.

Verſus in Natale S. Michaelis.

Chriſte ſanctorum Deus Angelorum

Rector humani generis et Auctor. etc.

Ver-

No.	P.	Secul.

Verſus in dedicatione Eccleſiae.

Chriſte cunctorum dominator alme
Patris aeterni genitus ab ore, etc.

Fol. B. 5.

Verſus de Accipitre et Pavone.

Avis haec magna ad aſtra tendit
Alta ſublimes aſpergens voces
Agnum conlaudat auctorem cunctis, etc.

Fol. B. 6.

Verſus Fortunati in honore S. Crucis.

Perge lingua glorioſi prelium certaminis etc.

Fol. B. 7.

Verſus Fortunati ad Chilpericum Regem.

Aſpera conditio et ſors irrevocabilis hore
Quam generi humano triſtis origo dedit
Cum ſuadens coluber projecit ab ore venenum. etc.

Fol. C. 1.

Verſus de Jacob et Joſeph.

Tertio in flore mundus adhuc cum pubeſceret
In decore juventutis ſeculum pulcreſceret. etc.

No. P. Seculi.

Fol. C. 2. C. 9.

Verſus de Herico.

Hoc Carmen primus ex Codice S. Victoris Lemovicenſis edidit Abb. le Boeuf in Diſſertations ſur la Ville de Paris. tom. I. pag. 426. idque (a) Paulini Aquilegienſis Patriarchae, clari, temporibus Caroli Magni, Poetae, et Herico, de quo cecinit, conjunctiſſimi, fertur, quamvis noſter Codex nullum exhibeat auctoris nomen.

Id vero Carmen quum nobis multa ad Geographiam veteris aevi pertinentia continere videretur nomina, nempe urbium, et fluviorum, quae negligentia paſſim vel ignorantiâ Amanuenſium, qui codices ſcripſerunt, corrupta, vix priſtinae veritati reſtitui poterant; operaè pretium fore cenſuimus, ſi ex codice noſtro denuo ederetur, additis hinc et illinc emendationibus, ex Geographia et Hiſtoria veteris aevi, erutis, et nominum interpretatione; Addidit quidem Abbas le Boeuf aliquot notulas, ſed non omnia, imo exiguam partem carminis illuſtrantes. In iis autem plerumque mihi a mente Auctoris aberraſſe videtur. Nomina enim vel Urbium, vel Regionum, quae in iſto carmine obveniunt, ex toto Orbe terrarum, et ex Geographicis lexicis, ita undique decerpſit, ut minime inter ſe cohaerere poſſint. At opus erat ex ipſa Herici vel Henrici, cui carmen inſcriptum eſt, hiſtoria, regulas emendandi aſſumere, quas ut lector intelligat, hic praemittere pauca de Herico opus erit.

NOTA (a) De Paulino Aquilegien et Erico Forojulienſi noſtroque Carmine, vide, Hiſtoire litteraire de France Tome IV. pag. 284. ſeqq. et Tome V. pag. 13. ubi male Comes Forojulienſis dicitur, pro *Duce*.

Schoep-

No. P. Seculi.

Schoepflinus Alſatiae illuſtratae Tomo I. pag. 666. 67. Herici ducis Forojulienſis, de quo nunc agitur, mentionem facit. Patria Argentinenſem fuiſſe teſtatur Carmen noſtrum, cujus fragmentum citat illuſtr. Auctor ex editione Abb. le Boeuf. Sub Carolo Magno vixiſſe et coaevum fuiſſe Paulini, conſtat, quod, ne multis ſuperfluis teſtimoniis utar, ex Georgii ab Eckart commentariis Franciae Orientalis Tomo I. Lib. XXV. Cap. 75. 85. 117. ediſcere ſat erit, habet autem haec de Erico.
„ Cap. 75. ne tamen Hunni ferocirent, Ericum, „ quem Alcuinus Aericum, Anonymus in vi„ ta Caroli M. et Annales Bertiniani Heiricum, „ Metenſes Hericum, Fuldenſes Ehericum, „ Egelismenſes Eenricum ſive Henricum apel„ lant, Forojulienſium ducem conſtituit, at„ que in Provinciam hanc ad Hunnos coercen„ dos miſit. (Carolus M.)

Idem Cap. 85. „ Ericus interea Dux Foro„ julienſis, cùm audiret Principes Hunnorum „ civili Bello fatigatos eſſe, media hieme mi„ litem lectum in Pannoniam ablegavit, qui „ tantae felicitatis fuit, ut fortiſſimum Hunno„ rum munimentum, quod Ringum dice„ bant, intraret, diriperet, et Theſauro pris„ corum regum ibi cuſtodito potiretur.

Idem Cap. 117. „ Inter haec ſatis laeta tamen „ Rex triſtem nuncium recepit de caede Erici „ ducis Forojulii: Ericus vel Henricus, ut „ Eginhardus, ceteriſque Annales teſtantur, „ in Liburnia juxta Tarſaticam, maritimam „ civitatem, inſidiis oppidanorum interceptus „ eſt et oppreſſus.

Hinc patet, locorum, urbium, fluviorum nomina, quae in noſtro carmine occurrunt, quaerenda eſſe in iis regionibus, quas Hericus nominis ſui gloria implevit, dum gentes, (ut Poetae noſtri verbis utar) domuit ſaeviſſimas, et Caroli M. nomine jura dedit populis. Eae regiones ſunt Hiſtria, ſ. Iſtria, Pannonia, Moeſia, Scythia uſque ad Pontum Euxinum et Paludes Meotides, atque Portas Caſpias,

 quos

quos limites Hunnorum vel Barbararum gentium deſignat Poeta noſter: eum nunc audiamus.

Poſt abſolutas quinque verſus in noſtro Codice obſervantur intervalla, ut Strophas ſingulas 5. Verſuum diſtinguas.

Mecum (a) Timavi ſaxa novem flumina
Flete per novem fontes redundantia
Quae ſalſa glutit unda Ponti Jonici

(b) Iſtris

(a) De Timavo Virgilius Aeneidos 1. v. 247. ſeq.

Antenor potuit mediis elapſus Achivis
Illyricos penetrare ſinus atque intima tectus
Regna Liburnorum et fontes ſuperare Timavi:
Unde per ora novem vaſto cum murmure montis
It mare proruptum et pelago premit arva ſonanti.

Idem Eloga VIII. v. 6.

Tu mihi ſeu magni ſuperas jam ſaxa Timavi.

De Timavo fluvio certatum inter Geographos, nec dum ubi ſit, conſtat. Si Geographis veteribus fides habenda, ille Aquileiam praeterfluebat. Si ſequamur Poetas, Virgilium, Silium Italicum, prope Patavium quaerendus erit. Dubitatur etiam, an illi Virgilii verſus Aeneidos ſint intelligendi de oſtiis Timavi, quibus infunditur mari Jonico, vel de novem ejusdem fontibus, quam ſententiam tuetur Servius in Virgilium, et noſter Poeta confirmat. Fluvius, qui olim magni nomen meruit, hodie vix veſtigia ſua reliquit.

(b) Iſtri

(*b*) Iſtris, (*c*) Sausque, (*d*) Tiſſa, (*e*)
Culpa, (*f*) Marua,
(*g*) Natiſſa, (*h*) Corca, (*i*) gurgites
Iſoncii.

(*b*) Iſtris, Iſtrus, Iſter, Danubius.

(*c*) Saus, hodie Sava.

(*d*) Tiſſa, veteribus Tibiscus, hodie Teifs, fluvius Pannoniae, ibidem Sava.

(*e*) Culpa κωλοψ Dioni Caſſio lib. 49. Plinio Colapis in Saum influens.

(*f*) Marua, Marus, hodie Morava, vel March, Moraviam irrigans, cui nomen dedit.

(*g*) Natiſſa, lege Natiſo, fluvius qui Aquileiam praeterfluit.

(*h*) Corca, Corcora, fluvius Pannoniae, hodie Gurck.

(*i*) Gurgites Iſonici. Codex noſter habet Inſoncii, hic fluvius alias Soncius, hodie Iſonce, Italis Soncio prope Aquileiam.

(d) (f) Abb. le Boeuf. Sic „ Tiſſa arx inter Cepheletum et Ameſtratum, citat Silium Italicum lib. IV. v. 268. Marua, Marruvium, nunc Marée. Caſtellum Aprutii interioris prope Lirion fluvium.

No. *P.* *Seculi.*

In hac ſtrophe, quum Poetá noſter nihil praeter fluvios commemoret, quos invocat, ut undas lacrymis ſuis misceat, non agi poteſt de Caſtellis, vel Arcibus; Aberrat longe praeterea Abbas le Boeuf à regionibus, de quibus ſermo eſt, ut jam monui.

Hericum mihi dulce nomen plangite
(*a*) Sirmium, (*b*) Polla, Tellus Aquileiae.
(*c*) Julii Forus, (*d*) Cormonis ruralia
(*e*) Rupes Oſopi (*f*) juga Ceſenenſium
(*g*) Abdenſis humus, plorat et Albenganus.

(*a*) Sirmium, urbs Pannoniae notiſſima.

(*b*) Polla, Pola urbs Iſtriae.

(*c*) Julius Forus, Forum Julii, hodie Ciudad di Friouli, regio ipſa Frioul, quam Herico regendam tradidit Carolus M. Incolas Plinius libro III. cap. 19. nuncupat Forojulienſes Transpadanos.

(*d*) Cormonis ruralia, codex noſter habet, rugalia; male. Cormonis citatur a P. Diacono inter Aquileiam et Julium Carnicum, libro IV. cap. 38.

(*e*) Rupes Oſopi, Oſopum Caſtellum in eodem tractu nominat Paulus Diaconus l. c.

(*f*) Lege, Cetenenſium, ſicut habet Codex Lemovicenſis, eſt nempe mons Cetius, qui Pannoniam a Norico diſterminat.

(*g*) Codex Lemovicenſis legit; Naſtenſis humus, de quo nihil tentavit Abbas le

No.	P.	Secul.

le Boeuf, ne conjecturam quidem; quid ſi legatur, *Albenſis humus*, immutatis litteris noſtri Codicis; quid autem erit Albenſis humus? Si in Liguriam tranſeam, cum Abbate le Boeuf, invenio ad mare Liguſticum Albium Intemelium et Albium Ingaunum; ſed vereor, ne interpretem Gallum ſequendo, nimium a Patriarcha Aquilegienſi abeam. Videtur mihi itaque hic *Albenſis humus* potius quaerenda eſſe ad montem Albium, limitem Pannoniae et Illyrici, Straboni libro IV. citatum, quem Ptolomeus Albanum montem vocat.

Albenganum forſan extitit in illa regione, quamvis nullum eius apud veteres Geographos veſtigium permanſerit, ſive urbs, ſive Caſtellum tantum fuerit.

(*a*) Nec tu ceſſare de cujus confinio
Eſt oriundus urbs dives Argentea
Lugere multo gravique cum gemitu
Civem famoſum perdidiſti nobili
Germine natum claroque de ſanguine.
Barba-

(*a*) Origine Argentinenſem vel Stratoburgenſem fuiſſe Hericum docet Paulinus his duabus ſtrophis; unde et Doctiſs. Schoepflinus loco cit. Alſat. Illuſtr. hos verſus inſeruit.

(*b*) No-

No. *P.* *Seculi.*

Barbara lingua Stratiburgus diceris
Olim quod nomen (*b*) amiſiſti celebre
Hoc ego tibi reddidi melli ſonum
Amici dulcis ab amorem qui fuit
Lacte nutritus juxta flumen (*c*) Quirnea.

(*b*) Noſter Codex, admiſiſti.

(*c*) Quirnea nomen fluminis Argentorato vicini, ſive Ellus, ſive Bruſca, ſive Argitia, ſive Sorna id nominis tum habuerit, vide eumdem Schoepflinum l. cit.

Eccleſiarum largus in donariis
Pauperum pater, miſeris ſubſidium
Hic viduarum ſumma conſolatio
(*a*) Erat, quam mihi, karus ſacerdotibus
Potens in armis, ſubtilis ingenio.

(*b*) Bar-

(*a*) Abbas le Boeuf legit: Praeter quam multis carus Sacerdotibus.

(*b*) Hic

(b) Barbaras gentes domuit ſeviſſimas
Cingit quas Drava, recludit Danubius
Celant quas junco Paludes Meotides
Ponti coartat quas unda ſalſi flui
Dalmatiarum quibus obſtat terminus.

(b) Hic de Hunnorum gente, quae Pannoniam, et Scythiam atque Ponti Euxini confinia occupabat.

(a) Turres, Stratonis, limitis principium,
Scithiae metas, Traciaeque cardinem
A ſe ſequeſtrat, utraque confinia
Haec auſtro reddit, haec refundit boreae
(b) Ten-

(a) Noſter Codex ſic legebat.

Turne Stratonis limidis principium
Sitiae metra Stratiae qui Cardinem,

Quod erat corruptiſſimum.

Abb. le Boeuf vero ſic edidit.

Turres

No. P. Secull.

(b) Tendit ad portas quae dicuntur Caſpiae.

Turres Stratonis limitis principium
Scit Hiemethis Straciae qui Cardinem
A ſe ſequeſtrat. etc.

Turres Stratonis, ait, videri eſſe Caeſaream Palaeſtinae; ſed, bone Deus, quid nobis hic negotii eſt cum Palaeſtina. De ſecundo verſu nihil omnino addit, ut unicuique liberum ſit judicium. Nos vero emendavimus ita, ut quamvis barbare, tamen haud temere Paulinum reſtituiſſe videamur. Quippe nobis non cum aureae aetatis vate negotium eſſe, omnes emunctae naris lectores facile percipiunt.

Turres, eſt urbs Myſiae ſuperioris, quam citat Antonini Itinerarium. Stratonis, urbs Scythiae ſive Ponti, ad Pontum Euxinum. Hae nempe erant limites Hunnorum intra Europam; inter has urbes linea ducta, Scythiam et Thraciam dividit, et ut Poetae verbis utar, a ſe ſequeſtrat, ut Thracia ad Auſtrum, Scythia vero ad Boream vergat.

(b) Tendit ad Portas, quae dicuntur Caſpiae; Scilicet limes Hunnorum procedit inter Pontum Euxinum et Mare Caſpium, quas regiones etiam occupaſſe Hunnos conſtat, vide Ammian. Marcell. Lib. XXXI. Procop. Bell. Goth. lib. IV. Cap. 3. 4. 5.

C. 3.

No.	P.	Seculi.

C. 3. (*a*) Libicum litus quo redundant maria
(*b*) Mons inimice Laurentus qui diceris
Vos ſuper unquam imber, ros, nec pluvia
Deſcendant, flores nec terra purpureos
Germinet humus nec fructus triticos.

(*a*) Libicum litus hic intelligendum pro, Liburnicum Littus.

(*b*) Montem Laurentum, quamvis de eo apud veteres Geographos nulla ſit mentio, tamen eundem locum eſſe puto, qui hodie S. Lorenzo dicitur, nec multum diſtat a ſitu Tarſaticae, in cujus oppidi Vicinia cecidiſſe Hericum conſtat.

Hic etiam Abb. le Boeuf Laurentum Civitatem Latii, ſex milliaribus a Lavinio diſtantem, fruſtra quaeſivit.

Ulmus nec vitem gemmato cum pampino
Suſtentet, uva nec in ramis pendeat,
Frondeat ficus ſicco ſaepe ſtipite,
Ferat nec rubus mala granis punica,.
(*a*) Premat irſutus nec globus caſtaneas.
Ubi

(*a*) Abb. le Boeuf leg. Pro matre ſutus nec globus caſtaneas.

(*b*) Abb.

No.	P.	Seculi.

Ubi cecidit vir fortis in praelio
Clypeo fracto, coartata rumphea
Lanceae ſummo (*b*) retonſo nam jaculo
Sagittis foſſum, fundis ſaxa fortia
Corpus ingeſta contriviſſe dicitur.

(*b*) Abb. le Boeuf. Retunſona.

Heu me quam durum quamque triſte (*a*) nuncium
Illa (*b*) ſub die deflenda percrepuit;
Nam clamor (*c*) inde horrendus per plateas
(*d*) Lacrymis dignus ſonuit, quum triſtia
Ejus per verba mors eſſet expoſita.

(*a*) Noſter Codex, noſcitur.

(*b*) Noſter Codex, ſed dies.

(*c*) Noſter Codex, ante orrendus.

(*d*) Abb. le Boeuf legit:

Genuitque triſtia
Ejus per verba mors — expoſita.

Ma-

No.	*P.*	*Seculi.*

Matres, mariti, pueri, juvenculae,
Domini, ſervi, ſexus omnis, tenera
Aetas, pervalde Sacerdotum inclita
Caterva, pugnis ſauciata pectora
Crinibus vulſis ululabant pariter.

Deus aeterne limi qui de pulvere
Plasmaſti tuam primos ad imaginem
Parentes noſtros, per quos omnes morimur
Miſiſti tuum ſed dilectum filium
Vivimus omnes per quem mirabiliter.

Sanguine cujus redempti purpureo
Sumus, (*a*) ſacratâ cujus carne paſcimur
Herico tuo ſervulo melliflua
Concede (quaeſo) paradiſi gaudia
Et nunc et ultra per immenſa ſecula.

(*a*) Abb. le Boeuf, Sumus, ſacratam cujus carnem ſumimus.

Poſt Carmen de Herico, invenimus nomen Poetae Zmaracdi; quis ille Zmaracdus fuerit, ignoramus, tres hujus nominis Caroli M. Coaevos memorat Fabritius Bibl. medii aevi.

Fol. C. 4.

Verſus Zmaracdi.

Sume plectrum lingua metri tange chordas trochei.
Aureum deprome carmen aurea de patria
Eſt ubi beata vita et perennis gloria.
Fige ſtilum dicque primum rumpe Chriſte vinculum etc. etc.

In hoc Carmine incipiunt notae muſicae accentibus ſimiles verſibus impoſitae, quae frequenter in ſequentibus Carminibus hujus Codicis occurrunt.

Fol. C. 5.

Item Alium.

Qui cupis eſſe bonus, qui queris vitam honeſtam
Dilige munditiem Corporis atque Animae. etc.

Fol. C. 6.

Verſus Eugenii [ſuperſcriptum] Catonis.

Exſtant inter Eugenii Toletani opuſcula, quae edidit Sirmondus.

O mor-

O mortalis homo mortis reminiſcere caſus
Nil pecude diſtas ſi tantum proſpera captas
Omnia quae cernis vanarum gaudia rerum
Umbra velut tenuis veloci fine recedunt
Praecave non felix ne te dum neſcis et audes
Quaſſans praecipiti diſſolvat turbine finis
Dilige pauperiem, mordaces effuge gazas
Et te poſt obitum ſic talia facta beabunt
Quamvis perſpicuus auro gemmisque nitescas
Pauper et exiguus ibis, et nudus ad umbras
Id ſolum tecum poſt mortis facta manebunt
Quod bene quod juſte, quod recte feceris ipſe.

Verſus Juvenci; nempe ejusd. in hiſtoria Evangelica, praefatio.

Immortale nihil mundi compage tenetur
Non orbis, non regna hominum, non aurea
Roma etc.

Fol. C. 7.

Verſus Sedulii, ſ. ejus V. et N. Teſt. collatio.

Cantemus ſocii Domino, cantemus honorem.

Fol. C. 8.

Verſus Virgilii, Ecloga prima.

Tityre tu patulae etc. deeſt finis.

D. 1.

Fragmentum Carminis Chriſtiani,

cujus initium deeſt.

Ultimi duo Verſus hi ſunt.

Tibi laus Chriſte redemptor, qui es omnium protector
Nunc et ſemper et in evum, per ſecula ſeculorum.

D. 2.

Anicii Manlii Sever. Boetii Metrum Dactilicum.

Ex ejus conſol. philoſophica.

Tetrametrum. Nota, quod à hoc carmine metra in titulo indicantur litteris majuſculis.

Heu quam praecipiti merſa profundo
Mens hebetat propria luce relicta
Tendit in externas ire tenebras. etc.

Hinc uſque ad D. 7. extant alia Carmina ex Boetii Conſol. Philoſophiae.

Verſus Prudentii, nempe Praefatio Cathemerinon.

Per quinquennia jam decem

Ni

Ni fallor fuimus, ſeptimus inſuper. etc. Hinc usque ad E. 8. exſtant Hymni varii ex Prudentio.

F. 1. a.

Verſus de poenitentia.

Ad coeli clara non ſum dignus ſidera
Levare meos infelices oculos
Gravi depreſſus peccatorum pondere
Parce redemptor.

F. 2.

Verſus de die judicii.

Apparebit repentina dies magna Domini
Fur obſcura velut nocte inproviſos occupans.

In tremendo die judicii etc. Deeſt finis, et in Codice ipſo quaedam folia hic deeſſe videntur: incipit ſic.

F. 3. Canticum in honorem B. Virginis.

Virgini Virginum cantica Mariae
Genitrici Dei fidibus canamus
Atque lenta reſonemus melodia
Superi Dominam quam Cives adorant
Dominum quoniam Machinam totius
Sine lege maritati progenuit etc.

Additae ſunt huic carmini notae muſicae antiquae.

No. *P.* *Seculi.*

F. 4.

Antiphonas in Vigilia S^ae. Anſtrudis Virginis Carmen.

O quam venerabile Virginum colitur decus
Cujus claritate pollet eximius ordo Angelicus
Quum beata Amſtrudis Virgo inclyta Chriſto cuspide
Elegit ſibi ut maneret innupta. etc.

Huic etiam Carmini ſ. proſae additae notae muſicae.

Scriptus videtur Codex Seculo IX. Carminum, quae exhibet, partem, auctorem Paulinum Aquilegienſem habere, vero ſimile eſt.

425. 4to Codex Membran. *IX.*

De Poenitentiae utilitate, ſermo, anonymi, quem ſequitur Liber Poenitentialis;

Diverſum hoc opus à Halitgarii Poenitentialibus Libris, editis inter Caniſii lectiones antiquas, et in Bibliotheca Patrum. Titulus iſte praemittitur in noſtro Codice.

„Incipit de utilitate Poenitentia et quomodo
„credendum ſit de remiſſione peccatorum per
„Poenitentiam cum Praefatione operis ſubſe-
„quentis.

Tria folia cum dimidio implet Praefatio, ex qua haec excerpſimus, quae ſunt ad finem.

„Men-

„ Menſuram autem temporis in agenda poe„ nitentia idcirco non ſatis adtente praefigunt „ Canones pro unoquoque crimine, ſed magis „ in arbitrio antiſtitis relinquendum ſtatuunt, „ quia apud Dominum non tam valet menſu„ ra temporis quam doloris. Nec abſtinentia „ tantum Ciborum ſed mortificatio potius vi„ tiorum, propter quod tempora poenitentiae „ fide et converſatione paenitentum ad brevi„ ando praecipiunt et neglegentia protelanda. „ Extant tamen pro quibusdam culpis modi „ poenitentiae impoſiti, juxta quos ceterae „ perpendendae ſunt culpae cum ſit facile per eos„ dem modos vindictam et cenſuram canonum ae„ ſtimare. Librum autem quem de corpore „ Canonum excerpſimus, cuique hoc opus „ quaſi praefationem praeponimus, in tribus „ libellis dividi placuit, quo facilius lector „ quod quaerit inveniat. Et primus quidem „ libellus continet ea quae ſunt de poeniten„ tia et poenitentibus criminibus atque Judi„ ciis. Secundus maxime de accuſatis et ac„ cuſatoribus Judicibus ac Teſtibus cum cete„ ris ad haec pertinentibus eccleſiaſticis Regu„ lis. Tertius de ſacris ordinibus vel qui pro„ movendi ſunt ad Clerum quive removendi a „ Clero et de regulis ac privilegiis omnium „ Clericorum et praeſulum. In quibus ſi quis„ quam aliquid invenit de talibus conciliis, „ quae aut deſpicienda aut non recipienda ju„ dicat, ignoscat paupertati ſenſus noſtri.

Liber primus continet Capita 121. quorum primum hoc titulo: „ quod nulli ſit ultima poenitentia deneganda." Idem titulus, et alii qui ſequuntur, extant in Halitgerii Libro III. Caput 3. de homicidiis idem cum Capite 1. Libri IV. Halitgerii. etc.

Liber ſecundus noſtri Codicis continet Capita 117. quorum primum de conjuratione. Liber III. continet Capita 157.

Quorum Caput primum hoc Titulo.

„ Presbyterorum et Diaconorum ordinationes
„ certis celebrare temporibus.„

Ultimum Caput de Epiſtola Formata; habet hunc Titulum:

„ Ut ſine Epiſtola Epiſcopi ſui non liceat Cle-
„ ricum vel monachum proficiſci et de Mo-
„ nachis vel Abbatibus.

Subjungitur finis Libri tertii Epiſtola Formata Attici, de qua jam ſupra.

Additum. „ Expliciunt Canones. „

Cum indice Capitum hoc opus implet folia 61.

Videtur conflatum ex Halitgerii opere et Canonibus Conciliorum; adduntur ſingulis Capitibus nomina Conciliorum vel Epiſtolarum à Pontificibus ſcriptarum, vel a Patribus, unde ea excerpſit auctor, ſicut etiam fecit Halitgerius, in quo plurima Capita reperies, cum noſtris prorſus convenientia. Auctius vero et magis abſolutum videtur opus, quam illud quod Halitgerio debemus.

251. Fol. Codex Membran. XIV.

Pontificum Romanorum Index Chronologicus, additis annotationibus hiſtoricis in margine;

a manu recentiori continuatus uſque ad Paulum IV.

No.	P.	Seculi.

408. 4to Codex Membran. IX.

Pontificum Romanorum vitae a Petro uſque ad Stephanum, regnante Pipino,

hic Codex fuit Bongarſii.

B. 52. 8vo Codex Membran. XV.

Pontificum Romanorm decretalium Liber VI. ſ. Collectio Bonifacii Papae VIII. ſine gloſſis.

In fine adſcriptum eſt.

„ Scriptus fuit iſte liber juſſu Reverendi in
„ Chriſto Patris et Domini Benedicti de Mon-
„ teſerando Epiſcopi Conſtantienſis eo exınte
„ (exigente) in Conventu Fratrum Here-
„ mitarum beatiſſimi Auguſtini et in eo-
„ dem loco cum altero textu collatus, die
„ penultima Menſis Aprilis anno Dni, 1473.
„ per me Pontiuum Godofredum Canonicum
„ Eccleſiae Narbonenſis Pariſiis. Anno et
„ die predictis.

703. 8vo Codex Chartac. XVII.

Preces Graecae.

714. 8vo Codex Chartac. XVII.

Precum Libellus Arabicus, alternis interſerta inſtitutione Perſica de prae-

 ſtantia

No. *P.* *Seculi.*

ſtantia et uſu illius Orationis, quae praeceſſit.

Alteram Voluminis partem Suratae Corani ſelectae complent. Nempe 36. 48. 62. 67. ſcriptus Codex Annô Hegyrae 1039.

567. 8vo Codex Chartac. *XVII.*

Precum Liber Arabicus intermixtis Turcicis, legitur Annus Hegyrae 1014. ſ. annus Chriſti 1605., addita alia proſaica metrica, ad Calendarii notitiam, ad Litterarum Elementa, et alia.

Privilegium ſ. Romanae Eccleſiae, Vide Conſtantinum.

362. 4to Codex Chartac. *XVI.*

Procli Lycii Inſtitutio Theologiae ſecundum graecos, graece.

Titulus ſic habet.

„Τοῦ σοφωτάτȣ πρόκλȣ διαδόχȣ τȣ̃ πλατωνι-
„κȣ ἡ καθ' ἕλληνας θεολογικὴ ϛοιχείωσις.

Ex Propoſitionibus 211. noſter Codex habet tantum 137.

107. Fol.

No.	P.	Seculii
107.	Fol. Codex Membran.	X.

Proſperi de Vita Contemplativa, Libri III.

685.	8vo Codex Membran.	IX.

Proſperi de Vita Contemplativa, Libri III. deeſt finis.

264.	4to Codex Membran.	IX.

Prudentii Carmina.

Ordo ſequens.

Gennadii Teſtimonium, hoc litteris majuſculis ſcriptum.

Prima littera picta.

Dein Praefatio et Hymni Cathemerinon. Singulis autem Hymnis titulus praemittitur, et metrum indicatur, haec litteris initialibus. Deeſt à verſu 101. Hymni XI. Peccator intueberis, uſque ad finem; deeſt Hymnus Epiphaniae. Deeſt initium Hymnorum ΠΕΡΙ ΣΤΕΦΑΝΩΝ. Uſque ad verſum 538. Hymni de B. Vincentio.

„ Palmam tuliſti tu duas

„ Simul paraſti laureas:

Sequuntur Paſſio B. Laurentii,

Dein Paſſio B. Ypoliti.

„ Inter verſum 240. ejus Hymni „ Orantem Chriſtus audiat Omnipotens „ et verſum

ſum 241. „Sic tibi de pleno lupns excludatur ovili„ inſerta eſt Pſychomachia ab initio uſque ad Verſum 283. „Eripit et madido ſuſpendit ora capillo.

Deſunt inde verſus usque ad vers. 521.„ Gurgitibus nobis ditiſſima Tartara debent. Hinc extant a verſu 521. uſque ad vers. 641.„ Agmina caſta ſuper vultum ſincere Tonantis.

Sequitur cum fine Hymni de S. Hippolito, qui ut jam ſupra monuimus dividitur a verſu 240.

Paſſio B. Cypriani.

Dein Paſſio Apoſtolorum Petri et Pauli.

Dein. Hymnus decem et octo Martyrum Caeſar Aug.

Dein. Paſſio S. Agnetis.

Dein. Paſſio S. Eulaliae.

Dein. Paſſio S. Fructuoſi Epiſcopi Tarracon, etc.

Dein. Hymnus in honore Quirini.

Dein. Paſſio S. Caſſiani.

Dein. Paſſio Romani.

Poſt Romani Paſſionem haec leguntur:

„Finit Kathemerinon Prudentii Aurelii Clementis. Hoc eſt liber Ymnorum in honorem Martyrum.

Unde videtur hymnos Martyrum olim non ſub nomine ΠΕΡΙ ΣΤΕΦΑΝΩΝ veniſſe.

Sequi-

Sequitur Enchiridion V. et N. Teſtamenti, cui praemittitur eadem Praefatio quae in editione Fabritii Poetarum Eccleſiaſticorum, ad calcem Carminum Prudentii rejicitur, velut in Codice ſequenti. Incipit autem ſic:

„ Pius fidelis innocens, pudicus. „

„ Dona conſcientiae.

„ Quibus beata mens abundat intus etc. Ea hic dicitur Praefatio Manualis Libri. In Editione Prudentii, Chamillardi, eadem praemittitur Libro ΠΕΡΙ ΣΤΕΦΑΝΩΝ. hoc verſu praemiſſo „ Immolet Deo Patri, qui in Codicibus noſtris abeſt.

Poſt eam Praefationem haec addita litteris initialibus.

„ Finit Praefatio.

„ Incipiunt tituli libri Manualis Amoeni

„ Exceptis quos perſonis Tetraſticha claudunt.

„ Primus Adae elato de crimina narrat et Aevae

„ Tum ſingillatim numerata vocabula multa.

„ Provida perſonae pandit deſcriptio Rythmi.

„ Titulus primus hiſtoriarum de Adam et Ae-
„ va, qualiter Gorgonio perſuaſu prohibita
„ ſibi poma uſurperunt.

Deeſt primum Tetraſtichon, „ Eva columba „ fuit tunc candida, nigra deinde.

No. *P.* *Seculi.*

Sequitur Enchiridion, Apotheoſis, dein Hamartigenia, Libri contra Symmachum; ubi deſunt verſus a 714.

Illic terdenis gens exitiabilis annis „ uſque ad v. 1062.

„ Fraude reſignantur, fraus terris volvitur imis.

Ad Pſychomachiam adpictae ſunt icones, barbare ſatis, ſed propter antiquitatis ſtudium non contemnendae. Ad Martyrium Romani etiam et Caſſiani picturae additae ſunt.

Ad Praefationem Pſychomachiae exhibetur Abram prelians adverſus Reges Sodomae et Gomorrae. etc.

Codex iſte fuit olim Eccleſiae Argentinenſis, dein Friderici Caſimiri Comitis Palatini ad Rhenum Bipontini dein ex hujus dono, Jacobi Bongarſii, a quo ad nos delatus eſt. In ultima pagina verſus extant Hexametri, Litteris initialibus ſcripti, alternis lineis viridi et rubro colore exarati; ſed ita deleti ut integri non amplius legi poſſint. Nomen ejus qui Codicem deſcripſit, et aevum exhibere ſuſpicor.

394. 4to Codex Membran. *IX.*

Aurelii Prudentii Carmina,

addita ſunt ſcholia marginalia, ordo talis:

Titulus, qui ſic.

„ Incipit Proemium Aurelii Prudentii Cle-
„ mentis Viri Liberali Peritia diſertiſſimi.

„ Per

No. *P.* *Seculi.*

„ Per quinquennia jam decem. etc. Hic „ titulus et verſus primus litteris initialibus, iſte quidem majoribus et pictis exprimitur. Prima littera exhibet effigiem Prudentii, Capiti nimbus caerulei coloris impoſitus eſt.

Sequitur Teſtimonium Gennadii de Prudentio.

Dein Cathemerinon Hymni X. priores; ille ante Somnum qui eſt VI., in noſtro Codice deſinit verſu 124. A verſu 125. „ Cultor Dei memento „ uſque ad finem Hymni, reliqui ſunt verſus 28. quibus in noſtro Codice Titulus iſte praemittitur.

„ Ymnus ad Completorium. „

Hymnos illos X. inſequuntur Hymni περι ςεφανῶν. Praefatio Prudentii in eos Hymnos hic deeſt, et in fine ejus operum additur.

Hymni autem hoc ordine extant.

1. Ymnus SS. Martyrum Hemiterii et Cheledonii.

2. Paſſio S. Vincentii Martyris.

3. Hymnus in honore decem et octo Martyrum Ceſar Aug.

4. Hymnus in honore B. Martyrum Fructuoſi Epiſc. etc.

5. Hymnus in honore Quirini.

6. De loco in quo Martyres paſſi ſunt. etc.

7. Paſſio Caſſiani.

8. Paſſio

No.	P.	Seculi.

8. Paſſio Ypoliti.

9. Paſſio Apoſtolorum.

10. Paſſio B. Cypriani.

11. Paſſio Agnetis.

12. Paſſio Laurentii.

13. Hymnus in honore B. Eulaliae.

14. Paſſio S. Romani.

Hymnos ΠΕΡΙ CΤΕΦΑΝΩΝ ſequuntur reliqui Hymni Cathemerinon XI. qui in noſtro Codice dicitur ymnus natalis domini, et XII. ſ. Epiphaniae.

Sequitur Apotheoſis.

Hamartigenia.

Pſychomachia.

Dein Libri contra Symmachum.

Enchiridion utriusque Teſtamenti.

Exempla gloſſarum hic duo exhibemus ad verſum 4. et 5. Hymni Cathemerinon ſecundi.

Patri qui Cherubin ſedile ſacrum
Nec non et Seraphin ſuum ſupremo
Subnixus ſolio tenet regitque.

Gloſſa

Gloſſa „ hic reprehenditur quod dixerit Deum „ ſedere ſuper Cherubin et Seraphin. Ut enim „ B. Hieronimus dicit, ſuper Cherubin Deus „ tantum ſedet. Sed ſciendum quod vir iſte „ ſecularis erat nec adeo in divinis myſteriis „ eruditus. Cherubim et Seraphim hebraice „ proferunt et maſculini generis, atque plu- „ ralis numeri. etc.

Ex paſſione Romani verſus 228. 29.

Meretrix Adonem vulneratum ſcenica

Libidinoſo plangit affectu palam.

Gloſſa „ Ado fuit amaſius Veneris, quem in- „ terfectum ab apro plangebat Venus, ſecun- „ dum fabulam. Re autem vera ado ſolem, „ aper hiemem, Venus terram ſignificat. Ve- „ nus itaque et terra plangit adonem, id eſt „ ſolem, ab apro, id eſt hiemalibus pluviis „ interfectum, quia hiemali tempore quaſi lu- „ ctuoſa nihil viriditatis in ſe continere effici- „ tur.

Eadem Macrobius Saturnal. Lib. I.

Et ad verſus 256. 57. 58. ejusdem hymni.

Venerem precaris, comprecare et ſimiam.

Placet ſacratus aspis Aesculapii ?

Corco drillus, ybis et canes cur displicent.

Gloſſa. „ Tria ſunt genera ſimiarum, Spinx, „ ſimia villoſa, Circopeticus, aliud mirabi- „ lis formae. Hanc colunt Aegyptii. Ter- „ tium, illius quam nos, ſine cauda. Meridia- „ na Pars ibices aves vocat, quae nili fluen- „ tis inhabitant. Orientalis vero occidentalis- „ que plaga parva quadrupedia ibices nominat, „ quibus eſt moris in petris parere, quae ne- „ que ſciunt niſi in petris habitare, etc.

No. P. Seculi.

In fine exſtant.

Fragmentum Homiliae Alcimi (hic legitur Alcuini) Aviti in Rogationibus.

Verſus (Alchuini) ad Samuhelem. G. Sennenſis.

Carmen incerti Auctoris ad Conſtantinum, quod ita incipit.

„Conſtantine meis opus eſt non promere verbis
„Aeditus ut crinitorum ſis ſtemmate regum
„Poſt Antenoridae deliramenta ruinae
„Cum tua progenies Romanas rexerit arces. etc.

Carmen aliud incerti, ſic incipiens.

„Conveniis ſignisque conveniſſe loquelis
„O utinam quirem transmiſſo tempore fratrem
„Cautum, pervigilem, ſignatum voce Bevonem
„Qui me pervexit, qui laudibus extulit olim etc.

A. 33. Fol. Codex Membran. XVII.

Die auserleſſenſten Pſalmen, oder chriſtliche Kirchengeſange von Lobwaſſer, aus befehl Herr Schultheis Saagers geſchrieben, mit ſeinem portrait, durch Gabriel Hermann.

B. 43.

No.	P.	Seculi.
B. 43. Codex Chartac.		XVI.

Pſelli ſtichi Politici in Cantica. Graece.

Idem Titulus qui in Editione Meurſiana anni 1617. nempe.

„Ἑρμηνεία τȣ̃ σοφωτάτȣ μιχαήλȣ καὶ ὑπερ-
„τίμȣ τȣ̃ ψέλλȣ εἰς τὸ ἆσμα τῶν ἀσμάτων
„διά ςίχων πολιτικῶν πρὸς τὸν βασιλέα
„κύριον Νικηφόρον τὸν βοτανιάτην.

Codice non integro, uſum fuiſſe Meurſium, ex collatione noſtri Codicis patet. e. g. ad verſum 8. Cap. I. Canticorum.

„Ἐὰν μὴ γνῶςθ' ἑαυτὴν ἡ καλὴ ἐν γυναι-
„ξὶν. ἔξελθε συ ἐν πτέρναις τῶν ποιμνίων. καὶ
„ποίμαινε τὰς ἐρίφȣς σȣ̃ ἐπὶ σκηνώμασι τῶν
„ποιμένων. (a)

Sequentes verſus Pſelli in noſtro Codice exſtant, quos omittit Meurſiana editio.

„Ὡς παρθενεύȣσα ψυχὴ φησὶ καὶ σεβασμία

(a) Nota. Meurſius edidit ποιμνιων. Male.

No.	P.	Seculi.

„ Εἴπερ ποθεῖς καταλαβεῖν ἀγέλας τῶν προ-
βάτων

„ Γνῶθι σαυτὴν τίς πέφυκας τὸ πρὶν ἐδό-
λως ἔσα

„ Καὶ πῶς εἰκὼν τετίμηται τυγχάνειν τῦ
δεσποτῦ

„ Καὶ πάσης μετανάςευσον τῆς κοσμικῆς
ἀ πατης

„ Καὶ δεῦρο κατασκόπησον ἴχνη τά τῶν
ποιμνίων.

„ Τὰ μὲν ἐν ὄντα πρὸς ὁδὸν μεγάλην καὶ
πλατεῖαν

„ Βδελύχθητι καὶ μίσησον, εἰσὶ γὰρ τῶν
ἐρίφων.

„ Τὰδὲ πρὸς τρίβον κείμενα ςενὴν καὶ τεθλιμ-
μενὴν

„ Ἀγάπησον καὶ κράτησον, εἰσὶ γὰρ τῶν
προβάτων

Πρό-

„ Πρόσεχε γοῦν μὴ πλανηθῆς ἐν πτέρναις τῶν
ἐρίφων.

„ Ἀλλ᾽ ἀκυςήμεθα λοιπὸν καὶ τῦ καλῦ νυμ-
φίυ

„ Ἤδη γαρ πρώτως ἐμιλεῖ τῇ νυμφῃ λεγων
ταδε.

Τῇ ἵππῳ μῦ ἐν ἁρματι Φαραὼ ὡμοιώσα
σε ἡ πλησίον μῦ

„ Βλέπων αὐτὴν σφαδάζυσαν ἐξερώτολη
ψίας

„ Καὶ πρὸς ἐκεῖνον σπεύδυσαν. etc.

B. 43.

Patet inſpicientibus Textum Canticorum, et Pſellum, hanc integram ſtropham, quam ex noſtro Codice exhibuimus, pertinere ad verſum 8 cap. 1. et defuiſſe in Codice quo uſus eſt Meurſius; Sequentem vero ſtropham „ βλεπων αὐτὴν σφαδαζυσαν etc. pertinere ad verſum 9. quam incongrue omnino Meurſius ad verſum precedentem adjunxit. Meliores etiam Lectiones in noſtro Codice complures obſervavimus. In eadem ſtropha ad verſum 9. Cap. 1. Canticorum, in Meurſiana Editione verſus eſt Pſelli ſecundus non integer. Nempe:

No. *P.* *Seculi.*

Τόξον λαμβάνει καὶ νεῦραν ϗ κρο---
τὲ καὶ δόρυ quem noſter Codex integrum
habet ſic ; „ και κρανος τε και δόρυ.
nitidiſſime et emendatiſſime ſcriptus eſt.

Petri Abb. Cluniacenſis contra Petrobruſianos, vide Cluniacenſis.

No. *R.* *Seculi.*

9. Fol. Codex Membran. IX.

Rabani Mauri de laudibus S. Crucis, Carmen.

419. 4to Codex Chartac.

Rabbi Moſe Ben Maimon, Sepher Ikkarim, ſ. tredecim Articuli Religionis, pars magni operis Jad. Kaſeka.

Eod. Cod.

Rabbi Aaron Ben Aſer, Sepher Tagnamim, ſ. Liber de Accentibus Hebraicis.

Exſtat in Bibliorum Bomberg. edit. prima.

53. Fol.

No.	R.	Seculi.
53. Fol.		

Regulae Canonicorum, vide Concilium Aquis Granenſe.

189. Fol. Codex Membran.		IX.

Regulae Canonicorum, deeſt initium usque ad Caput X. cui titulus „ De „ proficiscentibus in itinere, ultimum „ Caput XXX, hoc titulo, de Fe„ ſtivitatibus Sanctorum, additum Ca„ put, cui titulus, de eo quod qui ad „ hunc ordinem Canonicum ſe ſociare „ voluerint, de rebus, quas poſſident, „ ad Eccleſiam B. Pauli ſolennem dona„ tionem de praeſenti faciant.

Eod. Codice.

Exhortatio ad Presbyteros et Regulae Paſtorales, quae his verbis incipiunt. „ Obſecro vos fratres dilectiſſimos, ut „ erga ſubditarum plebium profectum „ et emendationem vigilantiſſimâ curâ „ laboretis, quatenus illis viam ſalutis „ oſtendentes et eos verbis et exem„ plis inſtruentes.

Codex iſte fuit Bongarſii.

Regulae illae Canonicorum videntur conditae à S. Chrodegando Episcopo Metenſi; inter

 alia

No. R. Seculi.

alia Chrodegandus ſanxerat, ut Canonici bona ſua Eccleſiae S. Pauli Metenſis donarent. Vide Hiſtoire des Ordres Religieux Tom. II. pag. 60. diverſae ab illis quas Dacheri Spicelegii Tomo I. ſub Chrodegandi nomine edidit.

226. Fol. Codex Membran. XI.

Regulae Monachorum, Capita LXXIII. auctore S. Benedicto.

Quales editae ſunt in Bibl. Patrum, edit. Lugdun. Tomo IX. deeſt in noſtro Codice nomen Auctoris.

A. 53. 4to Codex Membran. XV.

Regulae Monialium Ordinis Praedicatorum Monaſterii in Brunnaderen, ſ. Inſula S. Michaelis prope Bernam, additis Privilegiis eidem ordini ab Imperatoribus conceſſis et aliis documentis.

Singula vero, quae iſte Codex continet, ordine recenſere, quum ad hiſtoriam Patriam quodammodo pertineant, operae pretium erit; ea ſunt.

1. Regula S. Auguſtini, quam ſcripſit mulieribus Religioſis, germanice. 2. Regula Monialium Ord. Praedicatorum, germanice, titulus ſic.

„Hie vachend an die Geſetzte der „Schvveſtren Sti Dominici Ordens.

Pro-

No. R. Secul.

Prologus, die Vorrede,

ſic incipiens.

„Sit man von Gebot der Regel die „Schvveſtren heiſſet das ſie habent „ein hertz und ein ſel in dem hert- „zen, darumb ſo iſt och recht, al „ſie denn under einer Regel und un- „der einer gehorſamen gelüpt le- „bent, das ſie och einformlichen in „glich behaltung geiſtlichen lebens „funden vverdent.

Capita Regularum ſunt Numero XXXI. Tituli eorum Capitum hi ſunt.

1. Von Gottes dienſt. 2. Von dem nigen (neigen, proſternatio ad altare). 3. Von den Totten (todten, orationes pro defunctis). 4. Von der Vaſten. 5. Von der Spis. 6. Von der Collaccio. 7. Von den Siechen. 8. Von der Laeſſe (ſanguinis minutio). 9. Von dem Geliger. 10. Von dem Gevvand. 11. Von der Gemeind. 12. Von der bevverd (de Sacramento Euchariſtiae) und beſchrottung (amputatio Capillorum). 13. Von der Svvigklichi (de ſilentio). 14. Von den die man empfacht. 15. Von

den Novicien. 16. Von dem Antheiſſen (de Voto Obedientiae.) 17. Von der lichten Schuld. 18. Von der milten Schuld. 19. Von der ſchvveren Schuld. 20. Von der noch ſvverer Schuld 21. Von der aller ſvverſten Schuld. 22. Von den Abtrunnigen. 23. Von der Cur der Priorin (de Electione Priorissae.) 24. Von der Setzung der Supriorin. 25. Von der Cirkarin (de Viſitatrice). 26. Von der Kellerin. 27. Von dem Werck. 28. Von dem Cloſter bu. 29. Von dem ingang und usgang. 30. Von dem Capitel. 31. Von dem Urlob.

Caput 5. haec continet.

Von der Spis in dem Refectal.

„Zu gefueger zit, vor dem Imbis „oder vor dem Nachtmal ſol die Ku„ſtrin (Cuſtos) ze tiſche lütten kurt„zelichen alſo das ſich die Svveſtren „nitt ſument, darnach ſol man die „Zymblen ſchlachen, iſt das die „Spis bereit iſt, ſuſt nit bis die Spis „bereit vvirt, und ſo ſi ir hend ge„vveſchen hand, ſo ſol die Priorin das

„ das gloglin in der reveccter luten, „ und ſollent die Schvveſtren ingan „ zvvo und zvvo mit einander, dar„ nach die die vers tut, die ſol ſpre„ chen an mitten in dem revental „ (refectorium, legitur etiam refectal) „ (benedicite, und der convent „ (darnach den tiſch ſegen. So die „ Schvveſtren geſitzend, ſo ſond die „ dienerin anvachen eſſen ze geben „ an der niderſten des tiſches, und „ ſond enden an der Priorin tiſch. „ An kein Svveſter ſol den erſten tiſch „ verſumen, denn die dienerin und die „ leſerin, an ſuch und urlob. We„ le aber zu den erſten tiſch nit hat „ geſſen die ſol zu dem andren tiſch „ eſſen das man den dritten nit be„ dörffe machen. Man ſol den Die„ nerin kein ſundrige pictanzie ma„ chen die von der Convent nit ge„ hebt hat. An kein Svveſter ſol „ der andren pitantzi ſendin den die „ Priorin, doch mag ein jegliche „ vvol die pitanzi die ir geben iſt tey„ len nebent ſich mit den die by ir „ ſitzent zu der rechten und linggen „ ſitten. Die Priorin ſol in dem re„ vental eſſen, und ſol ſich laſſen be-

gnue-

„gnuegen mit des Conventes ſpiſe.
„Das ſelb ſond die Siechmeiſtrin und
„ander Ampt Schvveſtrèn tun. Die
„Convent mueſer ſond an fleiſch
„ſin in dem Convent. Alle tag ſol
„man zvvey mueſer han. Iſt es das
„das Kloſter haben mag daruber
„mag die Priorin etvvan geben nach
„dem guet des Kloſters und als ſi
„guet duncket. Wo ein Schvveſter
„gevvar vvirt das einer andren ut
„gebriſtet von der gemeind das ſol
„ſie ir von der dienerin forderen.
„Iſt das en keini der dienerin oder
„der die da eſſent einander erzür-
„nent, ſo denn der Convent uffſtat-
„ſol ſie ein venie (veniam) machen
„und ſo die Priorin ein zeichen git
„ſo gange vvider an ir ſtat.

Caput 8. ſic.

„Vierſten in dem Jare ſollen die
„Schvveſtren Leſſe halten. Die erſte
„in dem monat September. Die
„ander nach Wiennacht. Die drit-
„te nach den Oſtren. Die vierde
„an Sant Johans Babtiſten tag. An
„dis Leſſe ſol niemen laſſen, den
„von beſcheidenheit der Priorin
„und

„und von ſachen. Die do gelaſſen
„hant den ſol man gutlich tun, nach
„dem als es das Cloſter erzugen mag,
„aber noch denn ſollent ſie nit fleiſch
„eſſen.

Caput 9.

„Die Swveſtren ſollent nit uff betten
„ligen denn in dem ſiechhus. Sie
„ſollent ligen uf ſtro-ſecken und
„vvullen ſtretten und in eim rock und
„vvil und keltuchlin und gurtet und
„och in hoſen in denen landen do es
„gevvonheit iſt das die frovven ho-
„ſen tragen etc.

Has Regulas ſequitur.

Regula B. Auguſtini, quam ſcripſit mulieribus religioſis, latine, eadem quae ſupra germanice. Addita gloſſa Hugonis de S. Victore in eandem regulam, Germanice.

Sequuntur Privilegia conceſſa ei Coenobio.
Titulus iſte.

„Dis ſind copien und abgeſchrifften
„etlicher unſer alten Friheiten Brief-
„fen, die vvir hand von unſerem
„heiligen Orden und von einem
„römſchen Keyſer und ligent verſig-
„let in unſerem depoſito.

Pri-

No. R. Seculi.

Primum Documentum hoc eſt.

„ Dis iſt ein coppi uſſer dem brieff „ das die ſelige Frovv Margred von „ Sedorf ſtiffte das Cloſter Brunnadren „ und all ir gut darin gab und och „ ein Syveſter darinnen vvard Pre- „ diger Ordens.

„ In Nomine Domini Amen. Anno „ ejusdem MCCLXXXVI. No- „ nas Junii Indictione XIIII. Nos „ frater Jacobus Abbas de Aurora, „ Ciſtercienſis Ordinis Conſtancienſis „ dyoeceſis. De conſenſu et con- „ ſilio Patrum Ordinis noſtri et ſpe- „ cialiter Domini Abbatis Lucelen- „ ſis factum praedeceſſoris noſtri Ul- „ rici dicti de Thuna, quondam Ab- „ batis de Aurora nomine noſtro, no- „ ſtri Conventus ac Sororum noſtra- „ rum de Tedelingen ſuper translacio- „ ne perſone domine Mechtildis de „ Sedorff civis Bernenſis rerumque „ ſuarum mobilium ac ſe moventi- „ um quocunque nomine cenſean- „ tur, à nobis Abbate, Conventu, et „ ordine noſtro, ac ſororibus ante di- „ ctis in viros religioſos Priorem et „ Conventum Fratrum de Berno Or- dinis

„ dinis Praedicatorum Lauſannenſis „ Dyoceſis, facta ſecundum formam „ litterarum ſuper eadem donacione „ confectarum et ſigillis noſtri Abba- „ tis praedicti ac Prioris nec non Do- „ mini Landgravii de Buchegga ſigil- „ latarum, que ſic incipiunt: *In Nomi-* „ *ne Domini Amen*: quarum medium eſt: „ *Sane ſuper hac forma compoſicionis pacifice.* „ Finis vero: *Sigillata ſigillis Abbatis de* „ *Aurora, Prioris fratrum Praedicatorum et* „ *Landgravii praedictorum.* Conſenſum „ nihilominus liberum tenori ſeu for- „ mae litterarum ſuper donacione prius „ eis facta confectarum ſine ſecundarum „ prejudicio adhibentes abrenunciavi- „ mus una cum ſororibus noſtris de „ Tedlingen, in loco qui dicitur Brunn- „ aderen coram Sculteto et Civibus „ Bernenſibus ſubnotatis, videlicet „ Hugone Burolino, Henrico et Ni- „ colao filiis ſuis, Wernero de Rin- „ felden, Petro de Friburgo, Johanne „ Monetario, Werneri filio, Nicolao „ de Giſenſtein, Fratre Jordano Cel- „ lario Lucelenſi, Fratre Burchardo „ dicto Lirgen Cellario de Aurora, „ Fratre Cunone dicto de Marten, Mona-

„Monacho ejuſdem Domûs, cum
„pluribus perſonis aliis fide dignis
„eodem annô in octavo Paſchae,
„id ipſum ſecundario facientes in-
„aur. unâ cum Conventu noſtro
„coram praefato Priore noſtro Do-
„mino Abbate Luceienſi, in manus
„ſepe dicti Prioris, eodem ſimiliter
„anno in Vigilia Aſcenſionis Do-
„mini, et preſentibus abrenuntia-
„mus pro nobis noſtrisque fratribus
„ſuperius nominatis, ac noſtris ſuc-
„ceſſoribus univerſis omni juri ſeu
„jurisdictioni, quae nobis jure ſeu
„titulo aliquo competebant vel com-
„petere videbantur in Dominam M.
„praedictam et res ejus ac in quatuor
„perſonas apud Brunnaderen rema-
„nentes cum ipſo loco ſuisque atti-
„nentiis univerſis. Salvo et retento
„nobis jure noſtro, quod in rebus
„mobilibus, immobilibus, ac ſe mo-
„ventibus competit vel debet com-
„petere quoquomodo occaſione trans-
„lationis hujusmodi translatis, colla-
„tis et remiſſis nobis ſeu noſtro Mo-
„naſterio et noſtris Sororibus ante di-
„ctis tam per ſecundas litteras quam
„per primas excluſis quibusdam con-
dicio-

„ dicionibus contentis in primis litteris „ ſuper proviſione quarumdam ſororum remanentium in Tedlingen, pro „ quarum ſingulis viginti libras Bernenſes recipere debebamus. Ita ſane quod de cetero, per nos aut „ per interpoſitam perſonam aliquam, „ ſuper perſonis prenominatis manentibus in Brunnadren, cum rebus et „ loco ſpectantibus ad easdem prefatis Priori et fratribus ac ſororibus „ vel alicui nomine eorundem nullum „ omnino jurgium ſuſcitabimus, nec „ ullam movebimus queſtionem, „ quin quantum in nobis eſt praemiſſa „ omnia ad locum Brunnadren ad „ fratres et ad ſorores preſentes et futuras ſpectantia jure proprietatis ac „ veri dominii poſſideant pacifice libere et quiete hoc adjecto, quod „ ſi occaſione noſtri vel noſtri Ordinis aliqua perſona opponeret ſe „ eisdem vel eorum quomodo libet „ conveniret aut impeteret, nos huic „ perſone taliter impetenti nullum „ omnino preſtabimus amminiculum, „ ſed ad eam removendam et compeſcendam nos preſentibus fideliter obligamus, omnemque materiam ſcandali futuris eventibus ſubtra-

„here cupientes abrenuntiamus ex-
„preſſe prout ſuperius eſt notatum
„pro nobis, Conventu noſtro et ſo-
„roribus noſtris de Tedlingen pre-
„ſentibus pariter et futuris omni ex-
„ceptioni et ſpecialiter doli-mali et
„in factum reſtitucioni in integrum Vel-
„leiano reſcripto, impetrato vel im-
„petrando edicto, edito vel edendo,
„omnique juris auxilio et beneficii
„tam juris canonici quam civilis
„privato videlicet vel communi ſeu
„quibuslibet litteris et donacionibus
„utcumque factis quibus promiſſa
„vel promiſſorum aliquod impugna-
„ri poſſet vel aliqualiter infirmari.
„In cujus rei teſtimonium preſentem
„litteram ſepe dictis Priori et fratribus
„ſigillis Venerabilium in Chriſto no-
„ſtri de Aurora et de ſancto Urba-
„no Abbatum praedicti Ciſtercienſis
„Ordinis cum ſigillis Sculteti de Berno
„et predicti Lantgravii de Buchegga
„dedimus ſigillatam. Nos Conven-
„tus de Aurora et Sorores de Ted-
„lingen praefato Domino Abbati no-
„ſtro vices noſtras in hac parte com-
„miſſi. Ita quod quidquid per eum
„ordinatum eſt, et hic ſcriptum ac
„ſigillatum, ratum et gratum nos ha-
„bitu-

„bituros promiſimus et promittimus „et ſubſcriptione hac concorditer „approbamus. Nos etiam de Lucela et de ſancto Urbano et nos plbs. „de Berno et Lantgravius, ante dicti, „ſigilla noſtra rogatu partium praemiſſarum appendimus huic ſcripto. Acta „ſunt haec in domo S. Urbani, anno „Domini, die et indictione, ut in „ſuprema linea continetur.

Secundum diploma hunc titulum habet.

„Dis iſt ein Coppi vſſer dem Brieff „der do vviſet vvie der durchluchtig Kung Adolfus roemſcher Keiſer „in ſinem Schirm und Gnad nem „das Schvveſter Cloſter Brunnadren „mit allen dem das dorzu hort.

„Initium tale.

„Adolfus Dei gratia Romanorum „Rex ſemper Auguſtus religioſis Matronis, Prioriſſe & Conventui Monaſterii Sanctimonialium in Brunnader juxta Bernam Conſtancienſis „Dyoceſis, devotis ſuis dilectis gratiam ſuam et omne bonum etc.

Datum eſt hoc Inſtrumentum, in Offenburg IIII Idus Decembr. Indict. VII. an-

No. R. Seculi.

nô Domini MCCLXXXXIII.
Regni vero noſtri anno ſecundo.

Tertium hoc titulo.

„Ein ander Coppi vviſt vvie Kung
„Adolf ſelber ſtifftet und in ſin Gnad
„nam das Cloſter Mariental in der In-
„ſel an der Are.

„Adolfus Dei gratia Romanorum
„Rex etc. - - Novam Plantationem
„Oratorii ſeu Monaſterii Sanctimo-
„nialium Inſulae Araris fluvii prope
„Bernam quod Clauſtrum vallis ſan-
„ctae Mariae, nove noſtre impoſitio-
„nis nomine nuncupatur deſideran-
„tes noſtris temporibus creſcere in tem-
„poralibus et augeri et temporalium
„ſubſidio in eo etiam ſpiritualia nu-
„triantur honorabilibus perſonis.
„Prio-

Nota ad primum Diploma.

(a) Coenobium ſ. Abbatia de Aurora eſt Coenobium Frienisberg, duabus Leucis à Berna diſtans, olim mons Aurorae dictum, et Ordinis Ciſtercienſis Abbatia. Vide Levv. Helvet. Lexicon. Frienisb.

(b) Mo-

„ Prioriſſe et Conventui ejusdem Ora-
„ torii ſeu Monaſterii Ordinis Fra-
„ trum Predicatorum et in perſonis ea-
„ rundem ſuo Ordini plantationem ip-
„ ſam cum ſua area et fundo in quo
„ reliqua pars aree inedificata exi-
„ ſtit, nec non ejusdem Inſule ſeu
„ mediamnis tantum fundi contigui
„ ſpacium quantum ad dilatandum
„ plantacionem ipſam ſuis uſibus ne-
„ ceſſarium habuerint donamus, et
„ confirmamus donatam etc.

Data eſt 11. Kal. Mart. Indict. VIII. Annó Domini MCCLXXXXV.

(*b*) Monaſterium Lucelenſe hodie nunc exſtat in Epiſcópatu Baſileenſe.

(*c*) Coenobium ſororum de Tedlingen exſtitit olim, in loco qui hodie Dettlingen dicitur, in ditione Bernenſi, Regione Zollikofen, Parochia Wolen. Moniales ejus Coenobii erant Ordini Ciſtercienſi addictae, et ſub tutela Abbatis Aurorae, vel Frienisberg. Vide eundem Levv. Lexic. Dettlingen.

Quartum Inſtrumentum hoc titulo.

„ Diſe Coppi vviſet vvie die Svveſtren
„ ze Brunnadren empfangen und in-
„ corporirt vvurdent Prediger Or-
„ den in dem groſſen Capitel ze
„ Mumpelier von Meiſter Stephanus
„ dem Meiſter.

„ Nos Fratres Henricus Rumelli Pri-
„ or Conventûs Thuricenſis, Pe-
„ trus de Bulzberg Prior Conventûs
„ Bernenſis et Petrus de Tuno Prior
„ Conventûs Curienſis Ordinis fratrum
„ Predicatorum, notum eſſe volumus
„ univerſis preſentibus et futuris,
„ quod vidimus de verbo ad verbum
„ legimus et diligenter perſpeximus
„ litteras venerabilium Patrum S^{ae}.
„ Memorie Magiſtri Stephani etc.

„ Et deinde „ Noverint univerſi etc.
„ quod nos Magiſter Stephanus Ordi-
„ nis fratrum Praedicatorum et deffi-
„ nitores Capituli generalis aput mon-
„ tem Peſſulanum celebrati annô Do-
„ mini MCCLXXXXIIII. ut
„ Sorores de Brunadren juxta Ber-
„ nam Dyoceſis Lauſannenſis in theu-
„ tonia ſub cura recipiantur ordinis
„ noſtri etc. etc. Nos igitur ſupra

dicti

„ dicti Priores Thuricenſis, Bernen-
„ ſis, et Curienſis in evidens teſti-
„ monium hujus viſionis ſigilla noſtra
„ huic litterae duximus appenden-
„ da. Datum aput Bernam Anno
„ Domini MCCCXXVIII. etc.

Quintum hoc eſt.

„ Dis ſind die Friheiten die dis Clo-
„ ſter hat hie in Sant Michaelis In-
„ ſel von den obriſten Meiſteren
„ Prediger Ordens.

„ In Dei filio ſibi cariſſimis Prioriſſe
„ ceteriſque Sororibus preſentibus et
„ futuris Monaſterii Sancti Michaelis
„ in Inſula Ville Bernenſis provincie
„ theutoniae Dyoceſis Lauſannenſis,
„ ſub cura et inſtitutis Ordinis Pre-
„ dicatorum, Frater Bartolomeus
„ Texerii ſacre Theologie Profeſſor
„ ac ejusdem, Ordinis humilis Magi-
„ ſter et Servus etc. etc. Datum Lug-
„ duni X. Decemb. MCCCCXLVI.

In hoc et praecedenti Inſtrumento obſervandum eſt Monaſterium noſtrum in Dyoceſin Lauſannenſem referri, quum in Diplomatibus duobus, quae praecedunt, Dyoceſis Conſtantienſis eſſe dicatur. Ratio ex hiſtoria trans-

 late

latae ſedis ejus Coenobii repetenda eſt. Quum enim Rudolphus Imperator annó Domini 1288. Urbem Bernam obſidione premeret, Moniales noſtrae ex Monaſterio ſuo, quod, ut ſupra vidimus, annô 1284. erat conditum, in Brunnadren, ſedes in urbem moverunt, vitandi tumultus bellici gratia. Hinc data occaſio ut conceſſo iis in urbe loco, poſtea, ubi nunc hoſpitium aegrotantium exſtat, Monaſterium conderent; Cui etiam inditum nomen Inſulae, ut antiqua ſedis memoria ſervaretur. Non tamen ſtatim annô 1288. hanc eas reliquiſſe, patet ex Adolphi diplomate quod ſecundum eſt, anni 1293. ubi adhuc dioceſi Conſtantienſi attribuuntur. Tertium Diploma anni 1294. eas, Dyoceſi Lauſannenſi vindicat, tranſlato ad Inſulam Araris, S. Michaelis dictam, monaſterio. Conſtat, Arulam limitem duarum Dyoceſium fuiſſe, ut quae ad dextram ejus fluminis ſita ſunt, occuparet Conſtantienſis, quae ad ſiniſtram, cum Urbe Berna, Lauſannenſem ditionem agnoſcerent. Tranſlatum videtur itaque Coenobium noſtrum in aliam Dyoceſim anno 1294. Annó tantum 1347. eas ſedem perpetuam in urbem fixiſſe aſſerit auctor Deliciarum Bernenſ. pag. 295. De his plura vide infra in narratione noſtri Codicis. Diploma *quintum* eas in Villa (urbe) Bernenſi jam habitantes indicat. Sequitur ejusdem Inſtrumenti verſio germanica.

Sextum Diploma ab eodem Magiſtro Texerio, concedit Monialibus, ut pro ſuſtentanda vita Eleemoſynas colligant. Datum Lugduni annô MCCCCXLVIII. Addita eſt ejusdem verſio germanica, ubi verba haec. *Inſignis Ville Bernenſis*, vertuntur ſic: Des furnemmen Dorffs Bern.

Septimum eisdem à Fratre Martiali Auribellii Ordinis Predicatorum Magiſtro conceſſum, datum eſt Divionj 1453. addita ejusdem verſio germanica.

Octa-

No. R. *Seculi.*

Octavum, ab eodem anni 1456. additâ verſione.

Nonum, ab eodem, Coloniae, 1457. additâ verſione.

Sequuntur alia Documenta, hoc Titulo.

„Dis ſind etliche Puncten usgezogen „von den brieffen der Friheiten der „Meiſtren des Ordens die ſi gegeben „hand den Svveſtren zu *Schönen Stein-* „*bach*, die vvir in glicher vvis och „bruchen und nutzen ſond und mo- „gen, vvand die Meiſter Ordens „der ſelig vatter Bartholomeus Tex- „erii und der lieb vatter Martialis „Auribelli hand uns beſtellet und ge- „ben alle ir Friheit und all ir Clö- „ſtren die do reformirt ſind. Und „darum ſo ein nevver Meiſter des „Ordens vvird, ſo ſol man ervverben „das er dis Friheit beſtette.

Primum horum eſt ſub nomine Magiſtri Thomae Steinbach Datum Colon 1388. Monaſterium Schönen Steinbach, ob Einsheim ſuperioris Alſatiae, commemorat Stumpfius lib. 7. cap. 12.

Secundum, ſub nomine Thomae de Firmo. Datum Strasburg 1403.

Tertium, ſub ejusdem nomine, ib. eod.

Quartum, ſub nomine Leonardi de Florentia, ib. annó 1415.

Quintum et Sextum, ſub eod. nomine. Datum illud ex Columbaria 1419. hoc Conſtanciae 1420.

Septimum, ſub nomine Barthol. Texerii, Baſil. 1428.

Octavum et tria ſequentia pertinent ad Monaſterium Sororum Mariae Magdalenae an den Steinen in Baſilea.

Duodecimum pertinet ad noſtras, ſub nomine Martialis Auribelli Datum Viennae 1456. addita verſio Germanica.

Decimum tertium hoc titulo.

„Von dem Brieff den geben hat Meiſter Marcialis Auribelli dorinnen „er verſorget die III. Svveſter Clöſter „an Steinen und Schönen Steinbach „und S. Michaels Inſel mit einem „vvirdigen erlichen Vicarien genennt „Vatter Heinrich Schretz Bacularius „und Prior ze den Predigern ze Baſel. Datum Argent. 1460.'

Sequitur.

„Dis ſind XX. usgenommen Puncten ſo gezogen ſind uſſer den Privilegien ſo die Meiſter des Ordens „in ire latiniſchen Brieffen geben

„hand

„hand und geordnet den Svveſtren
„von der Obſervantz die da ſind in
„tutſchen Landen.

Sequuntur Regulae quaedam ſpeciales ad aedificia Monaſterii et oeconomica pertinentes, et ad vitam Monialium.

Sequitur.

„Dis iſt die Coppi von dem Brieff
„der do vviſt die Bruderſchafft zvvi-
„ſchent den Svveſtren in S. Michels
„Inſel und den Svveſtren S. Maria
„Magdalena an den Steinen ze Ba-
„ſel, datum 1440.

Sequitur.

„Informationes ſuper debita clauſu-
„ra Sororum ſub cura Ordinis Pre-
„dicatorum exiſtentium. Ex de-
„cretis Pontificum et Bulla Bonifacii
„IX. Pont.

Eadem Germanice.

Sequitur.

„Diſe Coppi vviſt vvie der Bapſt In-
„nocentius der IIII. git die Friheit
„der Begrebde den Brudern und den
„Svveſteren Prediger Ordens.

Ea-

Eadem Germanice.

Sequitur.

„ Diſe Coppi vviſet vvie der Bapſt
„ Benedictus der XI. gibt den Svve-
„ ſtren Prediger Ordens die Friheit
„ dan ſie kein Zechenden noch Zoln
„ noch Schatzung, ſon geben vve-
„ der geiſtlichen noch vveltlichen
„ Herren etc.

Deeſt finis ejus Bullae.

Sequitur.

„ Die Begrebt der vveltlichen Perſo-
„ nen die hie by uns ligent.

„ Anno LXVIII. Frau Anna von
„ Burten Ludvvig Hetzel gemachel
„ lit in Chor under dem ſtein mit
„ zvvoyen ſchilten vor dem Altar.

„ Annô LXXII. Juncker Ludvvig
„ Hetzel ir gemachel under ſinem
„ Stein mit dem ſchilt neben ir.

„ Item im Crutzgang by der chor
„ tür under dem ſtein mit den zvvo-
„ yen Agnes Lovven frovv.

Sequitur.

„ Hie

„ Hie vocht an die vorred in das le-
„ bendige buchli der Svveſtren Pre-
„ ger Ordens ze Bern in Sant Michels
„ Inſelen.

In ea praefatione Author haec ait.

„ Nund ſond ir vviſſen das ich mit
„ fliſs und arbeit durchleſen han und
„ durchſucht hab alle die Jar zit bu-
„ cher und ſel-bucher und brieff,
„ inſtrument und der gelichen die ich
„ finden kan in dem Convent der
„ Bruederen ze Bern Prediger Or-
„ dens und och hie dis Cloſters
„ ſant Michels Inſel, und hab zeſa-
„ men gezogen die namen der ver-
„ gangenen totten Svveſtren dis Clo-
„ ſters, vvie vvol dan iſt ir aller na-
„ men hie nit ſtatt.

Sequitur.

Incipit liber Vite Sororum in Berno.

„ Alſo tund vvir kunt allen kunffti-
„ gen Svveſtren dis Cloſters, das un-
„ ſer Cloſter geſtifft und zu dem
„ erſten mal angefangen vvard An-
„ nô Domini M C C L X X X V I. vor
„ der Statt Berne uff der hofſtat ge-
„ nant

„ nant Brunnaderen, do von enphieng „ oech das nüvv geſtifft Kloſter ſinen „ namen Brunnaderen, und die al- „ ler erſten Svveſteren deſſelben Clo- „ ſter ſind diſe namen.

„ Svveſter Mechtildis von Sedorff des „ Cloſters Stiffterin.

„ S. Mechtildis de Ripa Priorilla.

„ Anna de Tedlingen.

„ Eliſabeth.

„ A. de Ripa.

„ Dis obgeſchribenen Svveſteren kom- „ ment von dem Cloſter genannt „ Tedlingen, Sant Bernardus Or- „ dens und lebten noch gevvonheit „ der Svveſtren prediger Ordens in „ dem Cloſter Brunnader und namen „ zu inen die des Ordens begerten.

„ Ita de Liebenvvil.

„ Berchta Brunnaderin.

„ Agnes de Sedorff.

„ Adelheit von Goldbach.

„ Ita

No.	R.	Seculi.

„ Ita von Sedorff.

„ Demut von Liebenvvil.

„ Kathrin von Sedorff.

„ Agatha von Friburg.

„ Anna Lirgin.

„ Do nun das Cloſter incorporirt
„ vvard Prediger Ordens, als du fin-
„ deſt in der Cronica do gab inen der
„ provincial Svveſtren des Ordens
„ von dem Cloſter ze Zurich ge-
„ nant Oettenbach und eine vvard
„ geſetzet zu einer Priorin etc.

Anna von Zurich Priorin.

G. von Zurich.

E. von Zurich.

D. von Zurich.

„ Dis vier Svveſtren kament von Zu-
„ rich und lebten geiſtlichen.

„ Berchta Zembach.

„ Eliſabeth von Eige etc.

Se-

Sequuntur novem alia nomina Sororum, quae tunc Coenobium conſtituebant.

„Darnach als dis Cloſter etliche Jar
„geſtanden vvas und die Svveſtren
„Gott dem Herren mit andacht ge-
„dienet hatten vil zit, da kam es
„darzu, das das Cloſter von unfrid
„zerſtört vvard als du findeſt in der
„Cronica, an dem blat . . . do
„ervvartent ſie von dem römiſchen
„Kung Adolfus ein ander Kloſter
„ſtatt und buvvten ein Cloſter an
„dem Waſſer der Ar gelich als ein
„Inſel und vvard das Cloſter geheiſ-
„ſen Maria thal in der Inſel als da
„vviſſent die coppien deſſelben Ro-
„miſchen Keiſſers etc.

„Anna Priorin.

„Margareta Baldegein.

„Ita Bremgartin. Sequuntur nomi-
„na 9. reliquarum ſororum.

„Do dis Cloſter unlang geſtund do
„vvard es von etlichen kinden der
„bosheit ganz und gar ſtört, alſo
„muſten die Svveſtren ﬂiehen in die
„Stat

„Stat Bern in ein hus bi den Predi-
„gern, dorinnen ſi ſich enthielten
„me den XX. Jar. Alſo kofften ſi
„aber ein Cloſterſtat, das vvas der
„Juden Kilchhoff und iſt jetz das
„Cloſter ſant Michels Inſel. Die
„erſte Priorin diſer Hofſtat vvas ge-
„heiſſen. Berchta von Burgdorf,
„vvas me den XXX. Jar an dem
„Prior Amt.

„Anna Freſom.

„Hedvvigis von Lutenvvil.

„Agnes von Schafhuſen„ ſequuntur
„nomina 15. reliquarum ſororum.

Adelheit von Butzberg vvas Priorin
Annô Domini MCCCLIIII.

Ultima quae nominatur Prioriſſa, eſt Anna von Siſſach Annô MCCCCLXII.

Sequuntur nomina Sororum, in Monaſterio defunctarum, continuata manu recentiori. Inter eas invenitur.

„Barbara Prioriſſa XXXI. annis defuncta Annô 1492.

Additus eſt poſt nomina Sororum:

„Jacob Wagner„ nunc Caplan 1505.

Sequuntur nomina Confeſſorum Monaſterii, primus eſt:

No.	R.	Seculi.

Bruder Cuno von Jegenstorf, diſer vvas unſer erſter bicht vatter und vicari in dem Cloſter zu Brunnadren und vvas vil zitten geſin Prior ze Bern.

313. 4to. Codex Membran. *XIV.*

Regulae Paſtorales ex Patribus et Conciliis.

540. 4to Codex Membran. *X.*

De vera Religione Liber B. Auguſtini.

Deeſt initium uſque ad haec verba.

„ Ergo ille eſt et corporis Conditor a quo
„ pax omnis eſt et qui forma eſt infabricata
„ atque omnium formoſiſſima.

615. 8vo Codex Membran. *XIII.*

Remigii Antiſſiodorenſis Expoſitio ſuper Miſſam.

A. 54. Codex Chartac. *XVI.*

Joh. Reuchlinus de Arte Cabbaliſtica.

290. Fol. Codex Membran. *XIII.*

Magiſtri Petri Riga et Egidii Biblia verſibus edita.

Opus

No.	R.	Seculi

Opus verſuum circiter 14400. foliis 180. comprehenſum; quae ab Egidio addita ſunt, obeliſcis diſtinguuntur; de hoc opere, quod nunquam integram lucem adſpexit, vide Fabritii Bibl. medii aevi et alios.

Initio noſtri Codicis hi verſus leguntur.

„ Scire cupis Lector, quis Codicis iſtius auctor.
„ Audi quid breviter dicat ad iſta liber,
„ Petrus et Egidius me conſcripſere, ſed ille
„ Actor, Corrector ultimus ille fuit.
„ Ille prior Remis, hic Pariſienſis alumnus
„ Ambo graves annis, hic vir et ille ſenex
„ Simplex Clericus hic, ſacri Ordinis ille Profeſſor
„ Ille Levita gradu, presbiter ille manens
„ Alter habundantis ſtudii, ſed acutior alter
„ Quis proponendo debuit ordo geri

„ Alter adinvenit operam, ſed in ordine peccans
„ Omnia diviſit ſenſibus ire magis
„ Alter acu tipicâ diſtinctis verſibus, unum
„ Conſuit in corpus atque revixit opus.
„ Ex utroque fuit ſummi dignatio regis
„ Obſequium rebus velle tuliſſe ſuis

Sequitur praefatio proſaica, quae dicitur prologus Magiſtri Alberti Remenſis de commendatione hujus libri. Videtur autem ex praefatione hac, et ex praefatione Petri auctoris, hoc opus initio tantum in Pentateuchum fuiſſe. De Moyſe et ejus ſcribendi ratione parum decenter judicat. Sic enim Albertus in prologo laudato.

„ Quod enim Moyſes legislator in Pentateucho ſuo diffuſe ſcripſit et confuſe, „ in hoc opere ampla brevitate et brevi „ amplitudine invenitur conſummatum.

Sequitur Prologus Petri Riga editoris libri, ubi obſervandum, iſta verba initio prologi „ *ut Librum Geneſeos ſtilo metrico depingerem* „ in noſtro Codice ſic eſſe mutata, ut pro *Geneſeos* legatur Pentateuchum.

Ut ſtatim de ſtilo et fine hujus Operis ſpecimen habeat Lector, hos verſus ab initio exſcribamus.

„ Ini-

„Initium Mundi quales in origine prima
„Traxit ab Artificis conditione vires,
„Que Fabrice concepta dedit, que ſemina rerum
„Eſſe Creatoris munus opusque Dei.
„Cosmographo Moyſe mihi produce carminis hujus
„Eſt animi motus commemorare mei
„Hujus adhuc putei velut eruderator in altum
„Ad typici ſenſus vim penetrare volo
„Sicque figurali myſteria clauſa ſigillo
„Senſibus hiſtoricis eliciturus ero.

Quomodo autem Poeta allegorice tractaverit S. Scripturam his exemplis oſtendam deſcriptis ex primo capite de opere primi diei Geneſeos ſic.

„Quid predicta notent preſens intellige lector
„Nam quaſi de petra ſuggero mella tibi
„Principium JEſus eſt, celum creat actor in iſto

 „Per

„ Per quam celeſtes efficit eſſe viros.
„ Terra prius vacua notat Eccleſiam ſine fructu
„ Donec Chriſtus adeſt et ſibi jungit eam.
„ Cujus in adventu datur Eccleſie nova proles
„ Nam brevis aut nullus ad bona fructus erat
„ Scripturae tenebras caligo figurat abyſſi
„ Myſtica ſcripta quidem clauſa fuere diu. etc.

In Hiſtoria Samſonis et examinis apum in fauce Leonis ſic.

„ Mellificans examen apum ſubit ora Leonis
„ Inque Leonino conſtruit ore favos
„ Hoſtes qui pungunt animas clauſas in averni
„ Fauce, bonos tanquam mel tenuere diu.
„ Suſtulit ungue favos Samſon de fauce ferina

„ Chri-

„Chriſtus ab inferni ſuſtulit ore ſuos.
„Impetit hoſtilis Samſonem turba ligatum
„Ille velud ſtupam forcia vincla ſecat
„Armat ſe Samſon maxilla, ſe cruce Chriſtus etc. etc.

In fine operis exſtat Epilogus proſaicus Egidii ad Odonem, Pariſienſem Epiſcopum.

B. 47. 4to Codex Membran. XIII.

Petri Riga Biblia Metrica.

Deeſt in hoc Codice, qui, antequam Egidius ſua adderet, exaratus videtur, prologus ille Alberti Remenſis, deſunt etiam omnia Egidii, quae in Codice 290. obeliſcis diſtinguuntur, Egidii etiam praefatio, quae in praecedenti exſtat Codice, in Codice B. 47. abeſt. Priores etiam 40. verſus, qui in Codice 290. exſtant, in illo deſunt. Locus integer de Agno Paſchae eſt Egidii, et deeſt in hoc Codice. Deſinit in his verſibus, et fine Evangelii Matthaei.

„Loquitur de fine JEſus libroque Matheus
„Dat finem, Petrus finit et ipſe ſuum.

In fine additae allegoriae in omnes Bibliorum libros, XXIII. diviſionibus comprehenſae, quarum ſingulae unam ex litteris alphabeti alternatim excludunt, ut prima diviſio ſit ſine littera A. ſecunda ſine B. etc. etc.

No. *R.* *Secul.*

Ritualis Liber Graecorum, vide Menologium.

423. 4to Codex Membran.

Ritualis liber Rabbinicus, continens preces, pſalmos et ſententias morales in uſum Synagogae.

Codex mutilus eſt initio et fine.

871. Fol. Codex Membran. XIII.

Roberti Groſſi Capitis, Linchonienſis (Lincolnenſis) Epiſcopi, diſtinctiones, quae vocantur Templum Dei.

Iſte Tractatus Auctoris, qui plurima ſcripſit, anecdotus eſt, teſtibus Caveo, Oudino, Fabritio. Initium autem tale.

„ Templum Dei ſanctum eſt quod eſtis „ vos etc. 1. ad Corinth. IV. Sermo iſte, „ quamvis omnes tangat, quos Spiritus Dei „ inhabitare debet, ſpecialiter tamen Sa„ cerdotibus convenit, quorum corpora „ templa ſunt Spiritus S. 1. ad Corinth. VI. „ haec etiam in iſto opere leguntur:

Hos abſolvit Papa vel alios auctoritate ejus.

„ Percuſſores Clericorum vel detinentes eos „ in vinculis et in carcere.

„ Incendiarios denunciatos.

„ Violatores Eccleſiarum denunciatos

„ Sor-

No.	R.	Seculi.

„ Sortilegos cum re ſacra, vel demonibus im-
„ molantes vel abutentes Sacramentis vel aliud
„ quam Deum adorantes.

Ab Epiſcopo abſolvuntur.

„ Mulier ſenex impotens Curiam Romanam adire

„ Si Prelatus vel Magiſter Clericum cauſa
„ correctionis percuſſit non excedendo modum.
„ Si etiam inventus eſt Clericus turpiter a-
„ gens cum uxore, filia, matre, vel ſoro-
„ re [et percutiatur) etc.

Barbariem Monaſticam ſapit totum opus. Vixit Au-
ctor Seculo XIII. continet folia 8. vel pag. 16.

A. 81. 8vo Minut. Codex Chartac. XV.

Roſaria et Orationes.

Ruchat. Suite de l'hiſtoire de la Re-
formation. Vide Claſs. Hiſtoricam.

815. Fol. Codex Chartac. XV.

Johannis de Rupe Sciſſa, Ordinis Fratrum Minorum Aquitaniae, Cuſtodiae Ruthenenſis et Conventus Aureliacenſis in Curia Romana in Avinione liber futurorum eventuum ſcriptus in carcere Domini Papae Clementis VI. Pontificatûs ſui Annó VIII. ab incarnat. 1359.

No.	R.	Seculi.

Hunc Baylius et alii vocant de la Roche Taillade.

No.	S.	Seculi.

43. Fol. Codex Membran. XIII.

De Sacramento Euchariſtias ſecundum Thomam de Aquina.

271. Fol. Codex Membran. XIII.

Salvatoris geſta S. Nicodemi Evangelium.

Hoc Pſeudo - Evangelium ſaepius editum eſt, noſter Codex Titulum exhibet ſequentem:

„Incipiunt geſta Salvatoris Domini no-
„ſtri JEſu Chriſti quae invenit Theodo-
„ſius Imperator Romanorum proprio
„teſtimonio Pontii in Codicibus publi-
„cis.

Initium tale eſt.

„Factum eſt in anno nono decimo Imperatoris
„Tyberii Ceſaris anno nono decimo Principa-
„tus ejus VIII. Kalendas Aprilis XXI. die
„menſis Martij Conſulatu Rufi vel Leonis
„in anno IIII. ducenteſime ſecunde olympia-
„dis ſub Principatu Sacerdotum Judeorum
„Joſeph et Cayphe, et quanta poſt crucem et
„paſſionem Domini hiſtoriatus eſt Nichode-
„mus. Acta à Principibus ſacerdotum et re-
„liquis Judeis mandavit ipſe Nichodemus lit-

„teris

„ teris hebraicis. (*a*) Anna et Caipha et „ Seme et Dathan, Gamaliel, Judas, Levi, „ Nephtalim, Alexander et Syrus et reliqui „ Judaeorum venerunt ad Pylatum etc.

In noſtro Codice non exſtat ultima pars ejus Evangelii, a his nempe verbis: „ haec omnia „ quae dicta et facta ſunt a Judaeis in Synagoga eorum ſtatim Joſeph et Nicodemus „ annunciarunt Preſidi. Et ipſe Pylatus ſcripſit omnia verba in Codicibus publicis praetorii ſui „ Haec vero ſequuntur. Eſt poſt „ haec Pylatus ſcripſit Epiſtolam ad urbem „ Romam Tyberi, dicens. Pontius Pylatus „ Imperatori Tyberio ſal. Nuper accidit etc. quae Epiſtola eſt prima ſub nomine Pylati vulgata, ea claudit hoc Pſeudo-Evangelium. Obſervavimus in noſtro Codice lectiones complures, quae praeſtant lectionibus, quas Edita exhibent.

In eodem Codice exſtat *Epiſtola Chromatij et Heliodori ad Hieronimum* cum Epiſtola ejusdem ad eos; addita *narratio de nativitate Mariae et JEſu*, de qua plura infra.

377. 4to Codex Membran.

Sanctae Mariae et Infantiae Salvatoris geſta.

Duplex narratio eſt; ſubjungitur Lamentationi Bernardi de Paſſione Chriſti, quam obiter memoravimus ſupra., vide *Bernardi*:

Incipit autem ſic: Lamentatio Bernardi: „ Quis

Nota: (*a*) *Quae hactenus usque ad illa verba*, Anna *et* Caipha *etc. Exſtant ad finem ejusdem Nicodemi Evangelii, quod edidit Alb. Fabritius Cod. Apocryph. N. Teſt. pag.* 238, *paucis tamen diverſa.*

„ Quis dabit capiti meo aquam et
„ oculis meis ymbrem. etc.

Eſt eadem cum 271. vide *Bernardi.*

Prior vero de B. Maria narratio, quae, ut monui, ſubjungitur in iſto Codice 377. Lamentationi Bernardi, breviſſima eſt, et unicam paginam implet. Incipit vero ſic:

„ Tempore illo cum nata eſſet B.
„ Maria in domo parentum ſuo-
„ rum in civitate Nazareth etc.

deſinitque in apparitione Angeli et annunciatione B. Mariae. Secunda narratio quae 13. paginis abſolvitur, incipiens ſic:

„ Erat vir in Iſrael nomine Joachim,
„ ex Tribu Juda et erat paſtor o-
„ vium ſuarum timens Dominum
„ in ſimplicitate etc.

Conflatum videtur iſtud opuſculum, quod nec titulum nec auctoris nomen praefert, ex Pſeudo-Evangeliis de nativitate Mariae, ex Proto-Evangelio Jacobi nomine vulgato, ex Evangelio Infantiae. Diverſum tamen eſt ab omnibus iſtis. Natalia B. Virginis, ejusdem educationem in Templo, desponſationem cum Joſepho, Conceptionem, Partum in Spelunca prope Betleem, hiſtoriam duarum obſtetricum partui B. Virginis adſiſtentium, preſentationem pueri JEſu in Templo, Magorum adorationem, fugam Joſephi in Egyptum, et multa miracula in itinere a JEſu puero perpetrata, hic enarrat auctor, quae ſingula in opuſculis ſupra citatis reperiuntur. Narratio tamen noſtri Pſeud-Evangelii non pauca continet, quae in illis fruſtra quaereres. Notavimus in noſtro Codice quod in annum ſecundum poſt natum JEſum collocatur adventus Magorum; ſic enim ait auctor:

„ Tar-

„Transactis autem duobus annis
„venerunt ab Oriente Magi Ihe-
„roſolimas. etc.

Ex iſto Pſeudo-Evangelio fragmentum ſequens edimus. Eſt locus ex narratione de itinere B. Mariae et Joſephi in Ægyptum:

„Factum eſt in die tertia profectionis
„ſuae, ut Maria nimio ſolis ar-
„dore fatigaretur in heremo; vi-
„densque arborem Palme, dixit
„ad Joſeph, quiescamus aliquantu-
„lum ſub umbra ejus: Et feſti-
„nans Joſeph, duxit eam ad Pal-
„mam et deſcendere fecit eam de
„jumento. Cumque reſediſſet Ma-
„ria, reſpiciens ad comam palme,
„videns eam repletam pomis, di-
„xit ad Joſeph: deſiderium mihi
„eſt, ſi fieri poſſet, ut hujus palme
„fructum ederem: Tunc ait ad
„eam Joſeph: Miror te hoc di-
„cere cum videas quantam altitu-
„dinem habeant rami palme fructus.
„Ego autem graviſſime de aqua
„cogito que nobis jam defecit in
„utribus et non habemus, unde
„eos replere, aut nos ipſos refo-
„cillare debeamus. Tum Infan-

tulus

„tulus JEſus leto vultu in ſinu
„matris Marie virginis dixit ad
„ad palmam. Reflecte te arbor,
„et de fructibus tuis refice matrem
„meam. Statim ad hanc vocem
„inclinavit cacumen ſuum uſque
„ad plantas Marie. Et colligen-
„tes ex ea fructus quos habe-
„bat omnes refecti ſunt. Poſtea
„vero quam collecta ſunt omnia
„poma ejus, inclinata manebat,
„exſpectans ut ejus imperio ſurge-
„ret, cujus imperio fuerat inclina-
„ta. Tunc JEſus dixit ad eam.
„Erige te palma, et confortare,
„et eſto conſors arborum earum,
„que ſunt in Paradiſo Domini
„mei patriſque meo. Aperi au-
„tem ex radicibus tuis venam que
„occultata eſt in terra. Fluent
„ex ea aque ad ſatietatem no-
„ſtram. Statim erecta eſt palma,
„et ceperunt per radices ejus fon-
„tes aquarum limpidiſſimi egre-
„di et dulciſſimi nimis.

Hiſtoriam hanc ex quodam Libro de Infantia Salvatoris, cum aliis multis, quae hic exſtant, citat Martinus Polonus, Chronici libro 3. forſitan legerat ille idem opus cum noſtro.

Ulti-

Ultima in hoc Codice eſt hiſtoria Idolorum, quae, intrante in Templum Aegyptiorum puero JEſu, omnia corruerunt. Quae narratio talis eſt:

„Et gaudentes atque exultantes „(Joſeph et Maria) in unam ex „civitatibus, que dicitur Sotyen „(*a*) ingreſſi ſunt. Et quoniam „in ea nullus erat notus apud „quem hoſpitari potuiſſent, tem-„plum ingreſſi ſunt, quod Aegyp-„tii ejusdem Civitatis *Capitulum* „(Codex 271. habet *Capitolium*) „vocarunt, in quo diebus ſingu-„lis honor deitatis ſacrilegis pre-„parabatur. (Codex 271. ſic: „*In quo templo trecenta ſexaginta ydo-„la poſita erant, et ibi ammonebant* „*ſedentes populum, quatenus ſingulis* „*diebus ſecundum honorem deitatis eo-„rum ſacrificia offerrent*) Factum „eſt autem ut ingreſſa Maria „cum Infantulo, Idola univerſa „corruerunt. Et omnia ipſa I-„dola jacientia in facies ſuas com-„minuta ſunt, ita ut nihil ſe eſſe „evidencius predicerent. Tunc adim-

(*a*) Nulla urbs eo nomine in Aegypto nota eſt, nec memorata Geographis.

„ adimpletum eſt quod dictum eſt
„ per Prophetam: Ecce Dominus
„ veniet ſuper nubem levem et mo-
„ vebuntur à facie ejus omnia ma-
„ nu facta Aegyptiorum. Tunc
„ Afrodyſo Duci (Codex 271. ha-
„ bet: Frogidio Duci civitatis illi-
„ us) cum nunciatum fuiſſet, ve-
„ nit ad Templum cum omni Ex-
„ ercitu ſuo omnibusque Comiti-
„ bus ſuis. Pontifices vero Tem-
„ pli ut viderunt Afrodiſium cum
„ omni exercitu ſuo ad Templum
„ properantem putabant ſe vindica-
„ re in eos, quorum cauſa corrue-
„ rant.

„ Ille autem ingreſſus Templum et
„ videns omnia ydola in faciem
„ ſuam in terra jacere, acceſſit ad
„ Mariam et adoravit Infantem,
„ quem ipſa in ſinu ſuo portabat.
„ Et (cum) adoraſſet eum, locu-
„ tus eſt ad univerſum exercitum
„ ſuum et amicos ſuos, et dixit;
„ Niſi hic Deus eſſet, dii noſtri
„ coram eo in facies ſuas minime
„ cecidiſſent neque in conſpectu
„ ejus proſtrati jacerent. Domi-
„ num ſuum illum eſſe taciti pro-
teſtan-

„ teſtantur. Nos vero quod Deos
„ noſtros vidimus facere, niſi cau-
„ tius et ſolliciti fecerimus, om-
„ nes in periculo indignationis ejus
„ incurrere poterimus, et univerſi
„ in interitu mortis cadimus ſicut
„ evenit Pharaoni regi, qui Deum
„ audire contempſit. Nam poſt
„ multum tempus dixit Angelus ad
„ Joſeph. Revertere in terram Ju-
„ daicam, defuncti ſunt enim qui
„ quaerebant animam pueri.

In hoc loco deſinit narratio et Evangelium hujus Códicis.

271. Fol. Codex Membran. XIII.

De Sancta Maria, et JEſu Chriſti pueritia Evangelium.

Idem eſt cum praecedenti opere. In hoc tamen Codice praemittuntur Epiſtolae Chromatii et Heliodori ad Hieronimum, et Hieronimi ad eosdem Epiſtola, quae vulgatae ſunt inter opera Hieronimi. Illud vero Pſeudo Evangelium de nativitate Mariae, quod has Epiſtolas ſequitur in editionibus Hieronimi, multis numeris diverſum eſt à noſtro; nam primum quidem illud deſinit in Natalibus JEſu Chriſti; noſtrum verò continet pueritiae ejusdem hiſtoriam. Codex praeterea 271. de quo nunc nobis ſermo eſt, non deſinit in eo loco, ubi Cod. 377. ſed poſt ea verba; *qui Deum audire contempſit*, haec addit: „Tunc omnis populus „ civitatis ejusdem credidit in Domino Deo per „ JEſum Chriſtum. „ Et factum eſt poſt ro-

„ greſſionem JEſu de Aegypto, cum eſſet in
„ Galilaea, inchoante quinto anno aetatis ejus,
„ una die Sabbati ipſe cum Infantibus lude-
„ bat ad Jordanis alveum etc.

Narrantur deinceps Miracula varia JEſu Chriſti pueri. Hic occurrit hiſtoria duodecim paſſerum, quam infra in Evangelio Infantiae Thomae Hysmaelitae videbit lector; Narratio de JEſu Magiſtrum docente vim litterarum. Sic vero JEſus puer Magiſtrum alloquitur:
„ Hi omnes ceci ſunt qui dicunt et docent
„ et audiunt, quaſi aes ſonans et cymbalum
„ tinniens, in quibus non eſt ſenſus et intel-
„ lectus, que intelliguntur per ſonum eorum,
„ et ſubjungens JEſus dixit Zachariae, (*Ma-*
„ *giſtro de quo ſupra ſermo fuerat*) omnis lit-
„ tera ab Alpha usque ad Tau, diſpoſitione
„ diſcernitur. Dic ergo primum quid ſit Thau
„ et ego dicam tibi quid ſit Alpha — et
„ cepit JEſus ſingillatim et litteras et nomi-
„ na nominare et interrogare à Magiſtris quid
„ eſſent vel quid ſignificarent. Dic *Magiſter*
„ legis, prima littera quare habet angelos mul-
„ tos gradatos, ſubditos, mediatos, obductos,
„ productos, ſectos, fractos. Cum autem
„ haec audiſſet Magiſter, obſtupefactus eſt ad
„ tantam diſpoſitionem litterarum.

Quam Magiſtri Hebraei a puero JEſu exigebant litterarum interpretationem, ea eſt quam Euſebius in Praeparatione Evangelica, et Hieronimus in Epiſtola ad Urbicam, expoſuere, quà Aleph, doctrinam, Beth, domum, Gimel, plenitudinem etc. ſignificat. Quam vero litterae Aleph interpretationem exhibet puer JEſus, ad Kabbalam Judaeorum pertinere videtur; de vi litterae Aleph, et immenſa ejus virtute adeat lector, cui otium fuerit, Kabbalae denudatae part. ſecundae pag. 1. ſeqq.

Omnia haec varia Pſeudo-Evangelia inter ſe multis numeris conveniunt, et videntur in Orien-

Oriente primis poſt Chriſtum ſeculis conflata, quod teſtantur loca multa, quae ex Irenaeo, Epiphanio, et aliis Patribus collegit laudatus ſaepe Fabritius in Codice Apocrypho N. Teſt. In Oriente tale aliquod Pſeudo-Evangelium, vel plura forſitan à Chriſtianis recepta fuiſſe, unde etiam quaedam Muhamedes in Alcoranum ſuum retulit, negari nequit. Adi ſi placeat Alcorani Suram tertiam, ubi dè Maria in Templo cibum ab Angelis miraculoſe accipiente narrantur ſimilia iis, quae in Pſeudo-Evangeliis noſtris exſtant. Narratio de Commoratione Joſephi et Mariae cum JEſu puero in Aegypto, movet, ut conjiciamus, a gnoſticis Aegypti forſan aliquod Pſeudo-Evangelium confictum fuiſſe. Praeter alia, quae hanc conjecturam juvant, inveni in Evangelio Infantiae quod ex Arabico vertit Henr. Sike, editum Trajecti 1697. narrationem de puero JEſu qui cum Betleemi, poſt reditum ex Aegypto, officinam Tinctoris intraſſet, invenit ibi pannos plurimos civium, quos variis coloribus imbuere parabant. Eos JEſus puer univerſos in cortinam tinctoriam conjecit. Rediens Tinctor, qui Salem vocatur, exprobravit puero factum, qui ſibi totum opus perdidiſſet. Tunc ei JEſus promiſit ſe quoscunque pannos voluerit, quolibet ſingulos colore tinctos extracturum, et quod promiſerat, ſtatim praeſtitit; ſtupentibus tinctore et omnibus qui aderant. Hoc ego miraculum reperiſſe exiſtimo in arte Aegyptiorum, quam narrat Plinius lib. 35. Cap. XI. „Pingunt et veſtes in Aegypto inter pauca „mirabili genere, candida vela poſtquam at„trivere illinentes non coloribus, ſed colo„rem ſorbentibus medicamentis. Hoc cum „fecere, non apparet in velis: Sed in cor„tinam pigmenti ferventis merſu, poſt „momentum extrahuntur picta; mirumque, „cum ſit unus in cortina colos, ex illo alius „atque alius fit in veſte, accipientis medica„menti qualitate mutatus.„ Sic forſitan, ut in ſuppoſitis ejusmodi Hiſtoriis facile evenire potuit, ex artificio tinctorum occaſio nata

No.	S.	Seculi.

fingendi miraculi. Haec autem narratio, quamvis non extet in noſtro Thomae Hysmaelitae Evangelio, nec in altero, quod Hieronimi nomine extat in Cod. 271. et 377. tanta tamen eſt inter haec Pſeudo-Evangelia affinitas, ut ad eandem familiam vel patriam omnia pertinere videantur.

168. Fol. Codex Membran. IX.

Sanctorum Vitae, ſ. legendae, nempe Sozimae, B. Mariae Aegyptiacae, Baſilii Epiſcopi, Euphroſinae. etc.

Vitae ſunt XVII.

A. 7. Fol. Codex Membran. X.

Sanctorum Vitae, ſc. B. Remacli, B. Manſueti (Apoſtolorum diſcipuli et primi Leuchorum Epiſcopi) B. Marcelli et Valeriani, B. Euurcii, B. Adriani Martyris, B. Gorgonii et Dorothei, B. Pti et B. Jacinthi.

Inſertus eſt poſt vitam Euurcii, ſermo B. Auguſtini de nativitate Mariae.

Illa B. *Manſueti* vita primum fuit edita a Calmeto, Tomo I. Hiſtoire de Lorraine, Preuves Fol. CXXI. ſeq. Auctor ejus vitae Adſo Abbas, qui, ut ipſe in hac vita teſtatur, vixit tempore Ottonis Magni, quum Leuchorum (Toul) Epiſcopus eſſet Gerardus; deeſt quidem in noſtro Codice praefatio ejus vitae, quam Adſo dedicavit Gerardo Epiſcopo, deſunt etiam multa alia, quae in illa vita a Calmeto edita reperiuntur.

48. Fol.

No.	*S.*	*Seculi.*
48.	Fol. Codex Membran.	X.

Sanctorum Martyrum Paſſiones, prima nempe S. Juſtinae et Cypriani, ultima S. Columbani.

24.	Fol. Codex Membran.	XI.

Sanctorum Vitae, ex Hieronimo, Beda et aliis Scriptoribus.

Exſtant hic Vitae LXXVIII.

96.	Codex Membran.	XI.

Sanctorum Patrum diverſorum Vitae vel Actuum Liber.

Opus hoc ſub D. Hieronimi Presbyteri nomine vulgatum eſt Lugduni 1502. quamvis Hieronimi Dalmatae, non illius Presbyteri opus ſit. Diverſus Codex noſter ad Editione citata, quae plures exhibet vitas, quam Codex. Adhortationes ſanctorum Patrûm, quae in Codice ad librum primum pertinent, in editione citata initio libri vel partis ſecundae apponuntur.

Codex iſte fuit Celeſtinorum de Metis.

A. 8.	Fol. Codex Membran.	XI. et XII.

Sanctorum Vitae, ſc. B. Simphoriani, B. Bartholomaei et B. Auguſtini: quae ultima nihil praeter Prologum exhibet.

Sequuntur ab alia manu.

No. *S.* *Seculi.*

Sanctorum Vitae, ſc. B. Marcelli, cujus initium usque ad medium deeſt. B. Leodegarii, B. Valentini, B. Apollinaris, B. Jacinthi, B. Gorgonii. (Martyrium ſub Licinio paſſi) B. Lucae Evangeliſtae, B. Theodardi, B. Lamberti, auctore Magiſtro Nicolao, cui deeſt finis. Additae ſunt lectiones ex Evangeliis; Homiliae B. Gregorii Papae, Sermo B. Ambroſii.

In fine Codicis addita ſunt folia 6. quae continent:

Venditiones et donationes varias factas domui Alveriae et ipſius Fratribus; in prima pagina haec leguntur:

Memoriale. A. Domini MCCXCIX. in Feſto B. Petri et Pauli Apoſt. Johannis filius de Brevas promiſit mihi Priori domûs Alveriae nomine domûs noſtrae ex parte ſua et fratrum ſuorum LX. ſolidos monetae Vienn. quolibet Annô in Feſto B. etc.

188. Fol.

NOTA: Domus Arveria S. Alveria eſt Monaſterium Arvieres in Valromey ord. Carthus: V. Guichenon Breſſe.

No.	*S.*	*Seculi.*

188. Fol. Codex Membran. *XII.*

Sanctorum Vitae, Silveſtri, Georgii, Eleutheri et aliorum, additâ praefatione Sulpitii Severi de vita S. Martini.

211. Fol. Codex Membran. *XII.*

Sanctorum Georgii, S. Marci Evangeliſtae, S. Vitalis et aliorum Paſſiones, ultima S. Eligii.

Vitae ſunt vel Paſſiones XLIV.

233. Fol. Codex Membran. *XII.*

Sanctorum Vitae,

Nempe.

De S. Maria Magdalena, qualiter vixerit in Heremo, hanc vide Maria Magdalena.

De Vita et Miraculis B. Gregorii Pontificis, auctore Joh. Diacono.

Paſſio S. Pantaleonis Martyris.

Vita B. Marthae, hospitae Chriſti.

Vita S. Aegidii, Confeſſoris Chriſti.

Vita Benigni, Martyris.

No. *S.* *Secoli.*

Paſſio B. Katarinae, Martyris.

Paſſio B. Urſulae, Britannicae Reginae, et decem ſodalium ſuarum cum XI. millibus Virginum.

Vita S. Johannis Alexandrini cognomine Heleymonis, ab Anaſtaſio ex graeco Leontii verſa.

Vita S. Thomae Cantuarenſis Archi-Epiſcopi.

Codex olim Bongarſii.

137. Fol. Codex Membran. *XII.*

Sanctorum Vitae, Antonii, Hilarionis, Malchi (auctore Hieronimo). Pelagiae, Teclae, B. Virginis nativitas (auctore Hieronimo) Vita et Miracula B. Virginis, S. Bernardi, Paſſiones S. Adriani, Juliani, Vitae S. Amelii et Amici, Paſſiones S. Chriſtinae, Sabinae, Eugeniae, Katarinae, Vita S. Martialis, Paſſiones S. Cypriani, S. Cyrici, Julie.

(Haec ultima mutila eſt.)

140. Codex Membran. *XIII.*

Sanctorum Vitae, Codex foliorum 383.

In fine legitur.

Iſte

No. S. Seculi.

Iſte liber eſt fratrum Celeſtinorum de Metis, quem fundator Monaſterii ſui dedit eis conditione, quod non valeant alienare eum a dicto Monaſterio.

Ultimâ paginâ adduntur quaedam ad hiſtoriam Ordinis illius, ex. gr.

„ Annó MCCXXVI. fuerunt data ſta-
„ tuta, quae debeant teneri et obſer-
„ vari a fratribus et ſororibus Hoſpita-
„ lis S. Nycholai Epiſcopi. etc.

In eadem pagina exſtant verſus latini, quos ex Codice 205. edidi in Extraits de Poeſies.

328 4to Codex Membran. XIV.

Sanctorum Paſſionale, ſ. Liber Paſſionalis,

Incipit his verbis:

„ Univerſum tempus praeſentis vitae in
„ 4. partes diſtinguitur etc.

Caput 1. de Adventu Domini.

333. 4to Codex Membran. XIII.

Sanctorum Miracula, vel uti ſert titulus.

Liber Miraculorum, in 12. partes diviſum eſt totum opus, cujus tantum

No. *S.* *Seculi.*

a VII. ad X. partem adſunt. VII. de S. Maria, VIII. de visceribus Martyrum. IX. de corpore et ſanguine Chriſti. X. de Miraculis,

Opus habet formam dialogi.

Nomina propria et gentilia multa citantur in hoc opere, ex. gr.

Ludovicus Comes Loſenſis, Bernardus de Lippa.

Aetas Codicis deſignatur, in ipſo enim legitur „ Anno praeſenti, qui eſt MCCXXII.„ Paginae primae adſcriptum eſt.

„ Conventus in Romerstorp Ordinis Ciſtercienſis. „

337. Codex Membran. *XIII.*

Sanctorum Vitae.

Prima earum eſt S. Dominici. Sic incipit opus:

„ Beatus Dominicus primus Pater Ordinis „ Predicatorum ex Hyſpania et Villa que „ dicitur Cataloga Oxonienſis diocesis ori„ undus fuit.

Mirum, quantam in fabulis condendis audaciam excitaverit ſuperſtioſa Sanctorum veneratio; Auctor enim hujus vitae tanta miracula Dominico tribuere auſus eſt, quanta nec ipſi Apoſtoli perpetrarunt. Narrat enim haec.

Sanctus Dominicus cum eſſet Romae adolescens adoleſcentem conſanguineum Domini Stephani Cardinalis equo lapſum, mortuum ſuscitavit.

Sequuntur vitae Syxti Pontificis et Martyris, Donati, Cyriaci, Laurentii. Exſtat etiam

No.	S.	Seculi.
	etiam hic Apocryphum in Aſſumptione B. Mariae.	
	Inter Miracula, quae nomine et in honorem B. Mariae perpetrata narrantur, hoc invenitur.	

„In urbe Conſtantinopoli eſt quaedam Baſilica quae vocatur Lucerna, in qua eſt imago beate Virginis cum filio ſuo que per totam ſeptimanam ſic velatur pallio ſerico; quod die veneris ad veſperam virtute Dei mirabiliter ſublevatur et poſt veſperas Sabbati ante ipſum miraculoſe deponitur ut omnibus liqueret quod illa die Sabbati qua beata Virgo fugientibus Apoſtolis ſola in fide ſtetit inmobilis ad exaudiendum preces fidelium facilius inclinatur. Unde etiam in Ezechiele capitulo quadrageſimo ſexto dicitur; quod porta atrii interioris que reſpicit ad orientem erit clauſa ſex diebus in quibus opus fit; die autem Sabbati aperietur.

Inter has exſtat vita S. Eliſabethae Hungariae Regis filiae defunctae A. 1231.

No.	S.	Seculi.

1231. (a). In prima pagina hujus Codicis adſcripſit Bongarſius.

„Abbreviatio in geſtis et miraculis „Sanctorum, auctor Joannes de „Mailliaco, Ao. 1243.

Ordinis Predicatorum Monachus fuit Joannes de Mailliaco, auctor Chronici ad ſua uſque tempora.

Additi ſunt in fine verſus de Calendario, et de aureo numero.

598. 4to Codex Membran. *XIII.*

Sanctorum legenda ſ. Vitae,

conſtat Codex foliis 210. quorum priora 8. deſunt.

635. 4to Codex Membran. *XV.*

Sanctorum legenda ſ. Paſſionale,

titulus operis.

„Inci-

NOTA: Theodoricus Thuringus auctor vitae ejusdem Eliſabethae, quem edidit Caniſius, eam Ao. 1231. obiiſſe ait.

No. *S.* *Secul.*

„ Incipiunt flores Sanctorum „

idem opus cum 328. habet hic Codex folia 330.

636. 4to Codex Membran. *XV.*

Sanctorum legenda, inter haec reperitur vita Eliſabethae filiae Andreae Regis Hungariae, quae obiit teſte opere Ao. MCCXXXIII. in fine additum. „ Conventus Gammundienſis or- „ din. Praedicat: 1484.

De Sancti Baſilii Vita, vide Amphilochium.

Sancti Malachiae Vita, vide S. Bernardum.

Sanctae Mariae Vita, vide Maria.

Sanctae Mariae Magdalenae Vita, vide Maria Magdal.

Sanctae Mariae Aegyptiacae Vita, vide Mariae.

No.	*S.*	*Seculi.*

318. 4to Codex Membran. *VIII.*

Sancti Symeonis Vita; in fine hujus vitae quidam Antoninus,, (vitae ſcriptor) de ſe loquitur.

„Ego humilis et peccator Antoninus, quem eundem eſſe conſtat cum Antonio Monacho, vitae S. Symeonis auctore quae edita eſt inter vitas Patrum. Noſter ſic incipit.

„Incipit vita S. Symeonis Syri Servi
„Domini Eccelſi qui in columna ſtabat. S.
„Symeon ex utero matris ſuae electus eſt
„in Domino etc.

Primae lineae litteris initialibus exaratae.

177. 4to Codex Membran. *IX.*

Sancti Galli Vita, auctore Walafrido,

ſcriptura romana rotunda minori.

199. Fol. Codex Membran. *X.*

Sancti Pauli, primi Eremitae Vita.

292. Fol. Codex Membran. *XI.*

Sancti Theobaldi Vita.

74. Fol. Codex Membran. *XI.*

Sancti Martini Vita, auctore Sulpitio Severo.

Ejusdem S. Martini Vitae libri 4. auctore Gregorio Turonenſi.

No.	*S.*	*Seculi.*

682. 8vo Codex Membran. *XVI.*

Sancti Martini Vita, auctore Sulpitio Severo.

710. 8vo Codex Membran. *XIII.*

Sancti Laurentii Vita, Carmine Hexametro.

Extat inter Acta SS. Bollandi.

Sancti Alexii Vita, Carmine Hexametro.

Non extat inter Acta SS.

Sanctae Agnetis Virginis Paſſio, Carmine Elegiaco.

De quo Vide Acta SS. XXI. Januarii, editum inter Opera Philippi ab Eleemoſyna.

Sancti Vincentii Paſſio, Carmine Elegiaco,

non extat inter Acta SS. Codex olim S. Mariae de Prato.

260. Fol. Codex Membran. *XIV.*

Sancti Heraſmi Paſſio et Miracula de B. Virgine,

Anonymi, habet folia 5. inter multa alia ejusdem Codicis.

537. 4to Codex Chartac. *XV.*

Sanctae Margarethae Paſſio, verſibus germanicis.

No.	*S.*	*Seculi.*

267. Fol. Codex Membran. *IX.*

Sedulii Presbyteri Carminum in Novum Teſtamentum, libri 4.

Deeſt initium et maxima pars libri I. non eadem eſt in toto Codice ſcriptura. Fuit ille olim S. Benedicti Floriacenſis Coenobii.

Socratis et Sozomeni hiſtoria Eccleſiaſtica, vide Theodoreti.

271. Fol. Codex Membran. *XIII.*

Speculum Eccleſiae, continet folia 35.

Idem opus cum Templo Dei Roberti Groſſi Capitis, inter multa alia ejusdem Codicis, et exſtat à folio LVI. ad XC. usque.

260. Fol. Codex Membran. *XIV.*

Speculum Sacerdotum et Eccleſiae, Anonymi,

habet folia 3. inter alia multa hujus Codicis.

Sulpitii Severi, vide S. Martinum.

A. 61. 4to Codex Chartac. *XVI.*

Simon Sulzeri der heil. Schrifft Doctoren und Superintendenten der Kürchen zu Baſel Confeſſion aus Befehl eins Ehrſamen Rhadts geſtellt 1578.

537. 4to

No.	S.	Seculi.
537. 4to Codex Chartac.		XV.

Sybillae Oraculum; opus ſine titulo, Anonymi, continens oracula et hiſtoriam Sybillae, germanico Carmine.

Illud ita incipit.

„Sybilla ein Junffrovve alſo genannt
„Eyn Wiſſagery vvol bekannt
„Sie kunde vvol geſingen
„Von zukünfftigen Dingen.
„Was beſcheen ſolt vor dem jüngſten Tag.

Fictio tota ridicula eſt. Inter alia multa ſingit Auctor haec:

„Cum jam conſenuiſſet Adam et aegrotaret, ex filiis ſuis unum miſiſſe ut adiret Paradiſum et inde Patri afferret pomum ex arbore vitae, medelam morbi certiſſimam. Hunc quum perveniſſet ad portam Paradiſi, inveniſſe Angelum, a quo impetraverit ramum ex Arbore. Mortuo autem Adam ante filii reditum, hunc ramum in terram defixiſſe, qui creverit poſtea in arborem, et permanſerit uſque ad tempora Regis Salomonis; quam fabri ab eo ad conquirenda ligna emiſſi amputare nunquam potuerunt. Sybilla autem adveniens Regi miraculum explicat, et ex ramo arboris vitae eſſe narrat, quae ipſa poſt multa ſecula in crucem effecta ſupplicio Salvatoris JEſu Chriſti inſervitura ſit etc.

No.	S.	Seculi.
106. Fol. Codex Chartac.		XVI.

Synodorum Epitome à Synodo Apoſtolorum uſque ad Octavam habitam tempore Photii et Johannis Ravennatis.

(Circa Annum 860.)
Graeca eſt haec Epitome; Titulus talis.

„ Συνοδικῶν περιέχον ἐν ἐπιτομῇ ἁ πασας
„ ἀπὸ τῶν ἁγιῶν ἀποστολων γεγονυιας
„ ὀρθοδόξους καὶ αἱρετικὰς συνόδους μέχρι
„ τῆς ὀγδοῆς τῆς ἐπὶ τοῦ Φωτίου καὶ τῆ
„ τοῦ παπα ἰωάννου ἑνῶσει.

In margine Bongarſius (cujus hic Codex fuit) adſcripſerat.

„ Codex Synodicus extat in Bibliotheca Au-
„ guſtana, habet et hunc P. Neveletus, De-
„ ſchius, ni fallor, auctiorem.

Synodes de France, ad hiſtoricam Claſſem.

No.	T.	Seculi.

426. 4to Codex Chartac. XVI.

Targum in XII. Prophetas minores, latine à Bened. Àretio.

273. Fol. Codex Membran. XV.

Taxae Romanae Eccleſiae, ordine Alphabetico, nomina Eccleſiarum, Coenobiorum et Dioeceſium exhibente, addita in fine.

Enumeratio omnium Archi-Epiſcopatuum et Suffraganeorum.

In fine adſcriptum eſt: pro Bernardo de Binis et ſociis Joh. Guerini; adſcripſit Bongarſius „ Bongarſii ab Aurelio qui ex Bibliotheca Vulcobiana „ de aetate Codicis conſtat ex multis locis ipſius, ubi Anni 1456. 57. citantur.

116. Fol. Codex Chartac. XV.

Theodoreti, Sozomeni et Socratis hiſtoriae Eccleſiaſticae per Caſſiodorum in Epitomen redactae libri XII;

deeſt pagina ultima.

No. T. Secvli.

403. 4to Codex Membran. XIV.

Theoduli Egloga ſ. Carmen cum gloſſis Marginalibus.

Editum eſt ſaepius hoc Opuſculum, vide Fabritii Bibl. medii aevi. Carmen eſt Amoebeum, ſ. Ecloga Amoebea Virgilianae illius: Paſtorum muſam Damonis et Alpheſiboei etc. ſimilis: Interlocutores *Pſeuſtis*, qui Religionem gentilium et mythologiam narrat. *Alithia* hiſtoriam Veteris Teſtamenti alternis Teſtraſtichis exponit. Phroneſis Judicis inter eos vices implet. Videtur auctor hujus Eclogae Parallelas Hiſtoriae ſacrae, et mythologiae hiſtorias ſibi invicem oppoſuiſſe. Veluti Saturnus et Adam, Cecrops et Cain, Deucalion et Noe, Titanes et homines turrim Babel extruentes, Dedalus et Icarus, Abram et Iſaac, Phyllis et Demophoon, Loth et filiae ejus, Hippolitus et Joſeph, Jupiter in Taurum mutatus, Vitulus aureus. Gloſſae in noſtro Codice extantes mythologiam optimè illuſtrant; Allegoriae illae, quas exhibent gloſſae editae Lugd. 1498. inter Opuſcula Catonis, Theoduli etc. additae ſunt a recentiori, qui Petrarcham citat.

Exemplum noſtri Poetae addam: primum eſt Tetraſtichum Amoeboeum de Saturno, cui illud de Adamo opponitur.

„ Primus Creteis Saturnus venit ab Oris
„ Aurea per cunctas diſponens ſecula terras
„ Nullus ei genitor nec quiſquam tempore major
„ Ipſo gaudet avo ſuperum generoſa propago.

Gloſ-

Gloſſam noſtri Codicis ad hoc tetraſtichum, quia diverſa eſt ab editis, et quaedam continere videtur haud ita obvia, deſcripſimus; haec vero continet

„ Pſeuſtis primo dicturus in principio ponit
„ fabulam de Saturno, quae talis eſt: Satur-
„ nus Rex fuit Crete, qui recepit in reſponſis,
„ quod geniturus eſſet filium, qui eum ex-
„ pelleret é regno, precepit ergo uxori ſue
„ Cybele quod quidquid pareret, coram ipſo
„ apponi faceret, haec poſtea Jovem peperit,
„ *qui natus arriſit matri ſue*, que materna com-
„ mota pietate Saturno Albescum ſive Albe-
„ dir genus lapidis pannis involutum pro
„ puero appoſuit, etc. etc. Rei veritas eſt
„ quod Jupiter fuit filius Saturni et expulit
„ eum de Regno qui Saturnus receptus eſt
„ in Latio . . . latium dictum a Deo
„ ibi latente etc. Intellectus hujus fabulae
„ dictus eſt. Nota, quod ſeptem ſunt Plane-
„ te, quorum unus Saturnus altior ceteris
„ omnibus, et propinquior firmamento fa-
„ ciens curſum ſuum per XXX. annos, Ju-
„ piter per XII. annos etc. Saturnus
„ autem Pater Jovis quia ſuperior eſt
„ Jove. Deus dicitur quod omnis gran-
„ do omnis nix et tempeſtas noſtro veniens
„ emiſpherio, omnis ſegnities quae domina-
„ tur corpore humano a Saturno deſcen-
„ dit - - - - - retrogradus falcem in ma-
„ nu tenens. Quidam enim planete ſunt ſta-
„ tionarii et quidam retrogradi - - - - Sa-
„ turnus idem eſt quod tempus, unde di-
„ citur quaſi ſatur annis; unde apud Libi-
„ cos depingitur caudam in ore tenens in
„ modo ſerpentis etc. Jupiter fuit filius Sa-
„ turni, id eſt, tempus gratiae fuit poſt
„ tempus legum et expulit patrem é regno.
„ Exſuperat tempus gratiae tempus legis.

„ Saturnus devoravit Albedum; per hoc
„ nota quod nulla adeo dura ſunt nec lapi-
„ des nec alia que non a tempore conſu-
„ muntur etc.

„ Teſticuli Saturni ſunt legumina terrae
„ ſive frumentum ordinarium, piſa et ce-
„ tera, qui dejecti ſunt in mare i. in ven-
„ trem humanum, qui eſt tanquam mare.
„ Nata eſt Venus dea formoſa, id eſt ven-
„ ter hominis terre leguminibus crapulatus
„ ſurgit in luxuriem, unde B. Hieronimus
„ Venter mari eſtuans de facili ſpumat in li-
„ bidinem. Accedamus ad litteram. *Primus*,
„ id eſt primo tempore ab oris Crete, et ab
„ Oriente ubi ſol creatus fuit et Luna appa-
„ ruit, a quibus duobus corporibus temporis
„ procedit cognitio. *Aurea*, quia tunc tem-
„ poris maxima fuit fertilitas cibi et potûs
„ hominibus exiſtentibus adhuc paucis.

Ille lapis quem Rhea vel Ops Saturno de-
vorandum appoſuit pro filio Jove, et Albe-
dum vocatur a gloſſatore, idem eſt quem
Priſcianus libro V. *Abdir* nuncupat.

Interpretatio Teſticulorum Saturni convenit
cum illa Fulgentii Planciadis libro I.

„ Unde etiam et caſtratus dicitur, quod om-
„ nes fructuum vires abſciſae, atque in humo-
„ ribus viſcerum velut in mare projectae, ſi-
„ cut illic Venerem, ita et libidinem gignant
„ neceſſe eſt.

Tetraſtichum Alithiae hoc eſt.

„ Incola primus homo fuit in viridi paradiſo.

„ Conjuge viperinum donec ſuadente venenum,

„ Hauſit, eo cunctis miſcendo pocula mortis

„ Sentit adhuc proles quod commiſére parentes.

O

Gloſ-

No. T. Seculi.

Gloſſatorem noſtrum diverſum eſſe a Bernardo Silveſtri Epiſcopo Carnotenſi, inde patet quia ipſe Bernardus citatur.

Miror Caveum, qui aliorum circa Theodulum errores arguit, ipſum ridicule erraſſe, ubi de iſto Theoduli carmine haec tradit.

„ Theodulus ille, incertae aetatis ſcriptor, „ cujus meminit Sigebertus Gemblacenſis, „ cum Athenis ſtuderet, gentiles cum Chri-„ ſtianis diſputantes audivit, eorumque col-„ ligens Orationes, in Opus, quod Eclogam „ vocavit, contulit, *in tres partes diviſum*, „ primam *Pſeuſtin*, ſecundam *Aletheam*, ter-„ tiam *Phroneſin* dictam „ quum tamen inſpecto ſaltem Sigeberto Gemblacenſi, ne ipſum Theodulum evolveret, diſcere potuiſſet, *Pſeuſtin*, *Aleteiam* interlocutores dialogi vel Eclogae eſſe, illum nempe Fabularum propugnatorem, hanc pro veritate militantem; *Phroneſin* vero, ſive rationem, arbitri partes tueri.

In hoc Carmine, quamvis edito, tamen minus obvio, propter gloſſas etiam, quae non integre prodiére, diutius quàm aliàs, circa opera jam edita ſolemus, commorari haud inutile nec ingratum fore viſum eſt.

439. 4to Codex Membran. XVI.

Theoduli Ecloge, cum gloſſis,

hae gloſſae differunt a prioribus, adduntur allegoriae, quae tamen rariſſime occurrunt. Exemplum hoc iu Hercule Hydram debellante.

„ Alcides, id eſt virtus volens conſumere „ ydram, id eſt primos motus carnis, uno „ frenato mille ſurgunt.

No.	*T.*	*Seculi.*

485. 4to Codex Membran. *XIII.*

De Theologiae ſumma Tractatus, libris 4. Anonymi.

Exemplum hujus Operis ex libro I. ubi haec exſtant.

„ Poſtremò ſciendum, quod ſicut filius naſ-
„ cendo habet, ut omnino ſit, ita et Spi-
„ ritus Sanctus procedendo. Auguſtinus, fi-
„ lius non hoc tantum habet naſcendo, ut
„ ſit filius, ſed omnino ut ſit. Sicut au-
„ tem filio praeſtat eſſentiam de Patre ge-
„ neratio, ita Spiritui Sancto de utroque
„ proceſſio.

498. 4to Codex Chartac. *XVII.*

Theologiae Sacro Sanctae delineatio Methodica, Anonymi.

500. 4to Codex Chartac. *XVI.*

Theophraſti Paracelſi opuſcula Germanica de Baptiſmate, de Sacramento Corporis Chriſti, de S. Trinitate, de XIV. Chriſti parabolis apud Mathaeum, in Danielem, in tertiam partem Pſalmorum, de ſeptem punctis Idolatriae Chriſtianae.

524. 4to.

Eadem fere cum priori Codice.

No.	T.	Seculi.
271. Fol. Codex Membran.		XIII.

Salvatoris Infantia, ſ. Thomae Hysmaelitae Tractatus de operibus JEſu.

Hoc opuſculum diverſum eſt à fragmento quod ſub Thomae Iſraelitae nomine edidit gracco lat. B. Cotelerius inter notas ad Conſtitut. Apoſtol. lib. VI. cap. 17. et Fabritius Codice apocrypho N. Teſtam. pag. 159-167; diverſum etiam multis numeris ab Evangelio Infantiae quod ex arabico latine edidit Henr. Syke, et idem Fabritius pag. 168. diverſum eſt itidem à praecedentibus Pſeudo-Evangeliis. Sive illud ſit Evangelium Manichaeorum; quod hi ſub Thomae Apoſtoli nomine evulgarunt de quo Cyrillus Catecheſi IV. pag. 38. et Catech. VI. pag. 61. „Μηδεὶς ἀναγινωσκέτο τὸ κατὰ Θω-„μᾶν εὐαγγέλιον, ὃ γάρ ἐςιν ἑνὸς τῶν „δώδεκα, ἀλλ' ἑνὸς τῶν κακῶν τρι-„ῶν τῦ Μάνη μαθητῶν„. Sive ſit aliud Gnoſticorum Evangelium, memoratum Rich. Simoni, Hiſtoire critique des Commentateurs du N. Teſt; ab illo Manichaeorum Evangelio diverſum; evulgamus iſtud ex noſtro Codice, ut cum variis, quae in Regia Pariſiis Bibliotheca extant, et alibi, comparari poſſit, dum aliquis omnia ejusmodi monumenta piae Chriſtianorum fraudis, colligat, operae certe pretium facturus.

Narrationi Thomae aſſuta eſt alia, quamvis nullo titulo inſignita, de aſſumptione vel tranſitu B. Mariae, quam ideo ſubjunximus, ut docti quibus contingit videre narrationes ejusdem argumenti, eas conferre cum noſtra poſſint. De aſſumptione B. Mariae, ſ. tranſitu, narrationem ſub nomine Jacobi Apoſtoli citat Lambecius Bibl. Vindob. Commen-

No. I. Seculi.

tar. Lib. IV. pag. 131. Noſtra vero auctorem praefert Joſephum ab Arimathea.

„Narratio Thome et Apoſtoli Hysmaelitae et Apoſtolorum Domini de „operibus JEſu poſtquam regreſſus „eſt JEſus de Aegypto in civitatem „Nazareth. Intelligite ergo omnes fra„tres chariſſimi ſigna que fecit Do„minus JEſus quando fuit in civitate „Nazareth. Cum autem eſſet JEſus „quinque annorum facta eſt pluvia „magna ſuper terram et deambula„bat puer JEſus ſuper eam. Pluvia „enim erat magna et terribilis ſu„per terram quam congregavit JE„ſus in piſcinam et praecepit verbo „ſuo ut fieret clara, et ſtatim facta „eſt clara. Tulit enim deluto piſ„cine JEſus et fecit de eo duo„decim paſſeres; erat autem ſabbata „quando hoc fecit JEſus inter pue„ros judeorum. Et abierunt pueri „ad Joſeph dicentes, filius tuus ludebat „nobiscum tulitque lutum et fecit „inde paſſeres quod non fuit dig„num facere ſabbato. Venit autem „Joſeph ad puerum JEſum et dixit „ei quare hoc feciſti quod non erat li„citum facere in ſabbato. Hic JEſus au„tem apertis manibus praecepit paſſeri„bus dicens, recedite et volate in al„tum et a nemine ledamini, et vo-

„lan-

„ lattes ſtatim ceperunt laudare do-
„ minum Deum omnipotentem vo-
„ cibus ſuis. Videntes autem Judei
„ que facta ſunt admirati ſunt et abie-
„ runt, et nuntiaverunt Joſeph ea que
„ facta ſunt. Quidam autem Phari-
„ ſeus qui erat ibi apprehendit ramum
„ et cepit turbare fontem quem fece-
„ rat JEſus; cum hoc vidiſſet JEſus
„ dixit ad eum: Sodomita impie et
„ neſciens, quid fecerunt tibi fon-
„ tes aquae hice quos tu turbaſti.
„ Ecce ſiccut arbor arida fias, non
„ habens radices nec folia nec fructum;
„ et ſtatim arefactus cecidit mortuus,
„ parentes autem ejus detulerunt eum
„ mortuum et increpabant Joſeph di-
„ centes. Ecce quid fecit filius tuus,
„ doce eum orare et non blaſphema-
„ re. Et poſt paucos dies deambulan-
„ te JEſu per villam cucurrit de in-
„ fantibus unus et percuſſit JEſum
„ in ulnas ſuas. JEſus autem dixit
„ ad eum ſic perficias iter tuum et
„ non revertaris, et mox ille ce-
„ cidit et mortuus eſt. Illi autem
„ cum vidiſſent mirabilia haec clama-
„ verunt ad Joſeph dicentes unus eſt
„ iſte puer qui talia agit, recede de
„ loco iſto vel doceas eum orare et
blaſphe-

„ blaſphemare, filij enim noſtri incen-
„ ſati ſunt. Vocavit Joſeph JEſum et
„ dixit ei: Ut quid habitatores iſti
„ de loco iſto volunt nos expellere no-
„ bis blasphemias inferentes. JEſus
„ reſpondit: Ego ſcio quod iſti ſer-
„ mones non ſunt mei ſed tui ſunt,
„ ego autem tacebo propter te. Ipſi
„ enim videbunt inſipientiam ſuam.
„ Illi autem qui loquebantur adverſus
„ JEſum ſtatim ceci facti ſunt. Et
„ deambulantes, dicebant omnes ſer-
„ mones eſſe veros procedentes de
„ ore ejus. Et cum vidiſſet ea que
„ fecerat JEſus apprehendit eum per
„ auriculam ejus. JEſus autem tur-
„ batus ſpiritu dixit ad Joſeph: ſufficit
„ tibi videre me et non tangere me.
„ Tu autem neſcis quid ego ſum.
„ Quia ſi ſcires me non contriſtares
„ et quamvis modo tecum ſim, ante
„ te factus ſum. Igitur quidam homo
„ nomine Zacheus aſcultabat omnia
„ que dicebat JEſus ad Joſeph admi-
„ ratus in ſemetipſum dicebat talem
„ puerum ita loquentem nunquam
„ vidi et appropinquans ad Jóſeph
„ dixit ſapientem puerum habes. Tra-
„ de eum ad diſcendas litteras, cum
„ autem doctus fuerit in ſtudio litte-

„ rarum

„ rarum ego poſtea docebo eum ho-
„ norifice ut ſit ſapiens in honeſtate
„ hujus ſeculi. Jôſeph autem dixit
„ ad eum, Nemo poteſt eum docere
„ niſi ſolus Deus, licet enim etate et
„ corpore ſit parvus, tamen in ſapien-
„ tia perfectus eſt, JEſus autem
„ cum vidiſſet talia dicentem Joſeph
„ dixit ad Zacheum vere ſcias magi-
„ ſter quod omnia que de ore meo
„ procedunt vera ſunt, et ante om-
„ nes ego ſum, vos autem de meis
„ ſubditis eſtis quoniam mihi data eſt
„ gloria vera, vobis datum non eſt
„ futura ſcire, ego autem ſcio quot
„ anni erunt vite veſtre et quando
„ nati fuiſtis. Judei autem qui adſta-
„ bant et audiebant ſermones quos lo-
„ quebatur JEſus, dicebant, nunquam
„ talia mirabilia vidimus nec ab ali-
„ quo homine audivimus, neque a
„ pontificibus neque a magiſtris ne-
„ que a phariſeis nec unquam auditu-
„ ri ſumus; reſpondit JEſus et dixit eis
„ vos miramini quod dixi vobis me
„ dixiſſe ſcire quando nati fuiſtis et
„ quando finem habebitis. Plus dico
„ vobis quod antequam mundus fie-
„ ret ego ſum, et qui me miſit ad
„ vos, ille dedit mihi poteſtatem ta-

„ lia

„lia dicendi et talia operandi. Cum
„ autem audiſſent judei ſermonem
„ quem dixerat JEſus, mirati ſunt uni-
„ verſi et non potuerunt reſpondere,
„ Dixit autem magiſter ille ad Joſeph
„ affer mihi eum, ego autem doce-
„ bo eum litteras. Joſeph autem ap-
„ prehendit puerum JEſum et addu-
„ xit eum domum ſupradicti magiſtri
„ ubi pueri docebantur. Magiſter ve-
„ ro dulci ſermone cepit eum doce-
„ re litteras, et ſcripſit ei primum
„ verſiculum qui eſt ab Alpha, uſque
„ ad Tau, et cepit palpare eum et
„ docere. Ille autem tacebat, do-
„ ctor autem ille iratus, percuſſit
„ infantem in capite, puer vero dixit
„ ad eum, me autem oportet te do-
„ cere, tu autem me docere non po-
„ tes, ego ſcio litteras quas tu me vis
„ docere, tu autem eas neſcis; vos
„ eſtis tamquam vaſa de quibus non
„ exeunt niſi voces et non ſapien-
„ tia. Et incipiens verſiculum per
„ litteras, legit ab Alpha uſque ad
„ Tau pleniter cum magna feſtina-
„ tione, et reſpexit ad magiſtrum et
„ dixit ei: Tu autem neſcis interpre-
„ tari quid eſt Alpha et Betha, qui
„ vis docere alios; doctor vero de

„prima

„prima littera non potuit ei dare „reſponſum. Hic autem dixit ad „Zachaeum, audi me doctor, intelli- „ge primam litteram, quoniam ha- „bet duos verſiculos in medio, gra- „diendo permanendo, dogmando, „diſpergendo, variando, commu- „tando, triplex diſploide commiſ- „cendo, ſimiliter ingenio penitus „omnia communia habet Alpha. „Cum audiſſet Zachaeus, quod ta- „liter divideret primam litteram, ſtu- „pefactus eſt et dixit: heu me miſe- „rum, qui ab iſto puero turpiter „devictus ſum. Et dixit ad Joſephum „precor te frater, tolle iſtum „puerum a me, quod non poſſum „videre eum, nec graves ejus quae- „ſtiones ſuſtinere. Iſte enim ante „ſecla natus eſt. Quae vulva eum „peperit aut qualis vir eum nutri- „vit ignoro. Ego autem dicebam, „illum me habere diſcipulum. Ipſe „autem inventus eſt magiſter meus, „vellem habere infirmitatem et de „illo ſeculo transmigrare vel de illa „civitate egredi. Quid ergo ad alios „reſpondere aut quales ſermones re- „citare poſſum, eo quod me vicit „in prima litera puer unus. O ami-

„ci

„ ci mei nec primordium nec finem „ poſſum invenire, quid illi reſpon- „ deam. Ideo precor te frater Jo- „ ſeph ut tollas eum a me et ducas „ in domum tuam, quia iſte magnus „ Deus eſt aut angelus Dei. JEſus „ autem converſus eſt ad Judeos qui „ cum Zacheo erant et dixit illis „ vos omnes videtis, quod ad precep- „ tum meum ceci vident, Non in- „ telligentes intelligunt, Claudi greſ- „ ſum recipiunt, Surdi audiunt, „ Mortui reſurgunt, et vos quare „ non creditis mihi. Cum autem „ ſiluiſſet JEſus ſalvi facti ſunt omnes „ infirmi qui propter ſermones ejus „ aut et propter increpationem ejus „ infirmi fuerant. Illa autem die „ aſcendit JEſus in domo cujusdam vi- „ ri ludere cum infantibus; unus autem „ ex ipſis irruit per poſtem qui mox „ mortuus eſt, hoc cum vidiſſent pu- „ eri fugerant omnes. JEſus autem „ remanſit, et cum veniſſent paren- „ tes pueri qui defunctus fuerat di- „ xerunt JEſu vide tu eum occidiſti. „ JEſus autem deſcendit ſuper cor- „ pus defuncti et clamans voce ma- „ gna dixit. Sinoe, ſinoe ſurge et „ dic ſi ego te cadere feci; ſubito

„ ſur-

„ſurrexit a mortuis et dixit non do-
„mine, cum vidiſſent autem paren-
„tes ejus tam magnum miraculum
„glorificaverunt Deum et adoraverunt
„JEſum. Poſt per paucos vero dies
„quidam pueri ipſo vico ſcindebant
„ligna et vulneravit ſeipſum. Venit
„autem multa turba cum JEſu ad
„illum. JEſus autem coram illis te-
„tigit pedem illius qui leſus fuerat et
„ſtatim ſanus factus eſt, dixit autem
„ei JEſus ſurge et ſcinde ligna et
„memor ſis mei, turba autem videns
„quod factum fuerat adoravit JEſum
„dicendo. Vere certiſſime credimus
„quod Deus es. Cum autem eſſet
„JEſus annorum ſex miſit eum mater
„ejus ad hauriendum aquam. Cum-
„que veniſſet JEſus ad fontem vel
„ad puteum, invenit ibi pluri-
„mam turbam, et fregerunt ydriam
„ejus. Ipſe vero implevit pallium
„ejus aqua et attulit Marie matri ſue.
„Cumque mater ejus vidiſſet tale mi-
„raculum oſculata eſt eum et dixit
„domine exaudi me et ſalvá filium
„meum. Cum autem eſſet tempus
„ſeminandi egreſſus eſt Joſeph ad
„ſeminandum triticum et ſecutus eſt
„JEſus eum. Et dum ſeminaret Jo-

„ ſeph extendit JEſus manum ſuam et
„ tulit de tritico quantum cum pugno
„ illo tenere potuit et ſeminavit. Ve-
„ nit ergo Joſeph tempore metendi
„ ut meteret meſſem ſuam ; ivit cum
„ illo JEſus et collegit ſpicas quas
„ diſperſerat et fecerunt centum mo-
„ dios optimi frumenti et vocavit
„ pauperes orphanos et viduas et ero-
„ gavit eis triticum. Joſeph vero
„ tulit de tritico ipſo pro probatione
„ in domum ſuam. Et factus JEſus
„ annorum octo et quadam die venit
„ quidam dives ad Joſeph dicens do-
„ mine fac mihi grabatum unum uti-
„ le et ſpatioſum. Erat autem Jo-
„ ſeph triſtis quia lignum quod habe-
„ bat breve erat ad opus hoc, dicit
„ autem ad eum JEſus. Noli con-
„ triſtari, apprehende hoc lignum ab
„ uno capite et ego tenebo aliud
„ caput et traxerunt et ſtatim lignum
„ factum eſt utile ad opus hoc. Jo-
„ ſeph cum vidiſſet quod factum fue-
„ rat amplexatus eſt eum et dixit
„ beatus ſum quod talem filium de-
„ dit mihi Deus, et cum vidiſſet Jo-
„ ſeph quod talem gratiam haberet
„ JEſus, et ſtatura creſceret cogitavit
„ eum tradere ad diſcendas litteras,

„ et

„ et tradidit alii doctori eum, dixit „ autem doctor ille ad Joſeph. Quales litteras deſideras iſtum doceri. „ Joſeph dixit. Doce eum primum „ litteras gentiles et poſtea hebreas, „ ſciebat autem illum eſſe optime in„ telligentie et libenter ſuſcipiebat „ eum, et cum ſcripſiſſet ei primam „ litteram que eſt A, et poſtea, „ B, docebat eum per aliquantu„ las horas, dixit autem JEſus ad ma„ giſtrum. Si vere magiſter es et „ vere ſcis litteras, dic vim hujus lit„ tere, A, et ego dicam tibi quid „ ſit, B,. Tunc furore repletus ma„ giſter percuſſit eum in capite. JE„ ſus autem maledixit eum, et ille ce„ cidit et mortuus eſt, JEſus autem „ reverſus eſt in domum ſuam, Jo„ ſeph vero praecepit Marie matri „ ſue ut dimittet egredi JEſum de „ atrio domus ſue. Poſtea alius ma„ giſter amicus Joſeph dixit ad eum, „ trade eum mihi et ego cum multa „ ſuavitate docebo eum, et dixit ad „ eum Joſeph bene mihi placet, cum „ accepiſſet eum doctor cnm timore et „ cum conſtantia, et cum gaudio „ duxit eum ad domum ſuam. JE„ ſus invenit librum in eo loco et

„apprehendit eum, et aperuit, et
„ aperiens os ſuum non legebat que
„ ſcripta erant in libro ſed docebat
„ legem omnes vero qui ibi ſtabant
„ magiſtri et populus libenter eum
„ audiebant et rogabant ut ſem-
„ per doceret tunc convenit om-
„ nis turba ad audiendam ſcientiam
„ ſanctam doctrinam et delectos
„ ſermones qui exibant de ore ejus
„ licet infans eſſet. Cum audiſſet
„ hoc Ioſeph timuit, et currens
„ ad domum magiſtri, magiſter au-
„ tem dixit ad eum, ſcias frater, quod
„ recepi infantem ad docendum
„ vel ad diſciplinandum, ipſe au-
„ tem multa gratia et ſapientia re-
„ pletus eſt, ecce nunc tolle eum
„ cum gaudio in domum tuam;
„ quia gratias quas habet a Deo
„ domino date ſunt ei. Cum au-
„ diſſet JEſus talia dicentem, hy-
„ laris factus eſt et dicebat, ecce
„ nunc magiſter benedixiſti, per
„ te enim reſurget magiſter qui
„ mortuus fuit. Miſit autem Ja-
„ cob Joſeph ad colligendam ſti-
„ pulam et ſecutus eſt eum JEſus,
„ cum autem Jacob colligeret ſti-
„ pulam momordit eum quedam vi-
„ pera et cecidit quaſi mortuus pro-
„ pter

„pter venenum. Cumque talia vi-
„diſſet JEſus ſufflavit in plagam ſu-
„am et ſubito Jacob ſanus factus eſt
„et vipera mortua. Poſt paucos
„dies in domo quadam infans qui-
„dam mortuus eſt et plorabat eum
„mater ejus, audiens hoc JEſus a-
„biit et ſtetit ſuper puerum et
„pulſavit eum in pectore dicens.
„Tibi dico infans noli mori ſed
„vivere, et ſtatim ſurrexit infans
„dixit autem JEſus ad matrem pueri.
„Tolle filium tuum et da ei ubera et
„recordare que facta ſunt. Viden-
„tes autem turbe hoc miracu-
„lum dixerunt, in veritate in-
„fans iſte celeſtis eſt. Jam enim plu-
„res animas liberavit a morte et ſal-
„vos facit ſperantes in ſe. Scribe et
„Phariſei dixerunt ad beatam Mariam
„tu es mater iſtius infantis. Illa vero
„dixit vere ego ſum et dixerunt ad
„eam, beata es inter mulieres quo-
„niam Deus benedixit fructum ven-
„tris tui, qui talem acglorioſum
„infantem et tale donum dedit tibi
„qualem nunquam vidimus atque
„audivimus, ſurrexit JEſus et ſecu-
„tus eſt matrem ſuam, Maria autem
„ſervabat omnia in corde ſuo ſigna

„ ſua magna in populo que fecit JE-
„ ſus ſanando infirmos multos. JE-
„ ſus autem crescebat ſtatura et ſapi-
„ entia et omnes qui videbant eum
„ glorificabant Deum patrem omni-
„ potentem qui eſt benedictus in ſe-
„ cula ſeculorum Amen.

„Poſt haec omnia ego Thomas Iſmaelita
„ ſcripſi que vidi et audivi a gentibus et
„ fratribus noſtris et multa alia que fe-
„ cit JEſus qui natus in terra Jude. Ec-
„ ce omnia iſta et multa alia vidit do-
„ mus Iſrael a principio uſque ad fi-
„ nem quanta nemo mortalium poſſet
„ enarrare. Ipſe enim eſt qui debet
„ judicare mundum ſecundum vo-
„ luntatem immortalitatis ſue. Scrip-
„ tura enim ſacra de ipſo teſtimonium
„ perhibet. Prophete enim prophe-
„ taverunt ipſum eſſe venturum et
„ teſtificati ſunt opera ejus et om-
„ nibus populis Iſrael manifeſtaverunt.
„ Ipſe enim eſt filius Dei vivi et Do-
„ mini in univerſo orbe. Ipſum de-
„ cet omnis gloria laus et honor in
„ ſempiterna ſecula amen.

Hoc fragmentum aſſutum eſt.

„ Tempore illo antequam Dominus
„ ad paſſionem veniret et inter mul-
„ ta illa que beata Maria mater
„ Domini a filio ſuo inquireret fuit

„ maxi-

„maxima cura ejus inquirere a filio „ſuo quando ipſa moreretur, rogavit „enim eum dicens. Cariſſime fili „precor ſanctitatem tuam ut quando „anima mea de corpore meo exire „debet ante tres dies mihi manife- „ſtes obitum meum, et tu fili dilecte „cum tuis angelis et archangelis ani- „mam meam ſuſcipere digneris, di- „xit ad eam JEſus. O aula et tem- „plum Dei vivi. O purpura bene- „dicta. O Regina omnium ſacro- „rum exaltata ſuper omnes feminas „antequam me portares in utero ego „ſemper cuſtodivi te & cibari feci te „cottidie cibo angelorum per ange- „lum meum ſicut noſti. Noveris „enim quod ego nunquam te deſe- „ram, quoniam tu me portaſti, la- „ctaſti, nutriviſti, foviſti; tam mul- „tas anguſtias per me ſuſtinuiſti. „Scias inſuper quod ego ſuſtinebo „multas paſſiones pro ſalute totius „populi ſicut ſcriptum eſt. Et ter- „tia die reſurgam, et poſt quadra- „ginta dies in celum aſcendam poſtea „cum videris me cum Angelis et Arch- „angelis, cum ſantis et virginibus „et cum diſcipulis meis venien- „tibus ad te ſcito pro certo quod „anima tua ſeparabitur à corpore tuo

„ et in celis deferetur, et nunquam
„ penitus tribulationem et anguſtiam
„ de cetero ſuſtinebis. Tunc illa
„ glorificata flectens genua oſculatå eſt
„ pedes ejus, et benedixit creatorem
„ celi et terre qui tale donum conceſſit
„ Poſt Paſſionem Domini noſtri JEſu
„ Chriſti beatiſſima virgo Maria in
„ orationibus diebus et noctibus ſem-
„ per permanſit, tertia vero die ante-
„ quam obiret angelus Domini deſcen-
„ dens ſalutavit eam dicens, ave gra-
„ tia plena Dominus tecum, Illa au-
„ tem Deo gratias reſpondit, ange-
„ lus dixit ei, accipe hanc palmam
„ quam Dominus noſter transmiſit ti-
„ bi. Accepit palmam beata virgo
„ Maria gratias Deo agens dixitque
„ illi Angelus Domini, poſt triduum
„ erit aſſumtio tua. Illa autem Deo
„ gratias referens talibus dictis. Tunc
„ vocavit Joſeph ab Arimathya et cau-
„ te et alios diſcipulos diſcipulasque
„ Domini et propinquos et parentes
„ et praedixit tranſitum ſuum omni-
„ bus ibi adſtantibus. Tunc beata
„ Maria corpus ſuum lavit et induit
„ ſe ſicut reginam. Expectabat enim
„ adventum ſui filii, ſicut ille ſibi
„ promiſerat, et rogabat omnes
„ propinquos, ut eam cuſtodirent,

„ ſola-

„ ſolatium ſibi facerent, habebat enim
„ ſecum tres virgines Sephoram, Ubi-
„ geam, et Zaeli. Tunc hora ter-
„ tia facta ſunt tonitrua magna et
„ pluvia et coruſcationes et nubila-
„ tio et terre motus, et recedente
„ pluvia dum ſtaret regina Maria in
„ thalamo ſuo Johannes Apoſtolus
„ intravit in thalamum ſalutavitque
„ reginam dicens, ave gratia plena
„ Dominus tecum illa vero Deo gratias
„ reſpondit et elevans ſe oſculata eum
„ dixitque ei, o fili cariſſime cur me
„ tanto tempore derelinquiſti, cum
„ Dominus in cruce pendens me tibi
„ commendavit, ille autem genu flexo
„ veniam poſtulabat, tunc beata Ma-
„ ria benedixit eum et queſivit unde ve-
„ niret vel per quem caſum illic ad-
„ veniſſet, et dum hoc diceret, om-
„ nes diſcipuli Dei excepto Thoma
„ illi advenerunt et intrantes thala-
„ mum ſalutaverunt reginam et ado-
„ raverunt eam dicentes, Ave gratia
„ plena Dominus tecum. Illa vero
„ ſe inclinans Deo gratias reſpondit,
„ et amplexata eſt omnes diſcipulos
„ qui ibi ſubito adjuncti ſunt. Fue-
„ runt autem iſti Johannes Evange-
„ liſta, Petrus, Andreas, Jacobus
„ frater Johannis et Jacobus Zebedei,

„Philippus, Lucas, Barnabas, Ma-
„thias, Bartholomeus, Matheus Pu-
„blicanus, Symon - Cananeus,
„Judas frater ejus, Nicodemus
„atque Marcianus et multi alii quos
„nominare non poſſum. Tunc
„beata Maria dixit fratribus ſuis,
„quid eſt hoc quod Jeroſolimam veni-
„ſtis. Reſpondens Petrus dixit ei. No-
„bis neceſſarium eſt ut a te hoc inqui-
„ramus. Nemo enim noſtrum ſcit
„quare huc venimus. Hodie fui
„in Antyochia, modo hic delatus
„ſum; ſimiliter omnes dixerunt, ubi
„fuerunt illa die et mirati ſunt uni-
„verſi audientes. Tunc dixit eis re-
„gina, Ego rogavi filium meum,
„ut ipſe et vos omnes eſſetis ad
„obitum meum, et ſuper hoc ex-
„audita ſum ab eo. Craſtina enim
„die ſeparabitur anima à cor-
„pore meo. Vigilate et orate mecum,
„ut quando dominus meus venit vi-
„gilantes nos inveniat, et hoc pro-
„miſerunt ei Apoſtoli omnes, hora
„tertia ſicut Spiritus Sanctus ſuper
„diſcipilos in nube apparuit, ita deſ-
„cendit Chriſtus cum multitudine
„Angelorum et accepit animam ſue
„dilecte matris. Talis enim ibi fuit
„illuſtratio, et odor ſuavitatis quem
„nullus hominum poſſet lingua expli-

„ca-

„ care, cantabant canticum iſtud, ſi-
„ cut lilium inter ſpinas, ſic amica
„ mea inter filias, et omnes qui ibi
„ aderant ceciderunt in facies ſuas,
„ ſicut ceciderunt Apoſtoli quando
„ transfiguratus eſt Chriſtus in monte
„ Thabor coram eis, per integram
„ enim horam et dimidiam, nullus
„ ſe erigere potuit, et recedente lumine
„ aſſumpta eſt in celum beata ejus a-
„ nima cum pſalmodia et hymnis et
„ canticis canticorum. Et quando
„ nubes deſcendit omnis terra tremu-
„ it et in monumento obitum ſancte
„ Marie omnes aperte viderunt. Tunc
„ intravit Sathanas in populum judeo-
„ rum et cogitaverunt quid de cor-
„ pore ejus facerent quia de ea cre-
„ vit ſuſpicio et diſſentio judeorum
„ propter peccata eorum, et congre-
„ gatio et vocatio gentium et accep-
„ tis armis uno momento de cecitate
„ percuſſi ſunt et percutiebant capita
„ ſua per parietes et percutiebant ſe in-
„ vicem. Tunc Apoſtoli tanta clari-
„ tate imperterriti levantes cum mag-
„ gna fiducia corpus ſanctiſſimum de
„ monte Syon tulerunt de pſalmodia
„ in valle Joſaphat. Venientes autem
„ in media via, ecce quidam judeus
„ nomine Ruben de tribu Dan ſcriba

„ volens

„volens corpus in terram jactare, ſta-„ſtim aruerunt brachia ejus uſque „ad cubitum et adheſerunt pheretro „et non potuit manus ad ſe retra-„here, et cepit rogare Apoſtolos ut „per orationem illorum ſalvaretur et „chriſtianus fieret. Tunc Apoſtoli „flectentes genua rogaverunt regi-„nam ut eum ſalvaret, qui mox ſa-„nus factus eſt in illa hora gratias „Deo referens et oſculatus eſt pe-„des regine omnium ſeculorum, et pe-„des apoſtolorum, et in ipſo loco „baptizatus eſt. Tunc beatiſſimus „Thomas apoſtolus qui dicitur di-„dimus cum deſcenderet de monte „oliveti vidit beatiſſimum corpus ce-„lum petere cepit clamare ad eam „ſic dicens, mater ſancta mater et im-„maculata mater benedicta poſtquam „inveni modo gratiam te videndi „per tuam miſeriam in celum aſcenden-„tem letifica me ſervum tuum in „aliquo. Tunc zona qua Apoſtoli „corpus ſanctiſſimum precinxerant „beato Thome de celo jactata eſt; „quam accipiens et Deo gratias re-„ferens et oſculans eam venit in valle „Joſaphat, et invenit Apoſtolos ibi „et aliam turbam magnam percu-„tientes pectora ſua prae claritate quam

„ quam videbant qui videntes eum.
„ ſe invicem oſculati ſunt, beatus
„ vero Petrus dixit ad Thomam.
„ Vere ſemper durus et incredulus
„ fuiſti quia pro incredulitate tua non
„ placuit Deo quod nobiscum eſſes
„ ad ſepeliendam matrem Domini no-
„ ſtri ſalvatoris, ille vero percutiens
„ pectus ſuum dicebat. Scio enim
„ et firmiter credo, quod ma-
„ lus homo et ſęverus ſemper fui
„ veniam peto a vobis omnibus de
„ duricia et incredulitate mea et om-
„ nes oraverunt pro eo, tunc dixit
„ eis beatus Thomas, ubi poſuiſtis
„ corpus ejus, cui digito ſepulchrum
„ monſtraverunt, ille vero dixit non
„ eſt hic corpus ſanctiſſimum quod
„ dicitis, dixit ei beatus Petrus: jam
„ alia vice reſurrectionem Domini
„ noſtri JEſu Chriſti quam tibi nun-
„ ciaveramus credere noluiſti donec
„ digitis tuis plagas palpares, et
„ oculis tuis videres, item modo
„ nobis credere non vis cum ejus
„ corpus in hoc loco ſepelivimus.
„ Adhuc ille affirmabat dicens non
„ eſt hic, tunc omnes quaſi irati
„ ad ſepulchrum beate virginis acceſ-
„ ſerunt quod exciſſum in petra, tu-
„ lerunt.

„ leruntque lapidem et corpus illic
„ non invenerunt, quid dicerent neſ-
„ cierunt confuſi et commoti ſermo-
„ nibus Thome, tunc beatus Tho-
„ mas vidit eos heſitantes, et ſtu-
„ pentes, dixit ad eos, ſciatis enim
„ quomodo ego in India miſſam can-
„ taveram et adhuc indutus eram, et
„ fui ſtatim delatus in monte olive-
„ ti et ibi vidi ſanctiſſimum corpus
„ beate Marie et rogavi eam ut be-
„ nedictionem mihi daret, et exau-
„ diret deprecationem meam et mi-
„ ſit mihi Zonam ſuam. Videntes
„ autem Apoſtoli cingulum de quo
„ percinxerant ſanctiſſimum corpus
„ glorificaverunt Deum et veniam
„ pecierunt a beato Thoma, tam
„ propter Zonam quam dedit illi bea-
„ ta Maria quam propter corpus be-
„ atiſſimum quod ad celos aſcendere
„ vidit, et benedixit eos beatus
„ Thomas et dixit, ecce quam bo-
„ num et quam jocundum habitare
„ fratres in unum, poſt modo Apo-
„ ſtoli illa nube qua ibi adducti fue-
„ rant, eadem nube remeaverunt
„ unusquisque in locum ſuum, ſicut
„ contigit Philippo quando baptiza-
„ vit eunuchum, quia cito reverſus
eſt

No. T. Seculi

„ eſt in Azotho, ſicut legitur in acti-
„ bus Apoſtolorum, et ſicut Aba-
„ cuch portavit victum Danieli fide-
„ li ſervo Domini et cito reverſus
„ eſt in Judeam, ita et Apoſtoli cito re-
„ verſi ſunt ibi, ubi erant conſtituti ad
„ predicandum populo Dei, nec mi-
„ rum eſt talia credere quia Domi-
„ nus noſter JEſus Chriſtus Dei filius
„ fecit hoc et operatus eſt, qui clauſo
„ utero virginis introivit et exivit de
„ virgine ſine corruptione virginis,
„ et etiam qui clauſis januis ad diſ-
„ cipulos intravit, qui ſurdos audire
„ fecit, et mortuos ſuſcitavit, lepro-
„ ſos mundavit, cecos illuminavit,
„ ſicut dicit beatus Johannes Evan-
„ geliſta, in Evangelio ſuo qnod
„ multa alia ſigna fecit JEſus que
„ non ſunt ſcripta in libro hoc que
„ ſi ſcribantur per ſingula nec ipſum
„ et mundum arbitror capere poſſe
„ eos qui ſcribendi ſunt liberi. Ego
„ vero Joſeph qui corpus Domini
„ JEſu in meo ſepulchro poſui et
„ reſurgentem vidi, et templum ejus
„ ſacrum ſive beatam virginem Ma-
„ riam ante aſcenſionem et poſt aſ-
„ cenſionem ſepe cuſtodivi et uſque
„ ad finem meum iſta predicare non
„ deſiſtam ipſam dominam et regi-
„ nam

No.	T.	Seculi.

„nam omnium deprecemur aſſidue
„ ut ipſa ſit memor noſtrum ante piiſ-
„ ſimum filium ſuum qui in celis vivit
„ et regnat Deus per omnia ſecula
„ ſeculorum Amen.

314. 4to Codex Membran. X.

Timothei Epiſcopi Liber ad Eccleſiam Catholicam;

Opus Salviani. Vide Caveum, Oudinum etc.

No.	U.	Seculi.

138. Fol. Codex Chartac. XVI.

Joah. Vadiani Buch vom Urſprung des Mönchen und Nonnen-Stands, und durch vvas mittel derſelbe vviderumb uff die rechte pan gereformiert vverden könte.

Opus hoc anecdotum, et auctoris clariſſimi autographum, quod ipſe, paulò ante obitum, Magiſtratui Reipublicae Bernenſis offerri juſſit; addita eſt Epiſtola miniſtrorum Eccleſiae S. Gallenſis ad Magiſtratum Bernenſem die 3. Junii 1551. cum hoc Codice miſſa.

No.	*U.*	*Seculi.*

48. Fol. Codex Membran. *X.*

Victoris Epiſcopi Uticenſis perſecutionis Africanae temporum Geiſerici et Honorici Regis Wandalorum libri 3.

Titulus operis litteris majuſculis rubro colore ſcriptus eſt. Initium operis deeſt.

No.	*W.*	*Seculi.*

A. 39. Fol. Codex Chartac. *XVI.*

Wormacenſis Conventûs Acta Annô 1540. congeſta per Wolfg. Muſculum, qui fuit in eo Conventu notarius.

No.	*Z.*	*Seculi.*

42. Fol. Codex Membran. *XIII.*

Zachariae Epiſcopi Chryſopolitani in concordiam Evangeliſtarum a libri ſecundi capite 80. uſque ad finem, additis nominum Interpretationibus.

A. 35. Fol. Codex Chartac. *XVII.*

Joh. Zenderi loci communes Vet. et Novi Teſtamenti.

No. *Z.* *Seculi.*

Codex Chartae. *XV.*

Joh. Zonarae monachi in tetraſticha LIX. ſive ſententias ſpirituales Gregorii Theologi, i. e. Nazianzeni, Commentarius.

Inter prolixum et adſtrictam brevitatem medius, ſimplex et perſpicuus, parcus digreſſionum, et ad mentem poetae pandendam potius quam ad verum operoſe demonſtrandum comparatur. Exemplum noſtrum liquido nomen auctoris praefert, de quo quondam dubitatum fuit. Converſum fuiſſe latine commentarium et typis alicubi vulgatum, memoratur; at graeci operis praeter proemium nil impreſſum creditur. Codex recentior licet, ſcriptus nitide.

AUCTO-

Auctores Classici.

No. — *A.* — *Seculi.*

B23. Fol. Codex Chartac. *XV.*

Acronis Comentarius in Horatii Carmina et Librum Epodon.

Ælianus, vide Tacticos.

A. 629. 4to Codex Chartac. *XV.*

Æſopi Vita, auctore Maximo Planude, graece.

Titulus litteris aureis ſcriptus eſt: in primis Codicis paginis haec leguntur, minio ſcripta.

» Vita Aeſopi Fabulatoris, et Cato ex la-
» tino in graecum verſus: Georgius Her-
» monimus reverendo Proto notario Tota-
» ville commendationem.

Servulus en pauper pauperrima munera mittit,
Non tamen eſt parvum cordare quod tibi dat.

No. *A.* *Seculi.*

Eodem Codice. Catonis ſententiae, vide Catonem.

679. 4to Codex Membran. X V.

Aeſopi Fabulae latine,

quibus praemiſſa ſunt exempla ſive narrationes variae, ſub titulis ſingularibus. Initium operis deeſt. Extant folia 79. vel paginae 158. primus titulus ex iis, qui reliqui ſunt, eſt de *Clericis*, ſequens de *Philoſophis*, tertius de *Phyſicis*, quartus de *Advocatis*, quintus de *Abbatibus*, ſextus de *Monachis*, ſeptimus de *Heremitis*, octavus de *Novitiis*, nonus de *Converſis*, decimus de *Monialibus*, undecimus de *Beguinis*, duodecimus de *Imperatoribus*, decimus tertius de *Regibus* etc. etc.

Hnic libro nomen *Libri Exemplorum*, inditum eſt à manu recentiori. Singula capita etiam ſic incipiunt: Exempla de Regibus, Exempla de Comitibus etc. Mixta gallica latinis. Specimen unum aut alterum hic adjungamus.

De Abbatibus.

„ Bernardus per Pariſios tranſiens et equitans
„ bonum Palefredum obviam habuit unum
„ Goliardum valde cloquentem et dicentem:
„ utinam haberem XVIII. punctos ſuper
„ Palefredum, quod audiens Bernardus dixit,
„ quod poneret equum contra ſe ipſum et ego
„ ludam tecum. Certe, inquit Ribaldus, me
„ ipſum pono, proice ait Bernardus, et pro-
„ jecit XVIII. punctos, pone inquit talos ſu-
„ per pedem meum: et proiciens, diviſus eſt
„ *decius* per medium itaque jecit XIX.
„ et ſic lucratus eſt eum, quem fecit mo-
„ nachum magne impoſterum ſanctitatis et re-
„ ligionis.

De

No. A. Seculi.

De Monachis.

„ Monachus quidam vadens ad aquas veniens ſu-
„ per pontem equitando vidit ruſticum tranſeun-
„ tem cum aſino ita onerato, quod vix po-
„ terat movere pedem, quem ruſticus ſine
„ miſeria cedebat. Cui compatiens Monachus
„ ait, peſſime ruſtice, quare tu deſtruis hanc
„ beſtiam, quae ita onerata eſt, quod non
„ poteſt ire, Certe reſpondit, non eſt ita oner-
„ rata, quin bene portaret totam patientiam
„ Monachorum Abbatie veſtre, qui factus eſt
„ impatiens; tunc ruſticus ait: avant, brunel,
„ de ceſtui eſtes vous quittes, qui vere non
„ habebat patientiam.

De Beguinis.

„ Sciendum eſt quod perſone digne ad ſtatum
„ Beguinagii pervenire, debent habere XXVIII.
„ proprietates ad hoc, quod poſſint ibi recipi
„ et vivere, prout ex teſtimoniis S. S. poſſu-
„ mus confirmare. *Bus regarder* Proverb. VI.
„ Sex erunt quae odit Deus et ſeptem dete-
„ ſtatur, oculos ſublimes etc. *En haut pen-*
„ *ſer* Cant. IV. levamus corda noſtra cum
„ manibus ad Dominum.

Exempla Regum.

„ Rex Philippus (Auguſtus) exiſtens in mari
„ peregrinando ultra mare tempore tempeſtuo-
„ ſo valde in nocte, requirebat ab aſſiſtenti-
„ bus, quae noctis hora erat, et cum audiret
„ quod media nox, tunc aſſecurabat omnes
„ nautas quod perire non poterant, quia, in-
„ quit, per totum regnum Franciae ſurgunt
„ modo religioſi et pro nobis orabunt, poſt
„ ſeculares, in mane celebrabunt religioſi
„ miſſam, poſt ſeculares; adſcriptum fuit ma-
„ gne fidei et liberati fuerunt.

„ Idem in terra de Gaſtinois frequentans li-
„ benter bibebat vinum de vinea cujusdam
„ vetule, quod videns Ballivus terre inſtitit
„ apud virum vetule pro emenda vinea; non
„ voluit; ipſo mortuo inſtitit apud mulierem,
„ quae renuit; quadam die in vineam opera-
„ rios miſit et ſe emiſſe a viro dixit et per
„ potentiam prevaluit. In adventu regis vi-
„ riliter adverſus eum clamavit; quod Rex
„ audiens, Ballivo ait quod adduceret teſtes
„ et ſic clamor mulieris ceſſaret, quibus au-
„ ditis unum vocavit ad partem; ſcis inquit.
„ pater noſter. Scio inquit; modo dixit, et
„ emiſit eum et alium vocavit. Vere ait in
„ verbó regis ſocius dixit ita veritatem ſicut
„ eſt pater noſter. Recognoſce ergo et libe-
„ raberis; qui ait, duxerat eos Ballivus de
„ nocte ad foveam cujus fuerat vinea et ex-
„ humato corpore Ballivus accepit manum
„ ejus, dicens, emo vineam tuam ſub teſti-
„ monio iſtorum, in iſto precio, et poſuit pe-
„ cuniam ſuper pectus ipſius, et iterum re-
„ portavit, et iterum in terram repoſuerunt
„ eum. Qui Rex vocans alium, hic idem re-
„ cognovit, concordes jurare judicavit, et pe-
„ nitus veritate recognita, Ballivum ſtatim
„ ſuspendi fecit et vineam reſtituit mulieri,
„ quae in morte eam regi legavit. Rex au-
„ tem in ea Capellam aedificari fecit, et cui-
„ dam nepotulo ſuo dedit.

Aggenus Urbicus, vide Boetium.

Agroetius, vide Grammaticos.

223. 4to Codex Membran. XV.

Albericus Londonenſis de veritate fabularum.

No.	4.	Seculi.
402. 54. Codex Chartac.		XIV.

Alexandri Aphrodiſienſis liber de Fato, graece.

Mutilus ab illis verbis. Editionis Aldinae 1534. pag. 166.

τῶ βαρύτητα μεν ἐχειν αὐτὸν ἐν αὐτῶ, ταύτην δ᾽ εἶναι. etc. etc.

Uſque ad finem.

939. 4to Codex Chartac. Olim Bongarſii. XV.

De Amphitrione Carmen Elegiacum, cum gloſſis marginalibus.

Incipit ſic.

„ Graecorum ſtudia nimium quam diuque ſecutus
„ Amphitrion aderat, et ſibi geta Comes.
„ Intrat ad Alcmenam ficto Saturnius ore etc.

In hos verſus deſinit.

„ Amphitriona meum thalamis amplexa fovebam.
„ Haec ad verba dolor Amphitriona monet.
„ Oſcula rumpuntur, ſuccedunt verbera paci
„ Quas modo lambebat nunc ferit ille genas
„ Heu mihi, clamabat, recto modo calle venimus,
„ Hercule mechus erat, non erat, illo refert
„ Hos equidem vidi, vel vos vidiſſe videbar

No. | A. | Seculi.

„ Luſerunt animos ſomnia ſepe meos
„ Somnia ſunt hercle, ſubjecit Birria, Geta
„ Inſaniit, factus ſtultior arte ſua
„ Jurgia ſint inſana procul, ſuccedo coquine
„ Gaudeat Amphitrion, Getaque ſiat homo
„ Letatur ſponſa Amphitrion, nidore coquine
„ Birria, Geta hominem ſe fore quoque placet.

In fine additum; „ Explicit hic Liber Amphitrionis et Getae.„

Idem Carmen exſtat in Codice 550.

579. 4to Codex Chartac. XV.

Anacharſidis Scythae Epiſtolae IX. graece;

ſequuntur:

Ariſtotelis ad Olympiadem Epiſtolae, graece. Artaxerxis ad Hyſtanem Epiſtolà. Hyſtanes ad Hippocratem, Hippocrates ad Hyſtanem. Idem ad Demetrium. Hyſtanes ad Artaxerxem. Artaxerxes ad Choos. Democritus ad Hippocratem. Hippocrates ad Democritum. Idem ad Thepolum filium. Pythagorae Epiſtolae ad Hieronem Tyrannum. Chionis Epiſtola tertia. Apollonii Tyanenſis tres primae Epiſtolae.

Graece omnia.

208. Fol.

No.	A.	Seculi.
208. Fol. Codex Chartac.		XVI.

Apollonii Tyri Regis Hiſtoria.

Manu Velſeri deſcripta; edita inter opera ejusdem.

136. Fol. Codex Membran.		XIII.

Apulejus de Deo Socratis,

Initium deeſt uſque ad haec verba. Jamdudum ſcio, quod haec ſignificari flagitetis vobis latine. In fine additum „ Explicit de „ Deo Socratis; Item de eadem Re. „

Sequitur *Triſmegiſtus*, quem multi ſuppoſititium judicant. Incipit ſic in noſtro Codice.

Aſclepias. Iſte pro Sole mihi eſt Deus. *Triſmegiſtus.* Deus te nobis o Aſclepi ut „ divino ſermoni intereſſes, adduxit, eo„ que tali qui merito omnium antea à no„ bis factorum vel nobis divino numine in„ ſpiratorum videatur religioſa pietate di„ vinior.

Sequitur, uti fert titulus.

Apuleii Madaurenſis de habitudine doctrinaque et nativitate Philoſophi Platonis liber II. ſic incipiens: Platonis habitudo corporis etc.

Sequitur, nulla tituli diſtinctione.

Ejusdem de Philoſophia liber: Moralis Philoſophiae caput eſt. etc.

Sequitur ejus liber de Mundo, ſed hoc Titulo.

No. *A.* *Seculi.*

Apuleii Madaur; de habitudine doctrinaque Platonis lib. II. explicit. Incipit tertius de eadem Re.

300. 4to Codex Membran. XV.

Apuleii Peri Ermeneias liber.

81. Fol. Codex Membran. X.

Claudii Caeſaris Arati Phaenomena,

uti fert titulus Codicis, qui multis numeris differt ab Editione Grotiana anni 1600. Prima Codicis noſtri pagina exhibet pictam Imaginem Jovis, nimbo caput cinctam, dextra globum, ſiniſtra ſceptrum geſtantem, forſan Imperatorem Auguſtum pro Jove: cui Germanicus carmen dedicat.

Ab Jove principium magno deduxit Aratus

Carminis, at nobis genitor tu maximus autor.

Figurae quae Codicem ornant non eodem ordine quo in Grotiana Editione diſpoſitae ſunt. e. g.

Figura, quae in noſtro Arctophylax dicitur, eſt in editis Engonaſin; ad illum locum ubi de virgine agitur, addita eſt figura diverſa a figura editionis Grotianae. Ad figuram geminorum, et cancri, in Codice adſcriptae ſunt deſcriptiones Feſti Avieni. Ad figuram Leonis, deeſt in editis hic verſus, quem habet noſter.

Ora

No. | A. | Scouli.

Ora frementis ab hinc tu reſpice forte viator

Horrentis que Jubas.

Piſcium deſcriptio in Codice noſtro eſt ultima, cum figura addita, in hoc verſu deſinens.

„ Nec cauſa eſt nominis ulla

„ Sic tenuis cunctis jam plene evanuit ardor.

Ab auriga ad Deltotem Codex noſter omnia, quae in editis ſunt, omittit.

A Piſcibus, ubi deſinunt figurae, carmen continuatur, his verſibus.

„ Signorum partes quorum praedicta figura

„ Annum expleturi praedicunt quatuor orbes.

Sequitur fragmentum, incipiens hoc verſu.

„ Grandine permixtus aries nivibusque caducis.

Uſque ad hunc verſum.

„ Et rigor accedit ventis mitiſſimus ille.

Sequitur fragmentum Germanici quod Grotius in notis ſuis edidit; ſic incipiens.

„ Una via eſt ſolis bis ſenis lucida ſignis

Praeter illud autem fragmentum ſequuntur verſus, quos Grotius non addidit, in hoc nempe deſinens.

„ Mer-

No.	A.	Secdi.

„ Mercurius binos gradivus proficit orbes.

In Codice noſtro haec addita, quae hic edimus.

Tempore tum proprio modulatur noctua carmen
Tum vespertinum cornix longaeva reſultat
Tum corvi crepitant et ovantes gutture rauco
Agmina crebro vocant, tum nota cubilia leti
Succedunt pariter, tum pennis corpora plaudunt
Tunc et Strimonias circum volitare repente
Suspicies per arta grues, ubi mitior annus
Sponte procelloſum disjecerit aera coelo.
Tunc quoque cum ſtellis hebes eſt lux omnibus ultro
Nubila nec craſſos circum duxere meatus

Ut

Ut jubar occurrant flagrantibus obvia flammis

Nec caligo inhibet rutilantis lampados ignis

Orbe nec expleto ſacra ſidera luna retundit

Sed jam ſponte ſua ſtellarum lumina marcent.

Convenit hibernae praenoſcere ſigna procellae

Nubila ſi coelo conſiſtere, nubila ferri,

Sique ſuper fundi ſibimet ſuſpexeris ultro

Tramina, ſi carpit ſemen ſepe tacitus anſer

Si nocturna tibi cornix canit, hesperus aethra

Cum redit in numeros, ſi cantu gragulus inſtat

Si matutino frinquilla reſultat ab ore

Si fugiunt volucres rapti freta turbida nerei

Sponte graves trepidant, nec ſeſe audacibus aethrae

Comit-

No. | A. | Seculi.

Comittunt pennis ut longos ſaepe volatus.
Mox tempeſtates et nubila tetra cientur
Aſtrorum lapſus aſtrorum protinus ortus
Perquire ſtudio et ſi quid tibi forte repertum
Pluribus indiciis ſolers fulcire memento
Vale fidens Domino Chriſti veſtitus amore.

Fragmentum hoc tribus figuris ornatur,

Primâ ſol quadrigis vectus, nimbo coronans globum ſiniſtra tenens. Alterâ Luna bigis vecta. Tertiâ ſphaera coeleſtis, diverſa ab illa, quam Grotius ſua Editione exhibet, noſtrae enim centrum eſt arctos, Grotianae terra. Ex ultimo verſu patet, recentioris, et Chriſtiani Poetae eſſe Fragmentum; Codex nitidiſſimus.

105. Fol. Codex Membran. *XIII.*

Ariſtotelis Rhetorica, latine.

135. Fol. Codex Chartac. - - Olim Bongarſii - - *XVI.*

Ariſtotelis de anima libri,

deſinit in Cap. VII. Lib. a.

Idem

No.	A.	Seculā

Idem, de Somno et Vigilia et divinatione per ſomnum.

Idem, de memoria,

mutilus.

Idem de Elenchis,

deſinit in Cap. V. Libr. 2. Graece omnia.

563. 4to Codex Chartac. XVI.

Ariſtotelis de anima lib. 3. graece.

deeſt initium.

560. Codex Membran. XVI.

Olim Celeſtinorum de Metis, dein Bongarſii.

Ariſtotelis Liber ſecreti ſecretorum ad Alexandrum, quem transtulit Philippus Dom. Guidoni Tripolitano Epiſcopo ex arabico in latinum, continet folia XIII.

Hunc Librum Bononiae editum commemorat Fabritius Bibliotheca graeca lib. III. Cap. VI. pag. 167. ubi.

Secretum et regimen Principum

Vocatur, qui liber quum rarius occurrat, hoc inde exemplum ſubjecimus.

„ Alexander recole facta Reginae Indorum
„ quando tibi mandavit amicitiae multa en-
„ cenia et dona venuſta, inter quae miſſa
„ fuit

No.	A.	Seculi.

„ fuit illa venuſtiſſima puella, quae ab in-
„ fantia imbuta fuit et nutrita veneno ſer-
„ pentum; Itaque ſua natura verſa fuit in
„ naturam ſerpentum, et niſi ego illa ho-
„ râ ſagaciter inſpexiſſem ad eam, et arte
„ magica judicaſſem, eo quod ita audaciter,
„ horribiliter, inceſſabiliter et inverecunde
„ ſuum vigebat viſum ad facies hominum,
„ perpendi ſiquidem quod interficiebat ho-
„ mines ſolo viſu, quod tu experimento po-
„ ſtea probaviſti, et niſi hoc certiſſime o-
„ ſtendiſſem, mors tua fuiſſet in ardore coi-
„ tus ſubſecuta.

310. 4to Codex Membran. IV.

Ariſtote du Ciel et du monde, avec des Gloſſes et Commentaires, par Nicolas Oresme Dojen de l'Egliſe de Rouen, en 4. livres.

Haec initio Libri adſcripta:

„ En nom de Dieu ci commence le livre
„ d'Ariſtote appelle du Ciel et du monde,
„ lequel du commendement de tres ſouve-
„ rain et tres excelent Prince Charles
„ quint de ceſt nom par la grace de Dieu
„ Roy de France deſirant et amant toutes
„ nobles ſciences, je Nicole Oresme Dojen
„ etc. propoſe translater et expoſer en fran-
„ çois. Et eſt ceſt livre ains intitule, car
„ il traite du Ciel et des Elemens du mon-
„ de en prenant ceſt nom monde pour les
„ 4. Elemens contenus dedans le Ciel
„ et ſoubs le Ciel.

Ad calcem libri ſecundi haec adſcripta.

„ Et ainſi a l'honneur de Dieu et par ſa
„ grace je ay accompli le premier et ſe-

„ cond

No. A. Seculi.

„ cond livre de Celo et Mundo, pour les-
„ quels mieux entendre eſt expedient le
„ Traitte de *Lespere* (la ſphere) en fran-
„ coys dont je ay fait mention, et ſeroit
„ bon qu'il fuſt mis en un volume aveques
„ ces II. livres, et me ſemble que ce ſe-
„ ra un livre de naturelle philoſophie no-
„ ble et tres excellent.

In fine libri quarti et ultimi haec.

„ Et ainſi à laide de Dieu je ay accompli
„ le livre du munde au commendement
„ de tres excellent Prince Charles etc. le
„ quel en ce faiſant ma fait Eveque de
„ Liſieux.

Eodem Volumine additus Tractatus, de quo ſupra ipſe auctor:

Le Traiteis de l'eſpere, ou de la ſphere.

Hunc Ariſtotelis commentatorem neque Fabritius neque du Val, Catalogo editioni ſuae praemiſſo, commemorant.

246. Fol. Codex Chartac. XV.

Le livre des yconomiques d'Ariſtote avec le livre de Tulle (Ciceron) de la vielleſſe translate du commendement du tres excellent Prince Loys Duc de Bourbon Seigneur de Beaujeu, Oncle le Roy de France, par Laurens 1405.

No.	*A.*	*Seculi.*
192.	Fol. Codex Chartac.	*XVI.*

Donati Acciajoli Commentarius in libros Politicorum Ariſtotelis.

Arrianus, vide Tacticos.

Aſper, vide Grammaticos.

120.	Fol. Codex Membran.	*XI.*

Olim S. Maximini Abbatiae (ut fert inſcriptio, vel prope Treviros, vel prope Aquas in Provincia Galliae) dein Bongarſii.

Aurelius Victor de Vitis Imperatorum.

No.	*B.*	*Seculi.*

BEda, vide Grammaticos.

Boetii Codices.

421.	4to Codex Membran, ſine titulo.	*X.*

Boetii de conſolatione Philoſophiae Libri V.

Prae-

No.	B.	Seculi.

Praemittuntur Anonymi monita de hoc opere, et de Metris Carminum Boetii; et ejusdem Vita, ſic incipiens.

Tempore Teoderici Regis inſignis auctor Boetius claruit, qui virtute ſua Conſul in urbe fuit. Cum vero Teodericus Rex voluit Tyrannidem exercere in urbe ac bonos quosque ex ſenatu neci dare, Boetius vero ejus dolos effugere geſtiens quippe qui bonis omnibus necem parabat, videlicet clam litteris ad grecos miſſis nitebatur urbem et ſenatum ex ejus impiis manibus eruere, et eorum ſubdere defenſioni. Sed poſtquam a Rege reus Majeſtatis convictus juſſus eſt retrudi in carcerem in quo repoſitus hos Libros per Satyram edidit imitatus videlicet Marcianum Felicem Capellam, qui primus Libros de Nuptiis Philologiae et Mercurij eadem ſpecie Poematis conſcripſerat. Sed iſte longe nobilior materia et facundia ei praecellit.

Eſt poſtea haec:

Boetius ergo nominatur Annicius eo quod fuerit de gente Anniciorum. Annicii autem dicti ſunt Fabii quaſi invicti. Dictus eſt autem Manlius a

Manlio Torquato. Severinus a ſeveritate judiciaria. Boetius dicitur a graeco, eo quod fuerit adjutor multorum, maxime Symmachi qui fuit gener ejus (Boetius nempe Symmachi). Ordinarius dicebatur quia in dignitate Conſulari erat ordinatus, vel quia hos ordinabat, vel ſuper ordinem dignitatem habens etiam qua gradatim ad ſummum gradum perveniebat Queritur a nonnullis quo tempore ſuerit iſte Boetius. Dicunt enim quidam quod fuerit tempore Marciani Imperatoris, colligentes hoc ex IV. Synodis, dicunt autem quod fecit librum de S. Trinitate contra Neſtorium et Euticem ubi mentionem facit Calcedonenſis Synodi. Poteſt vero fieri ut adhuc. juvenis ſub Marciano fuerit, et jam ſenex ſub Teoderico Rege compoſuerit Librum Philoſophiae Conſolationis.

Sequuntur alia de vita Boetij, à recentiori manu, ubi haec leguntur:

Boetius honorifice eſt tumulatus Papie (Ticini) in Cripta Eccleſiae, et vocatus Sanctus Severinus a Provincialibus. Epitaphium ejus hoc eſt:

Hic

No.	B.	Seculi.

Hic jacet interpres et alumpnus Philoſophiae.

Quo Latium gaudet, dolet olim Graecia victa

Nil agis immitis violenta cede Tyranne

Corpus terra tegit, nomen per ſecula vivit.

179. Fol. Codex Membran. Hoc Titulo. X.

Anicii Manlii Severini Boetii, V. C. Ex Conſ ordine et Mag. off. atque Patricij de conſolatione Philoſophiae Libri V.

Additae ſunt gloſſae grammaticae.

181. Fol. Codex Membran. Olim Magiſtrorum de Sorbona. X.

Ejusdem idem Liber.

413. 4to Codex Membran. Hoc Titulo. XII.

Anicii Manlii Severini Boetii ex Conſulis ordinarii Patricii Philoſophiae Conſolationis Libri V.

Additae gloſſae marginales, deeſt ultima pagina.

No.	*B.*	*Seculi.*
435.	4to Codex Membran. Sine Titulo.	*XI.*

Idem denuo.

Deeſt ultima pagina.

365. 4to Codex Membran. *XIV.*

Le Livre de Boece de Conſolation.

Verſio gallica.

432. 4to Codex Membran. *XII.*

Boetii in Librum Ariſtotelis de Interpretatione opus, cui titulus, Editio ſecunda.

300. 4to Codex Membran. Olim Magiſtrorum de Sorbona. Hoc titulo. *XI.*

Anicii Manlii Severini Boetii viri Illuſtris et Patricii ex Conſul. Ordine Liber de diviſione.

Ejusdem Liber Antepraedicamentorum,

qui in editis vocatur, de Syllogismo Cathegorico.

Ejusdem Liber Syllogismorum Hypotheticorum.

516. 4to Codex Membran. Hoc Titulo. *X.*

Anicii Manlii Severini Boetii V. C. et Illuſtris ex Conſulis ordinarii ac

Patricii

Patricii, liber quomodo Trinitas ſit unus Deus et non tres dii, ad quintum Aurelium Memmium Simacum etiam V. C. ex C. ordinarium ac Patricium ſocerum.

Ejusdem ad Johannem Eccleſiae Rom. Diaconum, utrum Pater et Filius ac Spiritus Sanctus de divinitate ſubſtantialiter praedicentur.

Ejusdem ad eundem, quomodô ſubſtantiae in eo quod ſunt, bonae ſint, cum non ſint ſubſtantialia bona.

Ejusdem, uti videtur, auctoris, liber ſine titulo, ubi agitur de Trinitate, de natura Chriſti, de Veteri Teſtamento etc.

Sic incipit.

„Chriſtianam Fidem Novi ac Veteris „Teſtamenti pandit auctoritas, et „quamvis nomen ipſum Chriſti vetus intra ſemet continuerit Inſtrumentum, eumque ſaepe deſignaverit affuturum, quem credimus „per partum Virginis jam veniſſe, „tamen in orbem terrarum ab ipſius

 „no-

„noſtri Salvatoris mirabili manaſſe
„probatur adventu.

Deeſt finis; non extat hic Liber inter edita Boetii.

618. 4to Codex Membran. XII.

Ejusdem iidem Libri; integer hic extat ille ſine titulo, quem precedenti Codici ineſſe diximus; ſubjungitur ejusdem Boetii Liber adverſus Neſtorium et Euticem pro perſona et natura ad Johannem Diaconum.

299. 4to Codex Membran. Hoc titulo. X.

Anitii Manlii Severini Boetii libri Artis Geometriae et Aritmeticae numero V. ab Euclide tranſlati de Greco in Latinum.

Continet iſte Codex varia Boetii, ſed non eodem ordine quo in Editionibus exhibentur, varia etiam aliorum, preſertim de agrorum limitibus, de menſuris. Singulas igitur Codicis partes hic recenſemus.

Liber primus Geometriae exhibet ea quae in Boetii Editione Baſileenſi anni 1570. extant a pagina 1536. his verbis incipiens:

„Geometria eſt diſciplina magnitudinis etc. etc.

Uſque

Uſque ad pag. ejusd. editionis 1541. in haec verba deſinens: Multa opponunt falſa pro veris, „

Liber ſecundus incipit his verbis, quae eadem pagina 1541. Editionis laudatae continuantur:

„ Quomodo inventa eſt Geometria etc.

Deſunt autem in noſtro Codice omnia à pag. 1544. edit. laud. uſque ad finem libri.

Liber tertius incipit his verbis, quae extant pag. 1487. Edit. laudatae. Initio Libri primi Euclidis:

„ Principium menſurae punctum vocatur etc.

Deſunt paucae lineae, quae in editis praemittuntur. Deſinit in illo Problemate. „ Dato „ to rectilineo aequum collocare quadratum. „

Liber quartus incipit in illa propoſitione; quae extat pagina 1510. Editionis laudatae:

Si in circulo per centrum linea recta etc.

Hnic libro inſerta eſt.

Altercatio Geometricorum, de figuris, numeris et menſuris;

Sic incipit:

„ Menſura eſt quidquid pondere, „ capacitate, longitudine, altitudi- „ ne animoque (forſan, numero- „ que) finitur. Majores itaque no- „ ſtri orbem in partibus, partes in

„ provincias, provincias in regio-
„ nibus, regiones in locis, loca
„ in territoriis, territoria in agris,
„ agros in centuriis, centurias in
„ jugeribus, jugera in climmati-
„ bus, climmata in actus, actus
„ in perticas, perticas in paſſus, paſſus
„ in gradus, gradus in cubitos, cu-
„ bitos in pedes, pedes in palmos, pal-
„ mos in digitis, digitos in un-
„ cias diviſerunt. Sed ut ad rem
„ primam artis Geometricae venia-
„ mus; quod pedali menſura com-
„ prehenditur, edicere non tarde-
„ ris. Digitus eſt pars minima agre-
„ ſtium menſurarum. Inde uncia
„ habet digitos tres. Palmus au-
„ tem quatuor digitos habet. Pes
„ vero XVI. Pertica pedes X.
„ Paſſus pedes habet V. Actus mi-
„ nimus pedum IV. Longitudinis
„ pedum CXX. Actus duplica-
„ tus jugerum facit. etc.

Haec invenies inter auctores Res Agrariae edente Goeſio pag. 320. plura tamen invenimus in Codice noſtro.

His ſuccedunt ea quae pagina 1517. editionis laudatae *Boetii* extant de ſummitatibus.

Liber V. ſic incipit.

„ Podismi menſuratum ſunt tria genera, rec-
„ tum, planum, ſolidum etc. „ Ea continet quae à pag. 1520. edit. laudatae ſub titulo Libri II. Geometriae extant. Plura, quam in editis, praecipue Problemata, hic occurrunt. Sequuntur de menſuris et ponderibus quaedam

dam. Edita à Goeſio pag. 321. 22. 23. Dein ſub nomine Julii Frontini quaedam de menſuris, et jugeribus metiendis, à Goeſio edita partim inter auctores de limitibus pag. 314. 15. Fragmentum noſtrum ſic incipit.

„In pede porrecto ſemipedes duo; in pede „conſtrato ſemipedes IV. In pede quadrato „ſemipedes VIII. Pes habet palmos IV. un„cias XII., digitos XVI. Palmus habet digi„tos IV. uncias III. Sextans quae eadem „dodrans appellatur habet palmos III. un„cias IX. digitos XII. Conſuetudine vulga„ri unus *bonuarius* ſeritur frumenti modiis „IV. ſed minoris de ſiligine III. de ſpel„ta X. de avena VI. de baliarco V. de pi„ſis tribus, de fabis tribus. *Lucii Junii Mo„derati (Columellae)* ea ſunt ex Columellae Li„bro V. Cap. I. à his verbis: *quoniam fami„liariter à nobis praecepta menſurarum deſide„ras.* Uſque ad illa Cap. 3. et ne in infini„tum procedat diſputatio noſtra, eadem por„tione ut cuique placuerint laxiora ſpatia, „ſemina faciemus.

Sequitur fragmentum hoc titulo: *de Jugeribus metiendis*: ſic incipiens:

„Caſtrenſis Jugerus quadratus habet perticas „CCLXXXVIII. Pedes autem quadra„tos XXVIII. DCCC, id eſt per latus „unum perticas XVIII. etc.
Extant in Edit. laudata p. 311.

Sequuntur definitiones quaedam Geometricae.

Dein *Verſus Acbranni de Ludo Tabularum ſecundum numeros.* Primi verſus ſunt hi:

Ludis qui plano tabulis de ſtipite ſectis
Hoc docet Acbrannus, diſce locare modo.

Inci-

No.	B.	Seculi.

Incipit de Primo Ludo.

Primo tres impone loco, totidemque ſecundo
Et ſede in tripla ſterne cubare tria
Ordine quo ſubtus diſtinctim linea rurſus
Altera diſponat. Tres habitare triplos etc. etc.

Sequuntur verſus de ſecundo Ludo; dein verſus de numero primi et ſecundi Ludi.

Sequitur Liber Abaci de multiplicationibus et diviſionibus, anonymi, incipit autem ſic:

„ *Si multiplicaveris ſingularem numerum per* „ *decem dabis unicuique digito X. et omni ar*- „ *ticulo C. etc.*

Perſequitur in hoc opuſculo autor calculum per digitos. Claudunt Codicem Fragmenta quaedam de Menſuris, ex Columella et aliis, et de ponderibus quaedam.

Nota, in illo Fragmento, quod ſub Julii Frontini nomine hic extare diximus, occurrere vocem *Bonuarius* quam inter vocabula medii aevi citat Du Cange in gloſſario ſuo; ſi fides habenda noſtro Codici, qui ſeculo X. exaratus eſſe videtur, ea vox antiquiori aevo vindicanda erit. Eamdem vocem ſic habet Papias gloſſario. „ *Bunuarii*, (*Bunarii*) *menſura agri veluti Jugera.*„ Nota, voces *Baliarcus* et *Spelta*, nec in veteribus gloſſariis nec in Cangii gloſſario medii aevi occurrere.

Acbrannus ille qui in Ludos Abaci verſus ſcripſit, mihi ignotus eſt.

87. Fol.

No.	B.	Seculi.
87.	Fol. Codex Membran. Olim S. Mariae Argentinenſis. Hóc titulo.	XI.

Anicii Manlii Severini Boetii Artis Geometriae et Aritmeticae Libri V. ab Euclide tranſlati de Greco in Latinum.

Idem ordo qui in priori Codice, ſervatur; niſi quod in Libro 4to illa Altercatio duorum geometrarum non in eodem loco incipiat. Continet praeterea non ſolum illa fragmenta ſub Julii Frontini nomine, ex priori Codice ſupra enarrata, ſed etiam quae edita extant a Petro Scriverio, Frontini et Aggeni Vrbici fragmenta de Agrorum qualitatibus et menſuris.

Sequuntur quaedam de Gnomone et Meridiano; Boetio forſitan adſcribenda, quem Caſſiodorus teſtatur duo horologia inveniſſe, unum ſolare, alterum hydraulicum. Lib. I. Epiſt. 45.

Sic incipit:

„ Multi ſolis ortum et occaſum comprehende-
„ runt, qui eſt omni tempore mobilis nec po-
„ teſt ſecundum curſum ſuum comprehendi,
„ quoniam ortus et occaſus ſigna ad locorum
„ naturam varie oſtenduntur. etc.

Additae ſunt figurae Geometricae. Extat tamen illud fragmentum ſub nomine Hygini de limitibus conſtituendis, à Goeſio editi pag. 167. 68. usque ad pag. 177.

Sequuntur variae definitiones Geometricae, quae et in priori Codice extant. Addita Schemata, quae à Goeſio edita ſunt pag. 318. 19. Poſt ea legitur haec inſcriptio.

„ Ego Conſtantius peccator et indignus Sacer-
„ dos S. Petri Luxovienſis Coenobii ſcripſi ad
„ ſerviendum ei hos libros Boecii de Geome-
„ tria diebus tantum XI. infra Id. Jun. et
„ VI. Kal. Jul. anno M. IIII. (1004.) ab

Incar-

Incarnatione Domini, converſionis autem noſtrae II. praecepto pii Patris Milonis. Sit ergo utenti gracia, ſcriptori venia, fraudatori anathema.

Ultima Codicis pagina exhibet fragmentum cui hic titulus praemittitur:

„ *Ex Libro Cenſorini de Geometrica.* „

Sic vero incipit.

„ Geometria eſt ſcientia digerendi figuras, nu„ meros emetiendi cum ſui reſolutionibus.
„ Numerus eſt congregatio ſingulorum finita
„ ſemper et infinita natura etc. Forſitan ex opere deperdito Cenſorini ejus, à quo Librum de die natali habemus.

Additur tandem calculus indictionum, epacta„ rum, dierum dominicarum, pro annis XXI. nempe ab anno 1004. ad annum 1025.

In fine Codicis adſcriptum:

„ *Werinharius Epiſcopus dedit Sae. Mariae.*

de quo vide Praefationem noſtram.

Nota: Libellus ille Boetii quem in duobus Codicibus 510. et 618. extare diximus cum ejusdem Libris de Trinitate, et natura Chriſti, erit forſitan ejusdem Confeſſio fidei, quam primus edidit Ren. Vallinus cum Conſolatione Philoſophiae 1656. 8vo Tandem ne plura de Boetio verba faciamus, obſervamus hoc ultimum, variis cognominibus et titulis illum in noſtris Codicibus appellari, nempe in quibusdam, veluti in editis. *Ex Conſulis ordinarii, Magiſtri officiorum atque Patricii*; in aliis vero Codicibus, *Ex Conſulum ordine*, quod ultimum magis arridet, quamvis prius fueantur Sertorius Urſatus in notis Romanorum, qui meminit. *Ex Conſulis ordinarii.*

et

et Barthius. Nobis autem legendum potius videtur *ex conſulum ordine*, quum ita ſuadeant aliquot vetuſti Codices noſtri. et ordinem Conſulum aliquem fuiſſe, non abſonum videatur. Nam Ex Conſulis quidem titulus notiſſimus eſt; Conſul ordinarius etiam quis fuerit conſtat, ille nempe, qui Kalendis Januariis Conſulatum inibat, et a quo annus nomen ducebat; quum poſt Julium Caeſarem jam Conſules ſuffecti uſu venire inciperent, et eodem anno deinde ſub Imperatoribus plures Conſules eligerentur. Sed Ex Conſulis ordinarii titulum ignoramus.

No. C. Seculi.

96. b. Fol. Codex Membran. Olim Bongarſii. IX.

Martiani Capellae de nuptiis Philologiae et Mercurii Libri IX.

Additae ſunt gloſſae interlineares, et marginales, a manu recentiori, quae ſeculi X. eſſe videtur.

Eas diverſas eſſe a Gloſſis Johannis Scoti Eriugenae, qui in Capellam commentatus eſt, ſeculi IX. ſcriptor, inde conſtat, quod ipſae Gloſſae Codicis noſtri Johannem Scotum citant.

331. 4to Codex Membran. X.

Marciani Capellae de nuptiis Philologiae et Mercurii Libri VII. priores;

Additae ſunt Gloſſae marginales eaedem fere quae in priori Codice; paucis tamen locis differunt. Deſunt quidem hic Liber de Rhetorica, et Liber de Geometria, in quos tantum Gloſſae adſunt. Liber VIII. de

VIII. de Aſtronomia, et nonus de Muſica integri deſunt etiam, paucis additis gloſſis in eosdem.

Hi duo Martiani Capellae Codices, non modo haud aſpernendae vetuſtatis notam praeferunt; ſed uterque, praecipuè vero Codex 56. b. antiquior et majori diligentia exaratus, nobis aliquando emendatiorem, quam in editis extat, auctorem exhibere videtur. Optimam Hugo Grotius olim publici juris fecit Capellae editionem, et viri eruditi qui eum praeceſſit Bon. Vulcanii labores haud aſpernendi; non omnia tamen viros eruditos vel ad emendandum auctorem, vel ad explicandam ejusdem mentem, obſervaſſe comprobavi, poſtquam diligentius Codices noſtros cum ipſorum Editionibus contuli. Multa quidem Vulcanius ex iisdem, quas habemus, gloſſis eruit, ſed non omnia, nequidem Grotius. Utile itaque fore exiſtimavi omnibus, qui Capellae operam dant, ſi ex ipſis Codicibus noſtris varias lectiones, gloſſas etiam, quas neque Grotius neque Vulcanius adhibuere, publici nunc primum juris faciam, additis aliquando meis obſervatiunculis. Lectiones ipſas ex Codice antiquiori quem Littera A: deſignatum volo, exhibeo, notata pagina editionis Grotianae ubi extant eadem. Si abeat Codex ſecundus, lectionem ejus ſubmitto, addita B. Littera. Gloſſas, Litterâ G. diſtinxi, datâ opera ne eas, quas jam Vulcanius, vel Grotius edidere, repetam. Nec ultra duos Capellae Libros priores, qui et coeteris longe obſcuriores, et Mythologiae atque Theologiae veterum illuſtrandae multum proſunt, hanc operam deduxi. Monendum autem, in utroque Codice praemitti ea quae de vita Marciani Capellae edita ſunt in capite ejusdem auctoris, Baſileae evulgati apud Henr. Petri, 1532. Abit tamen noſter Codex ab editis, ubi ſic legitur. „ Introducitur in fronte iſtius Li„bri quaedam Satira, id eſt Venus, Martiani „amica, hos verſus in honorem Hymenaei

„ cecinisse

,, ceciniſſe.,, Noſter vero Codex ea verba, *id eſt Venus*, omittit.

Pag. 1. A.

Tu quem pſallentem thalamis, quem matre Camena
Progenitum perhibent copula ſacra Deum

Gloſſae. ,, Camenam hic pro Venere ponit,
,, dicta Camena quaſi Canena a canendo. Co-
,, pula nominativus pluralis eſt, et eſt in ſin-
,, gulari numero feminini generis, in plurali
,, vero neutri, ſicut et paſcua. Copulas ve-
,, ro pluraliter Canum dicimus. Per copula
,, autem Deos accipimus nuptias facientes.
,, Ipſae enim nuptiae non perhibebant quia
,, nec loquuntur. Vel per copula proles deo-
,, rum accipimus, novem videlicet Muſas,
,, quae natae finguntur ex Jove et Junone,
,, per id quod precedit, id quod ſequitur ſignifi-
,, cans. Precedunt enim nuptiae, deinde qui naſ-
,, cuntur ex iis.

Niſi pugnaret quantitatis regula, *copula* ablativo caſu ſingularis numeri accipi poſſe commode videretur.

Pag. 2. A.

Et ritu nictantis antiſtitis, priusquam fores aditumque reſeraris, γυμνολογιζεις.

Gloſſa. ,, Nictantis dicit, id eſt, vigilantis,
,, a greco νυξ, quod eſt nox. Et tangit

„ morem Romanum, Romani enim cum in bel-
„ lum eſſent profecturi, Pontifex mane ante-
„ quam pergerent, ſurgebat, et antequam
„ Templum aperiret, ſolebat verba aut preces
„ fundere in Templo Martis et tenebat ve-
„ xilla in manibus, dicens, *Mars vigila.* Et
„ poſtea aperiebat Templum, ut ingredientes
„ milites precarentur Martem.

Ad Templum Martis extra Portam Capenam olim milites armatos convocari ſolitos patet ex T. Livii Lib. VII. Cap. 23.

Pag. 2. A.

Ne tu, inquam deſipis, admodumque perſpicui operis, ἐγειριμιον, noſcens creperum ſapis? nec liquet Hymenaeo praelibante diſpoſita nuptias reſultare?

Gloſſa „ Id eſt reſurrectionum. Eſt vero Ege-
„ rimion Liber apud graecos de Apotheoſi,
„ et eſt ſenſus: Cum, inquit, audieris hyme-
„ naeum praelibantem id eſt praeguſtantem diſ-
„ poſita, ſcilicet carmina et cum tibi notus
„ ſit liber ille Egerimion elegantiſſimi et per-
„ ſpicui operis apud graecos, cur creperum
„ ſapis, id eſt dubitas de nuptiis deorum me
„ velle loqui, cum audias Hymenaeum nup-
„ tias reſultare, id eſt reſonare.

Pag. 4. A.

Delius quoque, ut ramale laureum geſtitat, divinatrice eademque conjecturali virga volucres illi ac fulgoris jactus atque ipſius meatus caeli ſiderumque monſtrabat.

Gloſ-

Gloſſa. „ ramale laureum, id eſt, virgam lau-
„ ri dicit quam geſtat Apollo. Nam quoddam
„ genus Lauri tale eſt, quod et Tripos vo-
„ catur, quod ſuppoſueris folium ipſius aut
„ ramum capiti, dormias, quidquid ſomniave-
„ ris verum ſit.

Huc facit alia gloſſa quae mox ad Capellae verba quae pag. 5. ſequuntur, *Cariantem Tripodem*, ſequitur. Haec autem ibi gloſſa refert:

„ Tripos ſpecies eſt Lauri tres habens radices
„ Apollini conſecrata habundans juxta Tem-
„ plum Apollinis quod in Claro Inſula, cui
„ ineſſe fertur vis divinandi.

Huic gloſſae forſan anſam dedit verſus Virgilii Aeneid. III. v. 360.

Trojugena, interpres divûm, qui numina Phoebi

Qui tripodas, Clarii Lauros, qui ſydera ſentis.

Ubi tamen Servius optimus Virgilii interpres per Tripodas menſas Apollini ſacras intelligit.

Pag. 5. A.

Denunciata pecudum caede fiſiculatis extorum proſicis viſcera loquebantur, quibusque ſortitus excedere vel logia perſonare.

Gloſſa. „ *Fiſiculatis proſicis*, Id eſt, naturalibus reſponſis. Peſſime; ut enim oſtendit Grotius, fiſſiculatis proſiciis legendum.

Gloſſa. Quibus, id eſt in Fanis ſolitus erat excedere, vel reſponſa dare.

Suadet ſententia hujus loci, et Gloſſa illa, ut pro, *ſortitus*, legamus, *ſolitus*. Nempe viſceribus excedere ſolitus erat Apollo, vel ex eis reſponſa edere.

Pag. 5. A.

Jam pridem quidem offenſus contamine monendorum dedignatur augur Pythius nuncupari.

Gloſſa „ offenſus certamine monendorum, id „ eſt, ſacrificiorum monenda enim dicuntur „ ſacrificia per quae dii monentur, ut ſuc„ currant mortalibus. Tangit vero hiſtoriam „ in hoc quod dicit offenſum contamine mo„ nendorum. Nam Apollo reſponſum dederat „ quod Nero interficiendus erat à populo Ro„ mano. Timens ergo Nero ne autoritate nu„ minis audacior redderetur populus ad id „ peragendum, juſſit claudi Templa ejus. I„ ta quodammodo offenſus Apollo dedignatur „ augur appellari.

Quae de *Monendis* habet haec Gloſſa, citat Grotius. Quod vero ad hiſtoriam Neronis pertinet, quamvis id innuiſſe Capellam incertum eſt, certe haec Dio Caſſius Libro LXIII. Cap. 14., narrat, quae ex interpretatione latina editionis omnium emendatiſſimae Reimari deſcripſimus:

„ Apollini autem, ſive iratus, quod ei tri„ ſtia quaedam praedixiſſet, ſive alia incerta „ de cauſa inſaniens, Cirrhaeum agrum ade„ mit, eumque dedit militibus, et oraculum „ delevit; hominibus ad os ipſum, ex quo „ ſpiritus dei exhalabat, interfectis,

Pag.

Pag. 5. A.

Licet inde quoque ad Indici montis ſecretum obumbratumque ſcopulum nube perpetua, poſterius migraſſe peribebant.

Gloſſa „ Id eſt, ad Nyſam. Niſa enim Mons „ Indiae ubi hodieque feruntur eſſe Crepundia „ Apollinis.

Gloſſa Codicis B. ſic: „ Niſa enim Mons In- „ diae eſt ubi hodieque feruntur eſſe Crepun- „ dia Liberi.

De Baccho ad montem Nyſam educato ſatis conſtat apud Mythographos. De Apolline haud ita.

Coeterum hunc locum male interpungunt omnes editiones, nempe poſt *ſcopulum*, melius noſtri Codices poſt *perpetua*.

Pag. 8. A.

Atque in conſpectu quatuor urnulas adopertas viciſſim atque alternis inſpectionibus enudare.

Gloſſa „ Quatuor urnulae ſignificant quatuor „ anni tempora. Per ferrum ſignificatur fer- „ vor et duritia aeſtatis. Per argentum ſig- „ nificatur vernale tempus, quod eſt clarum „ et temperatum etc.

Pag. 8. A.

Haec Saturni vocatur exitium.

Gloſſa „ Exitium Saturni dicitur hiemps, non quod Saturnus exitium pateretur, ſed quod „ in-

„ infert; hiemali enim tempore omnium rerum „ pulcritudo deperit. Unde eſt ficta fabula „ de Venere et Adone.

Pag. 9. A.

At nobis praeſcire vacuum eſt, cunctatio nulla eſt.
Quod ſuperi voluere; licet de pectore fixis
Praeoptare caret, ſi quod placet atque neceſſe eſt.

Gloſſa. „Junctio eſt. Licet caret, id eſt „ inutile eſt praeoptare id eſt valde deſiderare pectora hominum de fixis, id eſt, de his „ quae immutabiliter diſpoſita ſunt; ſiquidem „ quod placet diis, neceſſe eſt.

Haec nempe eſt gloſſa in Codice B. ubi non *pectore* legitur, ſed *pectora*. In Codice A. vero *pectora* mutatum fuiſſe videtur. Hanc gloſſam citat Vulcanius.

Pag. 14. A.

Concede proli quo nepotum provehat
Numerum, ſupernis aſtra quem vibrant polis.

Male interpungunt omnes editi, poſt ſupernis, noſtri Codices melius poſt *numerum*.

Pag. 14. A.

Quae textum mundi circulorumque volumina, vel orbiculata parallela, vel obliqua deculata polo-

loſe limata axiumque vertigines - - - numerare etc.

B. vel obliqua decuſſata poloſo.

Gloſſa. „Obliqua limata ſpatia vocat inter „celeſtes circulos quae muſica ratione vel to„no, vel ſemitonio comprehenduntur. Lima au„tem ſemitonium dicitur. Poloſe, id eſt alte, „ſublimiter.„ Citat hanc etiam gloſſam Vulcanius. Grotiana emendatio mihi obſcurum locum obſcuriorem reddit; nempe: „Vel oblique de„cuſſatos polos et climata.

Pag. 15. A.

At tunc ſeptem radiorum coronam ſolivaga virginitas renudavit, ne futurarum cauſis et copulis intereſſet.

Gloſſa. „Pallas typum tenet ſummae ſapien„tiae, quae ſolius rationis curam non ver„borum gerere videtur. Et illa fugiente coro„na ſeptem radiorum aperitur, quia cum ſapi„entia ornatum verborum negligit, ſeptem „liberalium artium ſcientia demonſtratur.

Pertinet potius ea corona ſeptem radiorum ad ſeptenarium numerum Palladi ſacrum.

Pag. 15. A.

Item ex ſeptem reſiduis qui inter duodecim non vocantur. Poſt hos quamplures alti pro ſuis gradibus caelites ac deorum popu-

lus abſque impertinentibus convocandi.

Gloſſa. „ Error ſcriptorum. Nam ſic debet „ dicere: Item reſidui VIII. vocantur. Viginti enim ſelecti dii ſunt ut B. Auguſtinus in VII. Libro de Civit. Dei dicit. „ Ergo preſentibus XII., octo erant vocandi. „ Impertinentes dii vocantur manes, qui impertinentes vocantur ideo, quod non debent intereſſe Celeſtibus. Diſcordia videlicet et ceteri tales.

Pag. 16. A.

Nam in XVI. diſcernitur Coelum omne regiones.

Gloſſa. „ Sedecim ſunt regiones celi, in quibus „ omne celum dividitur, quae ſunt XVI. varietates circulorum, quibus omne celum „ diſtinguitur. Plenarii namque circuli ſunt „ novem. Quinque paralleli, videlicet ſeptentrionalis, ſolſtitialis, aequinoctialis, brumalis, auſtralis. Sextus Zodiacus, ſeptimus, lacteus, octavus et nonus duo Coluri. „ Decimus eſt horizon. Iſte autem inter novem qui dividuntur poni non debet. Nam „ ſolſtitialis in duo dividitur hemiſpheria. „ Brumalis in duo ſimiliter. Equinoctialis „ vero, qui maximus omnium circulorum eſt, „ per quatuor partes dividitur, et ita ſimul „ ſiunt ſedecim. Eſt et alius circulus qui „ Anabibazon dicitur, quem ſol media die „ aſcendit. Sed nec iſte, nec Orizon inter „ ſupra dictos memorantur; quia non eodem „ ordine ſemper apparent.

Ex illa diviſione Circulorum, XIV. tantum partes naſcentur. Dividendus itaque erit in duas partes Lacteus, et Zodiacus etiam ut

XVI.

XVI. regiones, quas numerat Capella, inveniantur. Quod autem hunc locum interpretatur Grotius ex Cicerone de divinatione Libro II. „ *Coelum in XVI. regiones diviſerunt Etruſci*, id non ad hoc argumentum pertinere videtur; nam eas diviſiones Coeli propter divinationem ex fulguribus inſtituerunt, de quibus hic non agitur, ſed de habitationibus deorum.

Pag. 16. B.

Poſt ipſum Jovem dii conſentes, penates, ſalus, ac lares, janus, favores, opertanei, nocturnusque,

Gloſſa. „ Conſentes Deos dicit eos, quos „ in ſequentibus commemorat et *opertaneos* „ vocat, eo quod operti ſint et lateant nec „ humana poſſint ſententia comprehendi. Lares, dii ignis. Favores, dii qui praeſunt „ favoribus, nocturnus, Deus noctis.

Quamvis Lylius Gyraldus, et poſt hunc omnes recentiores, Varronem de re ruſtica lib. I., ſecuti, Deos conſentes duplices agnoſcant, priores nempe illos duodecim quos diſtichon Ennianum profert.

Juno, Veſta, Minerva, Ceres, Diana, Venus, Mars,

Mercurius, Jupiter, Neptunus, Vulcanus, Apollo.

Alios vero, quos idem Varro nuncupat, Jovem, Tellurem, Solem, Lunam, Cererem, Liberum, Robigum, Floram, Minervam, Venerem, Lympham, Bonum eventum; alios tamen, uti gloſſator noſter monet, Capella Deos hoc Deorum conſentium nomine innuiſſe videtur. Deos etiam, Penates, a diis conſenti-

ſentibus diſtinguit, quos confundit Lylius Giraldus. De his vid. Servium in Aeneid. Lib. III. vers 12.

„Cum ſociis, natoque, penatibus et magnis diis.„

Forſitan Seneca Libro II. Cap. 41. Naturalium quaeſtionum ubi ſic: „ *Fulmina dicunt a Jove mitti* —— *adhibitis in conſilium diis, quos ſuperiores et involutos vocant.* Eosdem Deos innuit, quos Martianus noſter Deos opertaneos et conſentes vocat. Sed de his, quae obſcuriſſima ſunt, alii videant.

Pag. 16. A.

In ſecunda autem manſitabant praeter domum Jovis, quae ibi quoque ſublimis, ut eſt in omnibus, praediatus, Quirinus Mars, Lar militaris.

Gloſſa. „ Lar militaris, Deus illius ignis, „ qui à militibus, dum proficiscuntur ad „ militiam, fertur. Novenſiles dii dicuntur, „ quaſi novem ſalientes, id eſt Saltatores „ Jovis.

Pag. 16. A.

De tertia Regione unum placuit corrogari; nam Jovis ſecundani, et Jovis opulentiae, Minervaeque domus ibi ſunt conſtitutae.

Gloſſa. „ Jovis ſecundani, qui praeerat proſperitatibus; Jovis opulentiae, qui praeerat „ opibus. Unum autem ex hac regione dicit

„ cit evocatum, id eſt, Plutonem, quia reli-
„ qui jam evocati erant.

Pag. 16. A.

Tum Lynſa ſilveſtris, Mulciber, Lar celeſtis, nec non etiam militaris, Faborque, ex quarta regione venerunt.

Quum jam ſupra occurrat *Lar militaris*, vel ibi legendum erit, *Mars militaris*, vel hic „ cum Lylio Gyraldo, *Lar familiaris*.

Pag. 16. A.

Neptune autem, Lar omnium cunctalis.

Gloſſa. „ Lar cunctalis dicitur quaſi genera-
„ lis compugnantia rerum, quam Graece ſym-
„ pathiam dicunt, quia ignis aquae repugnat,
„ et terrae gravitas aeris levitati.

Pag. 17. A.

Tunc elementorum praeſules, atque utilitatis publicae mentiumque cultores, omnisque populus poteſtatum. Quis Numae multus ſucceſſor indicat?

Cod. B.

Quos Numae. m. ſ. i.

Gloſſa. „ Nec Numa, qui invenit cultum
„ deorum, nec aliquis ſucceſſor ejus poteſt
„ indi-

„ indicare nomina omnium illarum poteſtatum
„ celeſtium.

Pag. 17. A.

Tunc Jupiter — apponit primum vertici regalis ſerti flammantem coronam, contegitque ex poſticis caput quodam velamine rutilante, quod ei Praeſul operis Pallas ipſa texuerat.

Gloſſa. „ Per verticem Jovis altiſſima pars
„ mundi intelligitur, per coronam, Zodiacus.
„ Bene Pallas dicitur hoc velum texuiſſe. Sic-
„ ut enim per Jovem aether, ſic per Palla-
„ dem ſumma pars aetheris deſignatur. Unde
„ et de vertice Jovis dicitur nata. Bene
„ Pallas dicitur hoc velamen texuiſſe, prop-
„ ter naturam ſeptenarii numeri, qui ei con-
„ ſecratus eſt. In aethere enim ſeptem Pla-
„ netae ſunt.

Pag. 17. A.

Calceos autem ſmaragdineae fluctu viriditatis herboſos veſtigiis ejus tellus annexuit.

Gloſſa. „ Per calceos Jovis viridis Terra
„ ſignificatur.„

Pag. 17. A.

Sub calceis vero fuſcinum deprimebat.

Gloſſa.

Gloſſa. „Per fuscinum mare ſignatur. Idcirco ſub calceis, quia aqua infra terram „ continetur.

Pag. 18. A.

Ipſa vero tecto capite, lacteo quodam galummate praenitebat;

Gloſſa. Per lacteum galumma canditas ſuperioris aeris accipitur.

Pag. 18. A.

Cui gemmis inſitum diadema pretioſis; nam neque Scythidis vireta, nec Cerauniorum vibrans fulguransque lumen, nec flucticolor hyacinthi credebatur abeſſe profunditas.

Gloſſa. Diadema Junonis Iridem celeſtem de„ſignat. Scitis gemma eſt viridis, Jaſpis ge„nus, ſic dicta quod in Scitia reperiatur. „Ceraunius lapis fertur opitulari contra ful„mina. Per Scitidem et Ceraunium colores „arcûs deſignat, qui cum plures ſunt, duo „tamen ex illis ſunt notabiliores, viridis, et „igneus, viridis per Scitida, igneus per Ce„raunium. Jacinthus lapis eſt ceruleį coloris, „mirabilis et variae naturae, quem nomine „profunditatis exprimit. Aliquando nebuloſus, „aliquando purus. Et eſt lucis purpureae, „quamvis cum coelo moveatur, *friget in ore*, „*id eſt ſculpitur, vel inciditur adamante.*

De his lapidibus, nempe Smaragdo Scythico, Ceraunia, Hyacintho; vide Plinium Lib. 37.

Pag. 19. A.

Praetendebat dextra flammivomum quendam draconem, cauda ſuae ultima devorantem, quem credebant anni numerum nomine perdocere.

Gloſſa. „Numerum anni CCCLXV. dies „dicit. *Tex* enim dicitur Saturnus, et in„terpretatur *Comedens* Numerum autem anni „dicitur perdocere hoc nomine, quia T. tre„centum ſignificat, E, quinque, Z. ſexa„ginta.

Pag. 19. A.

Licet ille etiam puer poſſe fieri crederetur.

Gloſſa. „Saturnum puerum poſſe fieri ideo „dicit, quia tempus ſingulis annis ſeneſcit „hieme, vere autem rejuveneſcit.

Pag. 20. A.

Calcei vero ſimiles ex Pyropo, quem juxta Luna leni quodam teneroque vultu ex fraterna fulgorem lampade reſumebat.

Recte noſtri Codices *Luna*, et *Lampade*, legunt. Editi omnes *Lunam*, et *Lampada*.

Pag. 20. A.

Nam hic nudus omnium nutricem deorumque hoſpitam ſecum ducit.

Gloſſa.

Gloſſa. Nutricem deorum vel Veſtam vel Stigem dicit, quae fertur eſſe uxor Neptuni. „Ideo autem nutrix et oſpita deorum dicitur, „quia omnes dii de terris per purgationem, „quam Stix ſignificat, celeſte meruere conſortium.

Pag. 21. A.

Sed ejus miros lacertos rictusque Cleones ſublimis Juno cernebat quis inter eos, decernentes feminae: quarum una virgo ferebatur, alia omnium generationum mater.

Cod. B. rictus que Cleoneos Juno cernebat.

Gloſſa. „Quis inter eos, id eſt, inter ſupra „memoratos, et eſt Ellipſis. Ita tamen poteſt jungi: Erant decernentes feminae, „id eſt dijudicantes, quis inter eos eſſet vel „melior vel pulcrior. Johannes vero Scotus „id ſuperiora jungit, et *quis* pro *qualis* accipit. Cernebat, inquit, Juno qualis eſſet „Hercules: et hic facta diſtinctione, ſubſequitur. Erant diſcernentes feminae. Sublimis oculis Juno, id eſt, parum tortis et „obliquis.

Pag. 21. A.

Huic roſis decuſſatim vinctis ſertata connextio.

Gloſſa. „Id eſt Veneri; decuſſatim id eſt „ornate.

Pag. 21. A.

Nemeſinque nonnulli, Tychenque, quamplures Nortiam.

Cod. B. Tychenque quamplures, aut Nortiam.

Gloſſa. „ Id eſt infirmitatem; propter infir-„ mitatem enim hominum ſors reperta.

Lib. II.

Pag. 25. A.

Tamen vix *eum* poſt unctionem palaeſtricam recurrentem.

Omnes editi habent: *vix eum*, male.

Pag. 25. A.

Dum flores ipſa decerperet prelectis quibusdam herbusculis, conſpicata; quid, quod utrum ſibi etc. etc.

Gloſſa. „ Per flores rudimenta artium figu-„ rantur; dum ergo flores colligeret, „ eum vidit; quia dum ſtudium rationis in „ meditatione artium exercetur, tum Mercu-„ rius, id eſt facundia ſermonis adipiſcitur. „ *Quid*, ſcilicet, erat etiam illud, quod du-„ bitabat anxia utrum conduceret ſibi haec „ amplitudo connubii.

Pag. 25. A.

Itaque primo, conduceret ne con-

nubi-

nubium — ex nuptiali congruentia numero conquirit. Moxque nomen ſuum Cyllenii que vocabulum, — quod naſcenti ab ipſo Jove, ſiderea nuncupatione compactum, ac per ſola Aegyptiorum commenta vulgatum, fallax mortalium curioſitas aſſeverat, in digitos calculumque diſtribuit; ex quo finalem utrimque litteram ſumit quae numeri primum perfectumque terminum claudit; dehinc illud, quod in fanis omnibus ſoliditate Cybica dominus adoratur; litteram quoque quam vim mortalitatis aſſerere prudens Samius aeſtimavit, in locum proximum ſumit; ac ſic mille ducenti decem et octo numeri refulſerunt; quos per novenariam regulam diſtribuens, minuensque per monadas decadibus ſubrogatas, in tertium numerum perite reſtrinxit. Suum quoque vocabulum per ſeptingentos viginti quatuor numeros explicatum in quaternarium duxit, qui uterque numerus congruenti ambobus ratione ſignatur. &c.

Iſte locus admodum torſit omnes interpretes. Ad veram autoris mentem prope

 acceſſit

acceſſit Grotius, qui nomen illud Mercurii, per Aegyptiorum commenta vulgatum eſſe ΘΩΥΘ judicavit; quum Gloſſae noſtrae neſcio quod nomen ΚΥΡΡΙΟ ſomniarint; primam illam quidem litteram eſſe *X* exiſtimarunt, pro qua K reponunt. Afferunt autem, ut hoc probent, locum Priſciani de Ponderibus, ubi ait: Si ex utroque latere ductis virgulis finita ſit littera X., primum Cybum id eſt ſolidum numerum ex denario conficere, ideſt millenarium, hac nempe figura: I XI. et hoc addunt eaedem Gloſſae, ſuper ſtatuas Mercurii litteram X. clauſam ſcriptam fuiſſe; et de hoc loqui Martianum Capellam, ubi ait: *quod in fanis omnibus cubica ſoliditate dominus adoretur*. Sed haec omnia a mente autoris aliena. Nomen Mercurii Thouth, vel, uti graecis litteris ſcribitur ΘΩΥΘ, hic innuere Capellam, patet. In interpretatione tamen litterae Ω erraſſe Grotius videtur, qui ſoliditatem cubicam in ejus numero, qui ſecundum vim alphabeti graecorum, eſt 800, fruſtra quaeſivit. Nam numerus quidem octonarius eſt cubicus, non itidem numerus 800. Soliditas cubica forſan referenda erit ad antiquam formam litterae Ω vel O quae olim eandem vim habebant. Illa autem forma antiqua hujus litterae erat quadrata, vel cubo ſimilis, ut patet ex variis monumentis, quae exhibet Montefalconius in Palaegraphia graeca. Forſitan Capella a figurae ſimilitudine alluſit ad lapides, ſive columnas quadratas, quibus olim Aegyptii ſcientiarum inventa inſculpebant; hos lapides Sophoclis Scholiaſtes ad Electrae vers. 722. vocat Κυβοειδεῖς λιθȣς. Eas Columnas *Thoth* vocatas fuiſſe, quae deinde fingendo numini anſam

anſam praebuere, docet Jablonsky in Pantheo Aegyptiorum Lib. 5. Cap. 5. Hos vero lapides ſive columnas in Templis repoſitos fuiſſe conſtat, teſte Georg. Syncello in Chronographia et aliis multis. Eorum ſoliditatem cubicam repreſentabat littera Ω, in nomine Mercurii.

Quod autem ad calculum novenarium attinet, eum noſtri gloſſatores explicant, ita nempe, ut diviſione numeri 1218. per 9. inſtituta reſiduum diviſionis ſit 3; numeri autem 724., quem Philologiae nomen exprimit, diviſione per eundem numerum 9. facta, reſiduum ſit 4; de numerorum vero 4. et 3. vi multa docuere Pythagorei, quae noſter Martianus hic fuſius enarrat. Huc pertinet, quod infra ait: pag. 27. *Nam quaternarius (numerus) ideo perfectus eſt, et habetur quadratus, ut ipſe Cyllenius*, quod accipiendum eſt de lapidum quadratorum, quos ſupra memoravimus, figura.

Pag. 25. A.

An aliud illa ſenis Dei ratio, qui Mathen Tetradem non tacuit, confitetur?

Gloſſa. „Pythagoras intelligendus, Mathen „Tetrada, ait Arithmeticam, Geometriam, „Muſicam, Aſtronomiam.

Pag. 26. A.

Deinde utrumque conſociat; et trias quaternario ſociata, eptaden facit, qui numerus rationis perfe-

ctio eſt, ſicut etiam ΟΜΑΛΛΩΝ vel ΕΣΙΛΟΜΑΟΝ illa docet plenitudo.

Gloſſa. „Qui numerus, id eſt ſeptenarius „perfectio eſt ſuperae id eſt celeſtis rationis, „videlicet propter ſeptem circulos Planetarum. „Sicut edocet illa plenitudo ΟΜΑΛΟΝ „id eſt planarum figurarum; omnes enim pla„nae figurae a ternario quaternarioque origi„nem ducunt.

Pag. 26. A.

Novem vero ad octo epogdoi numeri faciunt junctionem; tantumque penſat in numeris quantum ſymphoniae diapaſon in melicis, quae tonum facit, qui eſt conſonae unitatis continuata modulatio, ex qui nihil eſt quod diſcrepet ant reſultet in medio.

Fuſe haec explicant Gloſſatores, quae huc tandem redeunt; quod ratio *Toni majoris* eſt 8. ad 9; quae ratio orta eſt ex duplicatione intervalli quod *Diapaſon*, noſtris Muſicis *octave* dicitur, et intervalli *Diapente*, quod hodie *Quinte* vocatur.

Pag. 27. A.

Ex quo commodiſſimum ſibi connubium laetabunda alium mentis fluctum multi vida concitavit. Nam nihil

nihil diffidens animo, decori, formae ac ſubſtantiae coepit formidare corporeae.

Cod. B. alio mentis fluctu.

Et gloſſae, et omnes Martiani Editores, veram lectionem, et mentem autoris reliquerunt; ea autem talis eſt:

Ex quo, vel unde, quamvis lactaretur de connubio ſibi convenienti, tamen alium mentis fluctum (ſervata lectione prioris Codicis) ſibi ipſa concitavit. Nam nihil differens, id eſt, diffidens, animo, tamen decori et formae corporeae formidare coepit, cui nempe perferendi eſſent flammarum coeleſtium globi.

Pag. 27. A.

Sed adverſum illa quoddam Abderitae ſenis Alimma, cui multa lapillis ſurculisque permixtis herbarum etiam membrorumque conceſſerat, praeparavit.

Gloſſa. Praeparavit alimma, id eſt, unguentum Abderitae ſenis, id eſt Saturni, qui
„ Abderites vocatur a lapide quem pro Jove
„ devoravit, qui graece Abdir dicitur, et bene contra ſiderum calores frigidiſſimum Saturni medicamentum perpetrat. Eſt autem
„ medicina á contrario. Cui ſcilicet alimmati conceſſerat, id eſt, permiſcuerat multa
„ de lapillis et ſurculis permixtis, multa
„ etiam erbarum et membrorum. Per hoc
„ unguentum ſcientia phyſica deſignatur, quae
„ diſputat de naturis lapidum, arborum etc.

Potius de Democrito Abderita, cujus de igne doctrina notiſſima eſt, loqui videtur Capella.

No.	C.	Seculi.

Pag. 27. A.

Colchica etiam in centum voces continuata fiducia, adamantini cacuminis impreſſione ſignatur.

Gloſſa. „ Deſignatur et deſcribitur Colchica fi„ducia, incantatio. Colchicae regionis ho„mines maximam operam in cantationibus ma„gicis impendunt. Continuata in centum vo„ces; diverſis enim vocibus utebantur in „magicis. Adamantini cacuminis, id eſt du„ri ſtili.

Non ſatis liquet de hoc loco, nec ſatisfaciunt gloſſae.

Pag. 27. A.

Quid adverſum ignis ſuperos, et deorum confinia praeparata decoris in curiam venustatis etiam lumine ſubmovebat.

Cod. B. Quid adverſum i. ſ. e. d. c. p. d. in curiam v. e. l. ſubmovebat.

Gloſſa. „ Quid, per quod, ſubintellige Car„men; in curiam, id eſt ſenatum deorum, „ſubmovebat, id eſt, ſurſum movebat. Haec corrupta videntur, et abiiſſe gloſſatores a mente auctoris. Forſan legendum, parva mutatione, *quis*, pro *quibus*, et in curiam, cum priori Codice, ut ſic ſentiat Capella: „ Qui„bus ſcilicet praedictis unguentis et in can„tationibus adverſus ignes ſuperos praeparata, „in curiam, id eſt negligentiam decoris, quum nem-

„ nempe tot unguentis illinita non admo-
„ dum decora eſſet, venuſtatis ſuae lumine
„ ſubmovebat, id eſt reparabat.

Paulo poſt legitur, *quis induta* pro, quibus.

Pag. 28. A.

Peplumque lactis inſtar fulgidum dedit, quod vel ex illa herbarum felicium lana, qua induſiari perhibent Indicae prudentiae vates accolasque montis Umbracii.

Gloſſa. „ Umbratius mons eſt Indiae. Apud
„ Indos autem herbae quaedam ſunt lanugi-
„ nem candidiſſimam ferentes, ex quibus Pon-
„ tificum veſtes fieri ſolent.

Pag. 28. A.

Cum creperum lux alma micat, gemmata decore.
Cum nitet aurato, vel cum fit phosphorus aſtro.

Gloſſa. „ Quidem Codices habent geminata
„ decore, id eſt, duplicato decore orientis
„ Solis.

Vitium hic in membranis ineſſe videtur.

Pag. 29. A.

Vertex Aonidum virens Choraulis
Cui frondet violas parante Cyrra.

Gloſſa. „ Virens ipſe mons Choraulis, id

 „ eſt,

„ eſt, Poetis, coraulus proprie qui cornu ca-
„ nit ut bubulcus.

Pag. 30. A.

Melos probare, ac tonos, et crus-
mata
Artes que cunctas ſolita &c.

Forſitan legendum pro *crusmata*, quod ſignificat pulſationem cordarum, *Cromata*, ut tria genera Muſices, en harmonicum, diatonicum et cromaticum hoc verſu enumeret Capella.

Pag. 32. A.

Qui ſolus ante currum
Et candidos jugales
Altipotens parentis
Memorem ciere virgam.
Quis fata ſuccidentis
Separat libens Oſiris
Sationibus gravari
Genitalibus repertis
Quem ſcit pater deorum.

Gloſſa. „ Hoc eſt, commoveat memorem vir-
„ gam ante currum ſolis. Solem parentem
„ vocat, id eſt, creatorem omnium. Oſy-
„ ris rex fuit Aegypti, maritus Iſidis, qui
„ apud Aegyptios cultum vinearum repe-
„ rit, ſicut Liber apud Medos, ideoque pro
„ vite ponitur; quia ergo reperit vinearum

„ cul-

„ culturam, ideo dicuntur fata ejus gravari
„ genitalibus ſationibus, cujus fata ſeparat
„ Mercurius; quia ſicut diximus ipſe praeeſt
„ ſeminibus, et per ipſum diſcernitur, quo
„ tempore debeant gravari vineae foetibus,
„ vel quo tempore putari.

Melius forſitan, pro *ſeparat*, legeretur, *reparat*, et agit locus de fabula Aegyptiorum,
„ Oſiris quaeſiti ab Iſide, Anubi, ſub canis
„ figura, qui idem cum Mercurio eſt, comitante, et ejusdem genitalibus repertis.

Pag. 35. A.

Eademque ſaxa ſtellas appellans.

Optime emendat, Grotius, *ſtelas*, de quibus ſupra diximus.

Pag. 35. A.

Poſtquam igitur illam bibliothecalem copiam nixa imitatus virgo effudit.

Pontanus legebat.

Imitus Virgo effudit.

Pag. 36. A.

Verum ipſa ſpecies ovi interioris crocino circumlita, exterius rutilabat, ac dehinc perlucida inanitate, albidoque humore, interiore tamen medio ſolidior rutilabat.

Gloſſa. „ Per hanc ovi ſpeciem totus mundus „ ſignificatur, quem Philoſophi animam habe- „ re dixerunt, licet careat ſenſu; Per cro- „ cinum, id eſt, roſeum colorem, quo ipſa ſpe- „ cies exterius rutilabat, ſplendorem ſuperum „ vel ethereum ſignificat. Per albidum vero „ humorem ſplendiditas aeris, per ſoliditatem „ quae interius rutilabat, terra ſignificatur.

Pag. 36. A.

Gratiam multa cum litatione per-ſolvit, quod nec vedium cum uxo-re conſpexerit, ſicut ſuadebat E-truria, nec Eumenidas ad Chal-daea miracula formidavit; nec ig-ne uſſerit, nec lymphe ſubluerit, nec animae ſimulacrum Syri cujus-dam dogmate verberarit, nec Phaſi ſenis ritu Charontis manibus involutam immortalitatem mortis auſpicio conſecravit.

Gloſſa. „ Vedium, Plutonem, ſive orcum, „ cum uxore, ſ. Proſerpina. Tangit autem „ hic tria genera purgationum. Dicunt enim „ Philoſophi animas aut igne purgari, aut „ aqua, aut verberibus. Ritu Phaſi ſenis. „ Faſus enim ſenex quidam docebat nullum „ poſſe venire ad immortalitatem, niſi per mor- „ tem.

Syrum ſenem eſſe Phericidem probabili con- „ jectura dicit Grotius, qui animae immortali- „ tatem docuit. De Phaſi ſene non ita conſtat.

Pag. 37. A.

Quae in ſuggeſtu maximo quo-niam

niam videbatur (lectica) difficile admodum ſibi, ne dicam impoſſibile, deputabat.

Gloſſa. „Quae lectica quoniam videbatur in „altiſſimo ſuggeſtu, deputabat illa admodum „ſibi eſſe difficile, ut conſcenderet.

Male hic omnes editi poſt *videbatur*, non poſt *ſibi* interpungunt.

Pag. 38. A.

Soticenam te quas in partus diſcrimine pretexeris, vel in bellô precabuntur populorum Plebes, Curitim debent memorare bellantes.

Gloſſa. „Soticena a ſociando, quia ſociat „marem et feminam. Saturnus enim mares „de nuptiis liberat, Juno feminas vel in „bello, vel in labore cocundi. Virgilius. „*At non in Venerem ſegnes nocturnaque bella*. „Plebes te debent memorare populorum, quia „multiplicas populos, bellantes debent te „memorare Curitim id eſt regalem. Servius „Curitim dicit vocari Junonem a Curru, quia „bellantes curribus utuntur.

Male hic omnes editi poſt *bello* interpungunt, Membracae noſtrae melius poſt *plebes*.

Pag. 40. A.

Sibilla vel Erythraea, quaeque Cumaea eſt, vel Phrygia; quas non decem, ut aſſerunt, ſed duas fuiſſe non neſcis, id eſt Theropilam Tro-

Trojanam Marmenſi filiam et Symachiam Hypotenſis filiam.

Gloſſa. „Teropylam quaſi Eronpylam, id „ eſt, virorum fortium cognatam. Symachiam, „ id eſt, compugnatricem, quae nata eſt Erytra Inſula.

Pag. 40. A.

Et alii Triptes deorum degunt.

Gloſſa. „ Triptes, id eſt, luſores, a verbo „ tripto, ludo, qui deludunt homines dormientes. Sive Triptes dicuntur ſpecies demo„ num, quod habent triplicem poteſtatem, „ in corporibus, in umbris, in ſpiritibus.

Pag. 41. A.

Quae (Luna) licet cornigera et aſpera crederetur, egeſtionibus opportuna tamen et felem et cervam et converſiones bis binas vultibus praeferebat.

Codex B.

Ageſtionibus.

Gloſſa. „ Aggeſtionibus, id eſt, incrementis. „ Legitur et ageſtionibus, id eſt, evaporationi„ bus, quia, ut ſepe dictum eſt, rorem de „ ſe egerit. Opportuna tamen, id eſt, utilis „ erat nutriendis frugibus. Felem et cervum „ praeferebat propter velocitatem vel propter „ luminis claritatem, quia hae beſtiae acutiſ„ ſime vident. *Et converſiones bis binas*, qua„ drifaria enim eſt converſio lunae etc.

Pag.

No. C. Secundi.

Pag. 42. A.

Ipſa que Venere quae nuptiis allubeſcebat, quantum decebat orata, hoc in ea perhibetur intuita, quod admodum pulchra, tamen antias draconibus circumflexa, crebroque capillitio vulſa, ambifariumque nital ſecum congreſſa mitificat.

Gloſſa. „ Intuita ipſa Philologia, quod „ admodum eſſet pulchra Venus. Locus iſte „ corruptus vitio ſcriptorum eſt. Joh. Sco„ tus ita ſentit. Ipſa quidem Venus admodum „ pulchra erat. Tamen antias, id eſt, con„ traria videbatur ipſi Philologiae. Ambifa„ riumque *Amital*, quod graece rorem ſigni„ ficat, ambifarium, id eſt, duplicem, vel „ etiam ambientem rorem; *congreſſa*, id eſt, „ contendens, et pugnans ſecum mitificabat. „ Ambifarium rorem dicit, quia Venus qua„ ſi media, eſt enim quae praeeſt turpibus „ amoribus, et quae praeeſt caſtis. Legitur „ et *Nital*, pro *Nitan*. Sicut Lympha pro „ Nympha. *Nitan* enim graece venuſtas. „ Ambifarium ergo Nitan, id eſt, ambientem „ venuſtatem.

Quid hic ſomniarint gloſſatores, neſcio; nam *Amital*, rorem, *Nitan*, pulchritudinem ſignificare, quo teſte aſſerunt? *Nittarion* quidem Suidas habet et *Battium* quae dicit ὑποχοριςικὰ πρὸς γυναῖκας. Per Antias hic capillos ſignificari oſtendit Grotius; cujus de voce Amital vel Nilan, doctae ſunt conjecturae. Nec tamen ſibi ipſe ſatisfecit. *Miſſam*

ſam Iſidis filium quem Onomacritus in orphaicis ſic deſcribit:

Ἀρσενα και θῆλυν διφυῆ. Ambifarium nempe duplici ſexu, hic ſignificari, uti Grotius ſuſpicatur, mihi ſatis arridet.

Pag. 43. A.

Ibi quandam navim totius naturae curſibus diverſa cupiditate moderantem, cunctaque flammarum congeſtione pleniſſimam, et beatis circumactam mercibus conſpicatur. Cui nautae ſeptem germani tamen, ſuique conſimiles, praeſidebant in prora. Felix forma, depicta Leonis in arbore, Crocodilli in extima videbatur.

Ingenioſe hunc locum ex conjectura mutavit erudit. D. Martin in Explication de divers monumens. Paris 1739. pag. 163. Sic legit: „J. q. n. t. n. c. d. c. m. c. q. f. c. p. „e. b. c. m. c. Cui nautae ſeptem, germa„ni tamen ſuique conſimiles praeſid. In prora „felis forma depicta, leonis in arbore, cro„codilli in extimo videbatur.

Sed quum hic de ſole et circulo ſolari ſermo ſit martiano, cui Felis non erat ſacrata, et pugnent adverſus conjecturam novam membranae vetuſtae, ſervanda videtur antiqua lectio.

Gloſſae ſic: „Sol enim rector et moderator „totius mundanae fabricae. Et conſpicit il„lam navim pleniſſimam congeſtione flammarum

No. | C. | Seculi.

„ rum, et repletam beatis mercibus. Septem fratres in prora, ſeptem dies in hebdomade. Germani, quia omnes dies ſibi ſunt ſimiles. Sunt qui formam Leonis, calorem aeſtatis accipiunt. Tunc enim fervet ſol, quando eſt in Leone. Per crocodillum qui eſt animal in aquis vivens, rigorem hiemis accipiunt.

Haec ſunt, quae ex libris duobus prioribus Martiani Capellae, lectionem noſtrorum Codicum ſequutus, erui.

Caper, vide Grammaticos.

26. Fol. Codex Membran. XIII.

Aurelii Caſſiodori variarum.

A Libri III. Epiſtola 6. uſque ad Lib. V. Epiſt. 12. Deſunt ſequentes uſque ad Lib. VII. Epiſtolam 3. Inde ſequuntur Epiſtolae uſque ad Lib. XII. Epiſt. 9. in quâ noſter Codex deſinit.

212. Fol. Codex Membran. X.

Aurelii Caſſiodori Senatoris Liber humanarum Litterarum, qui ſcribitur de artibus et diſciplinis ſecularium ſtudiorum.

Poſt dialectica in noſtro Codice ſequuntur quaedam de Topicis, non eodem ordine quo extant in editione Garetii Ord. S. Mauri Relig. Ante Mathematica hic quaedam dialectica inſeruntur, quae in editis non extant. Inſertus eſt inter Caſſiodori ſcripta, hoc Codice Boethii liber de Arithmetica.

234. Fol.

No.	C.	*Seculi.*
234.	Fol. Codex Membran.	*X.*
	Caſſiodori Liber de Artibus et Diſciplinis. Charactere quis Langobardicus vocatur.	
243.	Fol. Codex Membran.	*X.*
	Caſſiodori de Orthographia Liber; deſunt ea, quae ex Priſciano excerpſit Caſſiodorus.	
175.	Codex Chartac. Olim Bongarſii.	*XVI.*
	Caſſiodori Liber de Orthographia. Annotationes ſuas margini addidit Bongarſius.	
225.	Fol. Codex Membran.	*XII.*
	Caſſiodori Liber de Anima.	
	Eod. Codice.	*X.*
	Caſſiodori Liber de Inſtitutione divinarum ſcripturarum.	
124.	Codex Membran. Olim. S. Bened. Flor.	*X.*
	Caſſiodori Expoſitio in Pſalmos a C. ad CL.	

No.	C.	Seculi.

629. 4to Codex Chartae. XV.

Catonis ſententiae et diſticha. Graece. a Maximo Planude.

Titulus, qui Litteris aureis exaratus eſt, ſic habet:

„ Κάτωνος ῥωμάιου γνῶμαι παραινετικαὶ
„ δίςιχοι ἅς μετήνεγκε ἐκ τῆς τῶν λατί-
„ νων φωνῆς εἰς τὴν ἑλλάδα διάλεκτον μά-
„ ξιμος μοναχὸς ὁ πλανούδης.

403. 4to Codex Membran. XIII.

Catonis diſticha moralia, cum gloſſis interlinearibus et marginalibus.

Haec diſticha non eſſe Catonis Romani, ſatis conſtat, quod argumentum tractavit Fabritius Bibl. Latin. Tom. I. pag. 683.

In fine hujus Codicis adſcriptum eſt:

Pariſetus de Donceverino ſcripſit hos Libros, anno Domini 1284.

512. 4to Codex Membran. XIII.

Catonis carmina moralia, l. Diſticha, cum gloſſis.

No.	C.	Seculi.

98. 4to Codex Membran. X.

Catonis diſtichorum moralium Commentarii fragmentum.

260. Fol. Codex Membran. Olim Celeſtinorum de Metis, dein Bongarſii. XIV.

De Kathone Stoicho et dictis ejus moralibus quae fecit ad inſtructionem filii ſui cum gloſſula deſuper.

Idem opus cum prioribus.

91. Fol. Codex Membran. XV.

In Catonis moralia diſticha commentarius ampliſſimus, cui titulus: Speculum Regiminis.

In fine adſcriptum: „ Valentinus de Lodieres „ huic libro finem impoſuit anno Domini „ 1460. in domo ſ. Prioratu S. Mariae Aure-„lianenſis.

473. 4to Codex Chartac. XV.

Catonis diſticha latine, addita ſingulis diſtichis Tetraſticha gallica, quae latina exprimunt.

Praemittitur Praefatio metrica, ſic incipiens:

„ Cathon fut premier Chevalier, ſage homme
„ Maint bon conſeil en la cité de Rome

„ Don-

„ Donna jadis pour la choſe publique
„ Ung livre fiſt vaillant et autentique
„ Par grand amour ly miſt ſon propre nom.
„ Julles Ceſar, ung homs de grant renom
„ Sur les Romains lors gouvernoit l'empire
„ En ce monde qui va de mal en pire
„ Muſt grand discord entre luy et Pompee
„ En Theſſaille le vainqui de l'eſpee
„ Adonc Cathon qui moult ama franchiſe
„ Pour aſchiver de Ceſar l'entrepriſe
„ En Libye ſen ala o toute ſa route
„ Illec mourut, de celle hyſtoire toute
„ Ne diras plus longemens
„ Car parler vueil des bons enſeignemens
„ Que Cathon fiſt pour ſon fils enſeigner etc.

Ultimum diſtichum ſic expreſſit interpres Gallicus:

„ Miraris verbis me nudis ſcribere verſus
„ Hec brevitas ſenſus fecit conjungere binos.

„ Cathon finiſt qui fuſt ſages et preux
„ Les nobles vers acouply deux et deux.
„ Mais fevre qui ne ſcais le fer batre
„ En ce dictie en ays fait de deux quatre.

No.	C.	Seculi.

Duo tandem tetraſtiche ſubjungit; quorum unum hoc eſt:

„ Se valoir veuls Il te convient ſavoir
„ Fay par ton ſens que tu ayes avoir
„ Car qui en a en los et honneur monte
„ Et qui na riens on ne tient de lui compte.

Extant in hoc Codice carmina gallica varia, Ballades, Rondeaux, ab eadem manu ſcripta, de quibus in claſſi *Miſcellaneorum*,

Ciceronis Scripta.

433. 4to Codex Membran. X.

M. T. Ciceronis libri ad Herennium;

Deeſt initium, uſque ad Lib. I. Cap. VI. „ aut aliquorum judicium de ſimili cau- „ ſa etc. etc. Iſti ad Herennium libri qui in editis IV. Libros efficiunt, in noſtro Codice in VI. Libros dividuntur.

469. 4to Codex Membran. XI.

Ciceronis Rhetoricorum Libri II.

Deeſt initium uſque ad Cap. 19. Libri I. „ Ejus partes ſunt duae, quarum altera in „ negotiis etc.

Ciceronis libri ad Herennium;

In ſex libros diviſum eſt opus ubi in Codice 433. ab illis verbis Libri IV. cap. 39. „Liberi partim e gremio Parentum diripiuntur „ etc. uſque ad finem, codex deficit.

520. 4to

No.	*C.*	*Seculi.*
520.	4to Codex Chartac. Olim Bongarſii.	*XIV.*

Ciceronis libri ad Herennium.

678.	Codex Chartac.	*XV.*

Ciceronis Topica, cum commentario.

Hunc Codicem ſcripſit Philippus Launicus. Ao. 1554. annotationes ſuas adſcripſit Bongarſius.

284.	Fol. Codex Membran.	*XV.*

Ciceronis orationes XXI. nempe 1. Pro lege Manilia. 2. Pro Milone 3. Pro Plancio. 4. Pro Sylla. 5. Pro Archia. 6. Pro Marcello. 7. Pro Q. Ligario. 8. Pro Rege Dejotaro. 9. Pro P. Quintio. 10. Pro L. Flacco. 11. Antequam in exilium iret. 12. Cum Senatui gratias ageret. 13. Cum populo gratias ageret. 14. Pro domo ſua. 15. Pro P. Seſtio. 16. Pro A. Cluentio, deſunt quaedam. 17. In Vatinium. 18. De Provinciis decernendis. 19. In P. Clodium, quae in editis vocatur, de Haruſpicum reſponſis. 20. Pro L. Cornelio. 21. Pro M. Coelio.

In fine addita Ciceronis Epiſtola invectiva, vel declamatio in Octavianum Caeſarem, ſuppoſita, ſic incipiens:

„ Si per tuas legiones mihi licitum fuiſſet,
„ que nomini meo populoque Romano ſunt
„ inimiciſſime etc. etc.

In fine Codicis haec adſcripta:

 D. Johan.

No.	C.	*Seculi.*
	„ D. Johan. Brevis Coxae legavit Eccle- „ ſiae Pariſienſi. „ et adſcriptum nomen, ſi- „gils notatiorum expreſſum. *Monfault.*	
104.	4to Codex Membran. Olim Petri Danielis; dein Bongarſii.	*XIII.*
	Ciceronis de officiis Libri III.	
	Ciceronis oratio pro Milone. Deeſt finis.	
	ab alia manu.	
	Ciceronis de ſenectute, Fragmentum: deeſt initium.	
	ab alia manu.	
	Ciceronis Philippicarum Libri XIV.	*XIV.*
136.	Fol. Codex Membran.	*X.*
	Ciceronis orationes X. nempe, 1. priusquam in exilium iret. 2. Poſt reditum in ſenatu. 3. Poſt reditum ad populum. 4. De domo ſua. 5. Pro P. Sextio. 6. In Vatinium Teſtem. 7. De Provinciis Conſularibus. 8. De aruſpicum reſponſis. 9. Pro Cornelio Balbo. 10. Pro Caelio.	

395. 4to

No.	C.	Seculi

395. 4to Codex Membran. XIII.

Ciceronis orationes VI. nempe. 1. Pridie quam in exilium mitteretur. 2. Poſt reditum ad Senatum. 3. Poſt reditum ad Quirites. 4. Pro Marcello. 5. Pro Ligario. 6. Pro rege Dejotaro.

527. 4to Codex Membran. XVI.

Ciceronis Philippicarum oratio quarta, et nona, quae ſic incipit: Vellem dii immortales etc.

Additae ſententiae ex Philippicis excerptae.

202. 4to Codex Membran. Olim Petri Danielis. XV.

Cicero de Amicitia.

Deeſt initium uſque ad haec verba: „ Multis locis repudianda; neque enim conſentaneum eſt ullam honeſtam etc.

Eodem Codice.

Ciceronis Paradoxa.

Eodem Codice.

Ciceronis orationes, pro Marcello, pro Q. Ligario, pro Rege Dejotaro.

244. Fol. Codex Chartac. Olim Monaſterii Portae Montis, ſive Thorberg. XV.

No.	C.	Seculi.

Cicero de officiis Libri III.

391. 4to. Codex Membran. *X.*

Ciceronis de officiis Libri III.

608. 4to Codex Membran. *XV.*

Ciceronis de officiis Libri III.

514. 4to Codex Membran. *IX.*

Ciceronis de officiis Libri III.

Eodem Codice. *XII.*

Ciceronis de amicitia Liber.

Deeſt finis; deſinit in illis verbis: „ Aperte „ enim adulantem nemo non videt, niſi „ qui admodum eſt ex cors.

438. 4to Codex Membran. Olim Bongarſii. *XV.*

Ciceronis Tuſculanarum quaeſtionum Libri V.

246. 4to Codex Chartac. *XV.*

Le Livre de Tulle, de la vieilleſſe, translaté du commandement du tres excellent Prince Loys Duc de Bourbon, Seigneur de Beaujeu, Oncle le Roy de France, par Laurens en 1405.

No.	C.	Seculi.

287. Fol. Codex Chartac. Olim Bongarſii. XV.

Cicero de ſenectute, graece, a Theoro Gaza.

161. Fol. Codex Membran. XIV.

Flores ex Cicerone de officiis, et de amicitia, aliisque ejus ſcriptis.

472. 4to Codex Membran. Olim Bongarſii. XII.

Claudiani carmina,

quae extant in editione ad uſ. Delph. à pag. 22. vel Libro I. in Rufinum uſque ad pag. 612. ejusdem editionis; deſinit noſter Codex verſu 33. Gigantomachiae, caetera deſunt.

633. 4to Codex Membran. Olim Petri Danielis. XII.

Claudiani in Rufinum Libri I. verſus 161. priores.

Claudiani de 4to. Conſulatu Honorii Fragmentum a verſu 256. ad verſum 417.

527. 4to Codex Chartac. XVI.

Claudiani Carmen 49. quo fons Aponus deſcribitur.

No.	C.	*Seculi.*
380.	4to Codex Membran. Olim P. Pithoei: hoc titulo.	*VII.*

Ars Cledonii Romani Senatoris Conſtantinopolitani grammatici.

Hic idem eſt Codex, ex quo Cledonium edidit Putſchius pag. 1856. ſeq. Grammaticorum. Scriptura Codicis eſt illa quae Romana rotunda vocatur. Antiquiſſimus vero iſte omnium noſtrae Bibliothecae eſſe videtur. Priores duas praefationis lineas, vetuſtate partim deletas, integras omiſit Putſchius; quae ante illa verba: „ *Fluentibus verbis ſcri-* „ *bis ad me* etc. extant in noſtro Codice; in quo hae voces leguntur, *a picibus* — — „ *defixis et* — *lectione* —— In illa prima „ ſententia praefationis diverſam lectionem „ obſervavimus, ab Editis, ſic enim Codex: „ „ ut ea quae in arte utraque doctiſſimi Do- „ nati nebuloſa caligine legentis obſcurat in- „ ſcitia „ Sic vero Putſchius: „ legentis „ obſcurant inſcitiam „ male, ut mihi videtur. In prima Codicis pagina adſcriptus eſt alius Titulus, qui praefationi praemittitur, nempe: *Clenodii Grammatica.*

Non omnia ad fidem Codicis exprimere mihi viſa eſt Editio Putſchiana. e. g.

De Interjectione.

Sic Putſchius: „ Optantis ut O; o multas par- „ ticulas habet.

„ Interjectionem dolentis pro ſenſu intelligi- „ mus, quoties ſignificat miſerationem.

Haec autem noſter Codex:

„ Interjectio eſt pars orationis interjecta „ aliis partibus orationis, ad expraemen- „ dos animi affectus ut metuentis ut E. 9. „ aut optantis ut O, aut dolentis ut Eu, „ aut optantis ut o; o multas particulas „ habet etc. etc.

Adje-

Adjectum eſt in fine fragmentum de Barbariſmo; quod non edidit Putſchius: nempe haec:

„ Barbariſmus eſt una pars orationis; vitia
„ orationis ſunt duodecim, Barbariſmus, So-
„ lycismus, Acyrologia, Cacenfaton, Pleo-
„ nasmos, Periſſologia, Acrologia, Tautolo-
„ gia, Ellipſis, Tapinooſis, Kakoc etc. etc.
„ cetera deſunt.

123. Fol. Codex Membran. Olim S. Benedicti Floriacenſis, dein Bongarſii; prima pagina hic legitur Titulus: IX.

Clementis Scoti Liber de partibus orationis,

Deeſt initium et finis. Citantur ab eo multa ex vetuſtis autoribus; loca plurima ex Vergilio Aſiano. Citantur etiam *Comminianus* grammaticus, de quo vide Fabritium Bibl. Lat. Tom. I. pag. 782., *Maximianus*, (de quo vide eundem Fabrit Tom. I. pag. 252.) quem regulam Metricam ſcripſiſſe refert Labbeus Bibl. MSS., *Papirinus* quem Papirinum praetextatum eſſe conjecit Bongarſius; Sulpitius, Aeneas, Servilius, Lucanus, Gilvidius, Etherius, Donatus, Praetorius, Hilarius, Glengus, Galbungus; ex autoribus editis, Virgilius, Horatius, Cicero, Priſcianus, Iſidorus, Pompejus, Feſtus, Auguſtinus, Hieronimus, Probus, Donatus, Conſentius, Sergius, Terentius Comicus, Suetonius, Plinius, Juvencus, Cato.

Vixit Clemens Scotus tempore Caroli M, hactenus ineditus. Hunc Claudium Clementem Scotum vocat Fabritius Bibliotheca medii aevi, et Monachum Benedictinum fuiſſe ait, quem alii confundunt cum Claudio Taurinenſi; ſcholis

variis ordinandis praefuit cum Alcuino. Ambos *in ſaecularibus et in ſacris ſcripturis incomparabiliter eruditos* vocat Monachus Sangallenſis, quem edidit Caniſius. Deeſt initium, prima pagina ſic incipit: „Eſt apud latinum unde latinitas orta eſt. Major populus et magis egregiis artibus pollens „Tuſci fuerunt qui de natura linguae ſuae „S. Litteram raro exprimunt. Haec res eam „facit habere liquidam. Hoc ſciendum quod „iſta littera liquida fuit apud antiquos Poe„tas. Apud poſteriores vero de metro ex„cluditur ut *Maximianus* dicit. Quia licen„ti antiqui et ipſa quaſi pro liquenti ute„bantur inerudita adhuc novitate quod poſte„riores poetae non egerunt etc.

Locum unum ubi Virgilius Aſianus (Grammaticus) Etherius et Galbungus citantur, hic afferam. Eſt vero in ea operis parte, ubi agitur de Adverbio:

„Nam, *eſto* neutralis verbi imperativus mo„dus tempore futuro eſt cujus ſyllaba prior „acui debet; ſi vero adverbium fuerit *eſto* „prima ſyllaba correpta poſterior neceſſario „acuetur. Eſt etiam ſenſus hujus adverbii „*eſto* hoc eſt *recte*, ſecundum illud *Galbungi*, „*eſto inquid quaerunt*, *hoc eſt*, *recte quaerunt*. „Eſt etiam *eſto* quod pro forſitan accipi „ſolet *Etherio* citante: *Eſto Romani vincere* „*poſtero valeant tempore*, hoc eſt *eſto* pro *for*„*ſitan* poſuit. *Virg.* multi adverbia de con„junctivis faciunt ut *ergo* pro *ſepe* ponant, „*tamen* pro *inde*, juxta illud Virgilii Aſiani. „Ergo ſapientes legunt tua ſcripta o Cato. „Hoc eſt dicere *ſepe legunt*. Et ipſe Cato, „*tamen*, inquit, *reverſi Romam veniunt*, hoc „eſt, *inde* reverſi. Virg. Adverbium eſt „quarta orationis particula quae quia verbo „adhaeret adverbium vocatur.

Virgilius, qui hic citatur, eſt Virgilius Grammaticus,

maticus, idem forſitan cum Virgilio Aſiano, forſan diverſus. Eorum ſcripta intercidere.

Locus, ubi *Lucanus* quidam et Donatus citantur, talis eſt, ubi agitur de conjunctione.

„ *Virg*. Quanquam in quinque ſpecies con-
„ junctio diviſa ſit tamen in ſeſe commiſcen-
„ tur ut unaquaque alterius ratione pro dictio-
„ num qualitate utatur. Frequenter enim cau-
„ ſales pro rationalibus et copulative pro cau-
„ ſalibus poni ſolent ut pro *enim et* ponatur
„ ſicut Cicero: *Viciſtis vos et dii vos juve-*
„ *runt*, tanquam hoc diceret: viciſtis *quia*
„ dii vos juverunt. *Virg*. *Quam* et *enim*
„ pro *tamen* ſi ponuntur ſicut *donatus* ſic fatus
„ eſt: *Quanquam me accuſent*, *quam ego auto-*
„ *ritate certa fidens omnium probra tempno* hoc
„ eſt *tamen* omnia tempno. *Lucanus etiam de*
„ *imbecillitate Tuſcorum* ſcribens enim inquit:
„ *Multos vivant annos non ſe unquam vindica-*
„ *bunt*, hoc eſt, *ſi* vivant.

In margine huic loco adſcripſit Bongarſius „ ſequentia: In altero vetuſto Codice ſic habe- „ tur: „ *Donatus Praetorius* in Apologetico ſic „ fatus eſt: quanquam etc.

Et: *Vulcianus* de imbecillitate Tuscorum, „ Enim, inquit, multos vivent annos, ſe nun- „ quam vindicabunt, hoc eſt ſi vivant.

Ordo operis de quo nobis ſermo eſt, talis:

De litteris, de ſyllaba, de quantitate, de accentibus, de VIII. partibus orationis, de deffinitionibus, de accidentiis, de qualitate, de praenomine, de nomine, de cognomine, de diſcretione derivatorum, et diminutivorum nominum, de differentiis participiorum et nominum, de figura, de caſibus, de numero, de qualitate, de verbo, de adverbio, de participio, de conjunctione, de praepoſitione.

Sequitur

Sequitur caput novum et forſan diverſi operis initium, de litteris, ſyllabis, pedibus, accentibus, poſituris, de grammatica, de partibus orationis, quas diſtincte tractat. Totum opus formam habet dialogi inter magiſtrum et diſcipulum. Ultimum operis caput agit de Interjectione; ſic deſinit: „D. Quid „proprie patitur interjectio prae ceteris parti„bus orationis?

M. „Quod in ea incerti ſunt accentus, ſic„ut in ceteris inconditis vocibus, et pro„prie quarumcunque linguarum ſunt, nec „facile in aliam linguam transferuntur.

Sequitur dialogus inter diſcipulos et magiſtrum, ſic incipiens:

D. „Audivimus te doctiſſime Magiſter ſepius dicentem quod philoſophia omnium eſſet vir„tutum magiſtra, et haec ſola fuiſſet quae „inter homines (lege, *omnes*) divitias ſecu„li nunquam miſerum ſe poſſidentem re„quiſſet etc. Tractat iſte dialogus de praeceptis quibusdam moralibus; et praemittitur Grammaticae Flacci Alcuini quam edidit Putſchius inter grammaticos pag. 2075. ſeq. In iſto dialogo, pag. 2078. quaedam omiſſa ſunt editione citata quae ex noſtro Codice hic reſtituimus? poſt illa verba:
„M. Eſt ne ſapientia Decus, et dignitas ani„mae? D. Eſt vere.

„M. *Nonne absque ratione eſt animam aliis* „*quam decore et dignitate ſua eſſe perpetuum?* D. Conſequens videtur etc.

Sequitur Alcuini Grammatica, qualis edita eſt a Putſchio; ultimae lineae, de interjectione, quas non exhibuit Editor, tales ſunt in noſtro Codice: poſt haec verba: *incondita voce proferuntur.*

„Exem-

No.	C.	Seculi.

„ Exempla de circum circa. In
„ canone Laodicenſi, Era XII.
„ ut Epiſcopi Judicio Metropolita-
„ norum et Epiſcoporum qui cir-
„ cum circa manent promoveantur
„ ad Eccleſiaſticam dignitatem Jo-
„ hannes Conſtantinop. Epiſcopus
„ ſuper Epiſtolas Pauli ad Hebraeos.
„ Omil. XXX. Verumtamen ad-
„ propinquamus filio Dei et non
„ ſicut mors es. Illic enim erimus
„ (Eremus) erat et circum circa
„ deſectio hic autem civitas et mi-
„ lium celebritas angelorum. Item
„ Johannes Epiſcopus in ſermone
„ de Miſericordia: Avarus calomni-
„ ator pauperum et mediocrem pre-
„ mit, vicinum excludit et omnes
„ circum circa poſitos infeſtando
„ depellit.

Deſinit Alcuinus in folio 78.

Sequitur alia Grammatica, de qua inter *Grammaticos*.

459. 4to Codex Chartac. Olim Bongarſii. XV.

Georgii Codini Excerpta de Antiquitatibus Conſtantinopolitanis.

Graece.

Ab

No. | C. | Seculi.

Ab initio Codicis haec leguntur: Εντεῦθεν ἄρξȣ τὴν ἀρχὴν τῶν πατρίων. Additur iſte Titulus: παρεκβολαὶ ἐκ τῆς βίβλȣ τȣ̃ χρονικȣ̃ περὶ τῶν πατρίων τῆς Κονσταντινȣπόλεως, καὶ πόθεν ἐκλήθη Βυζάντιον παρὰ Γεωργίȣ τȣ̃ κωδινȣ̃.

Hanc ſcriptionem cum Editione Commeliniana contulimus, tum quod cum ea magis quam cum nuperis Editionibus conveniat, tum praecipue quod eandem comparationem jam ante nos inſtituerit Bongarſius.

Omnia recte ſe habent uſque ad pag. 28. Edit. Commel. ibi linea 8, ante illa verba χρὴ δὲ εἰδέναι, ὅτι τῶ πεντακισχιλιοστῶ etc. inſeritur fragmentum περὶ τῆς Σχηματογραφίας τῆς κωνσταντινȣπόλεως; quod in Codini editione in corpore Hiſt. Byzant. p. 11. et ſeq. ſupereſt, prima autem ejus verba haec ſunt: χρὴ γινώσκειν ὅτι τȣ̃ Βύζαντος etc. Sed non integra eſt iſta ſectio in noſtro Codice, ultima enim verba ſunt βασιλέων αὐτοκρατορησάντων, quae in Edit. Corp. H. Byz. pag. 12. inveniuntur. Ibi vero in noſtro Codice ſubjungitur: καὶ τοίαυτη μὲν καὶ ἡ τȣ̃ μεγάλȣ Κωνσταν-

τίνω

τίνω τῆς μεγαλοπολέως σχηματογραφία. Tunc iterum Codex noſter cum Commeliniana Editione pergit his verbis: χρὴ δὲ εἰδέναι uſque ad pag. 31. καὶ τὴν θόλον. vel, ut in Codice noſtro legitur, τὸν θόλον. Ibi ſine ulla interruptione ſubjunguntur, ab his verbis: τὴν δὲ ἁγίαν Εὐφημίαν, quae ex ſectione Codini de aedificiis Conſtantinopolitanis deſumta pag. 47. Editionis nuperae Corp. Hiſt. Byz. occurrunt. Inde jam Codex noſter cum illa Editione pergit uſque ad pag. 64. quae illius ſectionis finem facit.

Sequuntur ea quae F. Junius ope manuſcriptorum veterum Commelinianae Editioni addere juſſit inde a. p. 7. ab illis verbis, πίναξ τοῦ βιβλίου uſque ad paginam 12., ita tamen ut aliquando Junius in animadverſionibus citatis, aliquando noſter Codex ſit prolixior in enummerandis officiorum ordinibus.

Ultimo tandem loco ſequitur:

Sectio quaedam ex Codini libro de officialibus Palatii Conſtantinopolitani.

Ea in noſtro Codice hunc praefert Titulum: περὶ τῶν φορεμάτων ἑκάστου τῶν ἀξιωμάτων eſtque eadem quae in Commelin. Edit. p. 17. ſic inſcribitur:

περὶ τῶν περικαλυμμάτων τῆς κεφαλῆς etc. Hanc ſectionem Bongarſius, auctiorem correctioremque quam in editis, ad marginem

No.	C.	Seculi.

Edit. Commel. quae in Bibl. noſtra ſupereſt, diligenter contulit. Pergit Codex noſter cum Commel. Edit. uſque ad pag. 41. τὰ τῦ λολογοθέτῦ, ubi mutilus deficit.

417. 4to Codex Membran, cui titulus hic eſt: IX.

Compotus Graecorum ſive Latinorum.

His verbis incipiens: „Januarius, Augu-„ſtus, et December IIII. Nonas habent XVIIII. Poſt Idus et dies XIII.

Eſt vero Liber de computo, ubi agitur de termino Paſchali, de Indictionibus, de Epactis, et reliquis hujus argumenti. Aetas auctoris cognoſci poteſt ex loco, ubi de Indictionibus inveniendis agitur: Sic vero auctor:

„Si vis ſcire quota Indictio eſt anno praeſen-„ti. Sume annos Domini DCCCXXVI. „Adde regulares III., quia quando Incarna-„cio facta eſt. III. anni de illa Indictione „proceſſerunt; fiunt DCCCXXVIIII. hos „divide per quintam decimam partem, dimit-„te DCCL. remanent LXXVIII. dimitte „LXXV. remanent IIII. quarta Indictio eſt „in anno preſenti.

Multa auctor ex *Beda* deſumſit. Per problemata ſingula tractat argumenta; ita ut ſic incipiat; Si vis ſcire. etc. Operi finem imponunt quaedam capita, veluti, *de ſignis duodecim Menſium*, *de Lunae curſu per XII. ſigna*, *de cauſis quibus nomina acceperunt XII. ſigna*, *de aetate*, *de ſaeculo*, *de mundo*; quod caput eſt ultimum, in haec verba deſinens. „Ut caelum et aer, ſol et luna et mare et „flumina, et tempora, et noctes, et dies, et „anni, ſemper in motu ſunt. Quibus aeli-„mentis ut ait Iſidorus, nulla requies conceſ-

ſa

„ ſa eſt. Finis. Qui vivit in aeternnm cre-
„ avit omnia ſimul. Utenti vita aeterna, le-
„ genti fides, creſcat in Domino. „

Sequitur Liber de *Aſtronomia* Capita XLVIII. complexus, quorum ultimum de nominibus ſtellarum, ex quibus cauſis nomina acceperint, agit. Sequitur Bedae Liber de diviſione temporum, editus inter reliqua ejus opera. Hunc inſequitur Iſidori Liber de natura rerum. Sequuntur Tractatus de Litteris Hebraeis, Graecis, Latinis, de Ponderibus et Menſuris pauca.

In ultima Codicis parte ſunt homiliae duae in S. Johannem Babtiſtam.

Notandum eſt, in Capite ſupra citato de ſignis XII. Menſium reperiri verſus illos de XII. ſignis quos in Claſſi Theologica MSS. ad Codicem Calendarii 441. adſcripſimus, quos in eo Codice, de quo nunc nobis ſermo eſt, emendatiores eſſe quum percepiſſem, hîc denuo addere lubet: Incipiunt autem hic a Menſe Aprili.

„ Reſpicis Aprilis aries Frixea Kalendas.
„ Majus Agenorei miratur cornua tauri
„ Junius aequatos Caelo videt ire laconas
„ Solſtitio ardentis cancri fert Julius aſtrum
„ Auguſtum menſem Leo fervidus igne perurit
„ Sidere virgo tuo bachum September opimat
„ Aequat et Octimber ſementis tempore libram
„ Scorpius hibernum praeceps jubet ire Novembri
„ Terminat Arci tenens medio ſua ſigna Decembri

„ Principium Jani ſancit Tropicus Capricornus

„ Menſe Nume in medio ſolidi ſtat ſidus Aquari.

Hos verſus etiam Beda in Computo, qui dicitur Ephemeris, partim exhibet, ubi etiam illi verſus de diebus aegris vel Aegyptiacis, quos ex Codice 441. edidimus, exſtant.

Novimus quidem Rabani Mauri librum de Computo edidiſſe Baluzium Tomo I. Miſcellaneorum; qui Liber cum non ſit ad manus, et aetas noſtri auctoris cum aetate Rabani Mauri eo incidat, forſitan ille ipſe noſter erit.

B. 48. 4to Codex Chartac. Olim Joh. Sambuci; *XIII.*

In ſumma parte primae paginae, a manu recentiori adſcriptum.

„ Τὸ *παρον βιβλίον κτῆμα ἐςιν ἀρσενίȣ*

„ *τȣ̃ μονεμβασιȣ.* „ Hunc Arſenium, Monembaſiae Epiſcopum anno 1535. defunctum commemorat Fabritius Biblioth. graecae Tomo X. pag. 222.

Continet autem Codex noſter:

Conſtantini Manaſſis Chronicon ſtichis, vel verſibus exaratum.

A Meurſio editum, dein inter ſcriptores Hiſtoriae Byzantinae. Titulus noſtri Codicis talis:

„ τοῦ

„ Τοῦ μακαριωτάτε φιλοσόφε κυρίε
„ κονςαντίνου τοῦ μανασσῆ σύνοψις χρο-
„ νικὴ διὰ ςιχων ἀπὸ κτίσεος κοσμε
„ τὴν ἀρχὴν ποιεμένη. καὶ διηκοῦσα
„ μέχρι τῆς βασιλείας τοῦ βοτανιατε
„ κυρίε νικηφόρου. το προόμιον πρὸς
„ τὴν σεβαςοκρατόρισσαν (κυρα ειρηνην)
„ (editi habent ειρηνην) τὴν νύμφην
„ βασιλεος τε κυριοῦ μανουὴλ. ἐπὶ τῷ
„ αὐταδέλφω αὐτοῦ κυριῷ ἀνδρονίκω.

Priora 8. Codicis folia à manu recentiori adſcripta ſunt, uſque ad illum locum, ubi de lapſu Adami et Evae:

„ παρήκουσαν τῆς ἐντολῆς ἔφαγον ἐκ
„ τοῦ ξύλου.

Reliqua Codicis Seculi XIII. ſcripturam ſapiunt.

No.	C.	Seculi.
1		

Poſt ultima quae in editis exſtant, et in iſto verſu deſinunt:

,, Οὐ γὰρ περάσιμά φασι τὰ τῶν γα-
,, δείρων πέρα.

Additi ſunt in noſtro Codice, verſus ſequentes:

,, Βίβλος πέφυκα πὲρ λόγȣς γηροτρέ-
φος
,, Γηρῶσα τῷ νῷ καὶ νεάζȣσα πάλιν.
,, Τοίνυν περ ἔνδον ἐιςφέρω τῶν ἐγκατῶν.
,, βίȣς ἀνάκτων τῆς νέας ῥωμαίδος
,, ῥώμης παλαιτάτης τε καὶ τριπεμπέλȣ
,, πολλῶν τε πάντων τῶν βεβασιλευκότων
,, πέρσαις τὲ χάλδαίοις τε καὶ ἀσσυρίοις
,, πόνημα καὶ γὰρ πανσόφȣ κωνςαντίνȣ
,, πέλω μανασσῦ τȣ̃ γραμματικωτάτȣ

Dein hi verſus:

,, εἴληφε τέλος συν θεῷ παντεργάτη

βιβ-

„βιβλος μανασση παρ' εμȣ αλεξιȣ
„Οι δ'αναγινωσκοντες ταύτην εκ πόθȣ
„Λέησιν θεῶ ὑπὲρ ἐμȣ ποιεῖτε
„Ὅπερ ἕυρω ἵλεον ἀυτον ἐν κρίσει.

Hinc patet, Alexium quendam hunc Codicem deſcripſiſſe.

Ultimis Codicis paginis additi ſunt verſus Theodori Prodromi, de quo Fabritius Biblioth. graecae. Tomo VI. pag. 816. additum in margine nomen auctoris, ſic:

τȣ κυριȣ θεοδωρȣ τȣ προδρομȣ,

Sunt autem quae noſter Codex exhibet, Carmina ſequentia.

1. Carmen acroſtichum, cujus primae litterae hunc verſum efficiunt.

ὡς ἠξιωσας ὡς νοω ῥῆσιν ναω

Primi verſus tales ſunt:

ὡσ· ἠξίωσας

ςοργὴν πὲρ δεικνὺς

ἢ μοι πρόσεςι

ξένιζομει δὲ

No. C. *Seculi.*

ακμας καταυχμος.

2. νουθετικοι. Sic incipiunt.

εχε προ παντων τον θεου φοβον ξενε

3. κατα φθονουντων.

4. επι κηπου.

5. εις εικονισμενον βιον. πολιτικοι.

Tria haec ultima Carmina edita extant inter Theodori poemata, ab Erhardo. Lipſ. 1598. 8vo.

195. Fol. Codex Chartac. Olim Bongarſii. *XVI.*

Conſtantini Manaſſis Chronicon per ſtichos politicos, graece.

Hunc Codicem cum praecedenti contulit Bongarſius et varias addidit lectiones. Titulus hic occurrit diverſus paulo a priori.

„ του σοφωτατου μανασση κυριου κωνσταν-
„ τινου ποιημα δια στιχων πολιτι-
„ κων „ etc.

Ad-

No. C. Seculi.

Adſcripſit haec Bongarſius:

„ Deſuerunt in hoc verſus 98. quos ex li-
„ bro Sambuci ſupplevi; deerant in Sambuci
„ libro verſus 26. quos in hoc repperi.

550. 4to Codex Chartac. XV.

Cratis Cynici Diogenis diſcipuli Epiſtolae.

Latine; praemittitur Epigramma de laudibus Philoſophiae. Sequitur praefatio *Athanaſii Conſtantinopolitani Archienſis* Abbatis ad dominum Principem Karolum Arragonium primogenitum: Sic vero ea Praefatio incipit:

„ Cum ſuperioribus diebus me Illuſtriſſime
„ Princeps cum tuis
„ Litteris commendatitiis ad Excellentiſſi-
„ mum Siciliae Protegem pro mei capiendi
„ Monaſterii poſſeſſione contuliſſem, poſſes-
„ ſionem quidem haud habere potui, ſed
„ Epiſtolas quorumdam Philoſophorum et
„ preſertim *Cratis Cynici* fortuna optima rep-
„ peri, refertas optimis ſententiis, refertas at-
„ tica eloquentia, refertas denique Cynica il-
„ la Philoſophia; quas cum repperiſſem, ma-
„ xima certe letitia affectus ſum, arbitra-
„ bar enim, quo ſi eas latinas fecerim et ti-
„ bi Principi litteratiſſimo humaniſſimoque
„ dedicaverim non ſolum gratitudine dignus
„ apud te exiſtimandus eſſem etc. etc.

Se itaque has Cratis Epiſtolas in latinam linguam vertiſſe teſtatur ille Athanaſius. Sunt autem hic Epiſtolae numero 28. quarum 24. priores ſunt Cratis; Inſcriptae ſunt 7. priores ſociis; 8 - 10. ado-

leſcentibus. 11. Patrocli 12. Matrodi. 13. Eumupolo. 14. Divitibus. 15. Theſſalonicenſibus. 16. Athenienſibus 17-21. Hipparchiae Conjugi. 22. Matrodi. 23. Aperi. 24. Herioni. Quatuor reliquae ſunt, Socratis Platoni, Anacharſidis Medico, Anacharſidis Annoni, Anacharſidis Athenienſibus. Has tres ultimas reperimus graece inter Epiſtolas Anacharſidis editionis Aldinae 1501. Quaedam tamen diverſa à graecis, quaedam ridicule translata videntur. Veluti in illa Epiſtola Anacharſidis ad Medicum qui graece μηδοκος dicitur, graeca ſic habent:

„φθονος και ποιησις μεγάλα τεκ-
„μήρια φαύλης ψυχῆς.

„Invidia et *Poeſis* magna ſunt ſigna pravi
„animi.„

Diverſas etiam noſtras inveni ab illis graecis *Cratis*, praeter quinque quae ſunt in Editiono Aldina 5. 6. 11. et 14. inter noſtras autem 4. 3. 6. 9. et 13.

Deſunt in noſtro Codice et illa ad Origenem, et reliquae. Duas autem ex noſtris hic ſpeciminis loco edimus, incerti, an alias typis mandatae fuerint. Crates Hipparchiae. S. P. D. (erat haec uxor Cratis). Intellexi te peperiſſe, et facile, at tu quidem nihil ad nos ſcripſiſti; grates Deo et tibi. Credis igitur „ne nunc quod laborare quieti cauſam dede„runt. Non enim ita facile peperiſſes, ſi „cum gravida non laboraſſes, ut ii facere „ſolent qui certamen inire ſtatuerunt. Sed „complures mulieres, quando gravidae ſunt, „delicatiſſime vivunt, cum autem parturie„rint, quibus contingat, ſi modo contingere „poſſit, ſalvam evadere, egrote deinceps „permanent.

Sequens ejusdem ad Hipparchiam.

Infans

„ Infans natus eſt, ſed ſi oſtendas cujusnam
„ gratia nobis evenerit, habebis curam hu-
„ jus catuli noſtri; habere curam eſt ſi eum
„ tibi digne educaveris. Sit igitur ei balneum
„ aqua frigida, faſcia tribo, cibus quantum
„ ſufficit lactis et non ad ſaturitatem, cuna-
„ bulum teſtudinis concha, ipſam enim ad
„ morbos pueriles utilem eſſe percipimus.
„ Quando autem loquendi ſeu ambulandi tem-
„ pus aderit, ornatum non enſe quemadmo-
„ dum Ethra Theſeum ornavit, ſed baculo,
„ et tribone et pera, que magis poſſunt ho-
„ mines tueri, quam enſes, mitto Athenas.
„ In ceteris autem nobis cura erit, ut eum
„ pelargum pro cane tibi in ſenectute re-
„ mittamus.

Eodem Codice extant.

M. Bruti Epiſtolae, latine ex verſione Rainutii.

Praemittitur ejusdem praefatio ad Nicolaum V. Pontificem, et Mitridatis Prohemium, quod ſic inſcribitur:
Mitridates Mitridati nepoti ſ.

De *Crate*, et *M. Bruto* vide Fabritii Bibl. Graecae Lib. II. Cap. X.

451. 4to Codex Membran. Olim Petri Danielis, dein Bongarſii. X.

Quinti Curtii Rufi de rebus geſtis Alexandri Magni Libri ſuperſtites.

No.	C.	*Seculi.*
282.	Fol. Codex Membran. Olim Bongarſii.	*X V.*

Q. Curtii Rufi de geſtis Alexandri Magni.

A. 25.	Fol. Codex Chartac.	*X V.*

Quinte Curſe Ruffe des fais d'Alexandre le grant.

Praemittuntur Argumenta Librorum et Capitum. Sequitur Dedicatio operis, quae ſic incipit:

„Le Prologue du Translateur —— A tres „hault, tres puiſſant, et tres excellent „Prince et mon tres redoubte Seigneur „Charles par la grace de Dieu duc de Bour„gogne de Lothr. de Brabant, de Lembourg „et de Luxembeurg, Comte de Flandres, „d'Arthois, de Bourgogne, Palatin de Hay„nault; de Hollande, de Zeelande et de Na„mur etc. *Vasque de Lucenne Portugalois* „humble ſervice et prompte obeiſſance.

In fine Codicis haec leguntur:

„Fin de ce preſent Livre intitulé Q. Cur„ce des fait d'Alexandre etc. — eſcript au „nom et pour la utilité de noble Glaude „Bergier Eſcuier d'Escuierie du Roy de Fran„ce ores reignant et de mon tres redoubté „Seigneur feuſt Loys Duc de Savoye et „Maiſtre d'Oſtel de! Illuſtre et tres reve„rend Seigneur Francois de Savoye, Proto„notaire Apoſtolique, l'an de grace 1459. „eſcript au Pont de Ins.

221. Fol.

No.	C.	Seculi.
221.	Fol. Codex Chartac. Olim Bongarſii.	XV.

Q. Curtii Epiſtolae.

Eas edidit Fabritius Bibl. Latin. Tom. 2. Conſentit cum editis noſter Codex uſque ad Libri 4. Epiſtolam 2. ubi auctor *omnes ſapientes Liberos eſſe* diſputat, caeterae in noſtro Codice deſunt. Subjunguntur vero Epiſtolae 3. diverſi argumenti quarum ultima ſic inſcribitur.

Guarinus Bernardo ſuo ſ. d. Eſt autem talis:

„ Beaſti me tuis litteris quas ad me nuper de „Luca dediſti. Nam cum nuncio de Te nullo jam„ dudum accepto anxius eſſem pro mea de te cu„ra et cogitatione reddidiſti mihi animum qui „ tecum erat cum ubi eſſet ignorarem. Bene „ eſt cum tibi bene eſſe audio. Nec vero ani„ mum demittas velim quia demittendum fuit „ ſtudium; etenim ut in fabulis traditum eſt, „ Phoebus aliquando Admeti pavit armenta, „ ut liberior iret ad ſuperos. Te etiam ta„ cente exploratum habebam meas tibi leticiae „ fore res quas Deus et hic Princeps Illuſtris „ mihi benigne impertit. Nam mea tibi „ quoque communia facit amicitiae noſtrae „ vis et ut pro communicatione bonorum te „ ipſum praeter ſpem locupletiorem eſſe in„ telligas, ſcito me liberorum decem numero „ coronari. Jeronimus ſe tibi commendat „ quem horum ſtudiorum dulcedo non nihil „ attingit, et pro aetate ſatis progreditur; ut „ petis non nihil ſcriptorum meorum ad te „ mitto ut in manus oblatum, tu velut de„ guſtationes eſſe ducas, ſi non ſtomacaberis „ aut expues. Ad reliqua facies me facilio„ rem. Tu vale interim, et ſi quid habes „ novi, in re dico Libraria, fac me partici„ pem, nullum aliud repetundarum crimen ob„ jiciatur, et facito niſi librorum aut prece

aut

No.	C.	Seculi.

„ aut precio captorum aut habes me. Vale „ iterum. In fine hi verſus additi.

„ Stat ſua cuique dies, breve et irreparabile tempus

„ Omnibus eſt vite, ſed famam extendere factis

„ Hoc virtutis opus.

Guarinus iſte, eſt Guarinus Veronenſis, illuſtris Seculi XV. ſcriptor, et Litterarum inſtitutor, duodecim liberorum parens, de quo vide Fabritii Biblioth. medii aevi.

No.	*D.*	*Seculi.*

DAmaſceni vide Lexicon Etymologicon.

29. Fol. Codex Membran. Olim Bongarſii. *XIII.*

Eodem Codice cum *Eutropio*.

Daretis Phrygii hiſtoria de excidio Trojae;

multis numeris diverſa ab editione Daceriae. 1702. Amſterd.

In Catalogo navium graecarum, et Imperatorum, occurrunt varia quae omiſſa ſunt in editis, veluti poſt Ajacem Telamonium, ante Neſtorem, extat in noſtro Codice, *Polimeſtor cum navibus XC.* poſt Thoanta, et ante Ajacem Oileum, extat *Unerius eximi* (vel, uti

uti alter Codex legit, *Venerius eximia*) navibus numero L X I I. Summa navium quae Claſſem Graecorum efficiebat in fine ponitur mille, centum, octoginta et ſex; in editione citata fertur mille ducentum et duo.

Tandem poſt ultima illa verba editionis laudatae *Andromocham et Helenum mille ducenti*; *Hucusque hiſtoria Daretis*; non ſolum addita ſunt in noſtro Codice, quae etiam extant in editione Daretis Veneta 1499. et Lugdunenſi 1552. apud Gryphium, nempe nomina ducum Trojanorum; et Graecorum qui ſe invicem occiderunt; ſed poſt ultima illa verba editionis Dacerianae, et ante illum Catalogum, ſtatim inſertum eſt Fragmentum quod integrum hic exſcribimus.

„Igitur Eneas cum adhuc apud „Trojam poſt profectionem ma„neret Graecorum, cunctos ex „Dardania atque ex proxima pene „inſula ſollicitare cepit, adit, orat, „uti Antenorem regno ſecum „exuerent, et ſe in regnum ſubli„marent. At poſtquam perver„ſum de ſe nuncium Antenor „audivit, regrediens ad Trojam, „imperfecto Eneas negotio facile „cohibetur. Ita Eneas coactus „cum omni patrimonio a Troja „navigat, venitque ad mare Adri„aticum. Multas interim gentes bar„baras inveniens ibi, cum his qui

„ſecum

„ ſecum navigaverant civitatem „ condidit, appellavitque eam Corchiram Miliſiam. Ceterum apud Trojam poſtquam fama „ exiit, Antenorem regno potiri, „ cuncti qui bello reſidui nocturnam civitatis cladem evaſerant, „ ad eum confluunt, brevique ingens multitudo coalita eſt cum „ eo. Tantus amor erga Antenorem atque opinio ſapientiae „ inerat, ut a cunctis miraretur, „ fitque particeps amicitiae ejus „ Rex Gabinorum. Igiur quae „ in bello evenere Grecis et Barbaris cuncta ſciens, magna ipſe ex parte memorie dedi, et „ de Antenore ejusque regno que „ audieram retuli. Nunc reditum „ noſtrorum narrare libet. Igitur „ poſtquam impoſitis cunctis quae „ ſinguli in bello acquiſierant, „ ſolutis anchoralibus navigant deinde pupes ſecundante vento „ paucis diebus devenere ad Egeum mare; ibi multati imbribus „ ventisque et ob id ſeviente mari „ indigna ex parte perpeſſi uti „ ſors tulerat, diſpalantes hac et

„ illac

„illac rapiuntur. In quibus Lo-
„crorum claſſis perturbatis per
„tempeſtatem officiis nautarum,
„et inter ſe implicatis remigiis ac
„poſtremum fulmine cominuta,
„incenſa eſt. At rex Ajax Locro-
„rum poſtquam natando evadere
„naufragium niſus eſt, reliqui
„per noctem tabulis aut alio leva-
„mine fluitantes, ſcopulis appulſi
„pereunt. Per idem temqus Ajax
„Naupli filius, Palamedis frater,
„cognito grecos ad ſuos remea-
„re, Argos venit; ibi Egialem at-
„que Clitemestram falſis nunciis
„adverſus maritos armat, dicens
„eos adducere ſecum uxores ex
„Troja. Itaque muliebri animo ma-
„gis adverſum ſuos earum incitavit
„animos. Denique Egiales adve-
„nienti Diomedi per cives aditum
„prohibet. Clitemeſtra per Egi-
„ſtum adulterio ſibi cognitum,
„Agamemnonem in inſidiis capit,
„eumque interfecit. Brevique nupta
„adultero Erigonem ex eo edidit.
„Diomedes expulſus regno; Teu-
„cer prohibitus Salamina. Ce-
„terum plures eorum qui mare

„ inſidiasque evaſerant ſuorum,
„ apud Corinthum conſilium ha-
„ buere ubi juncti inter ſe ſingula
„ aggrederentur regna, belloque
„ aditum ad ſuos patefacerent.
„ Quam rem Neſtor prohibet ſua-
„ detque temptandos prius animos
„ civium, neque permittendum
„ ubique graeciam per ſeditionem
„ perire, ne forte inteſtinis dis-
„ cordiis omnes corrumperentur.
„ Non multo poſt ſua quisque re-
„ gna recepit. Idomeneus ad
„ patrium ſolum cum ſummo favo-
„ re remeavit, collecto numero
„ eorum quos idoneos credidit.
„ Inde per omnem Argivorum po-
„ pulum diſſenſio orta eſt animo-
„ rum quod diviſi inter ſe ſapien-
„ tes, ad poſtremum in partes diſce-
„ ſerint. Menelaus regnum re-
„ cepit. Interea per omnem In-
„ ſulam poſtquam cognitum eſt
„ Helenam veniſſe multi undique
„ virilis ac muliebris ſexus conflu-
„ unt, cupientes dinoscere cujus
„ gratie Helena eſſet, ob quam
„ orbis pene omnis ad bellum con-

„ ſpiraſ-

„ ſpiraſſet. Per idem tempus ex-
„ pulſus regno Theuchris (Teucer)
„ apud Cyprum Salaminam condi-
„ dit urbem. Itaque Ulixes ubi
„ vi ingruentium ſomniorum ac-
„ tus eſt, predictumque eſt ab in-
„ terpretibus vite exitum ei immi-
„ nere ab eo quem minime credi-
„ dit, vulneratus obiit, ſenior jam
„ provectaeque aetatis, neque in-
„ validus virium.

Hoc Fragmentum totum fere ad verbum reperitur Libro 6. Dictys cretenſis; ex quo forſan deſcriptum et Dareti Phrygio additum fuit. Nonnulla tamen diverſa hic obveniunt à verbis Dictys cretenſis. Ultima noſtri *Daretis* ſunt quaedam pauca de nominibus Grajorum, Trojae, Ilij, et ille Catalogus graecorum, qui in editis codicibus Dareti finem imponit. Varias obſervavi in noſtro Codice lectiones, quae mihi illis emendatiores viſae ſunt, quae editi exhibent. Exemplum unicum ad Cap. X I X. afferam. Sic ibi Editio Daceriae: „ Deinde quum Argivis non conſtaret, exeundi ad Trojam clam noctu an interdiu fieret, Palamedes ſuadet, et rationem addit, luce ad Trojam excenſionem fieri oportere.

Sic vero noſter:

„ Interea Agamemnon conſulit ſocios utrum
„ noctu acceſſionem ad Trojam au die age-
„ rent. Palamedes ſuadet etc.

No.	D.	Seculi.
427.	4to Codex Membran. Olim S. Remigii Remenſis.	X.

Hoc Titulo.

Daretis Frigii Hiſtoria de vaſtatione Trojae à Cornelio Nepote in Latinum ſermonem tranſlata.

Deeſt in iſto Codice Fragmentum, quod ſupra memoravimus; ſed in Catalogo navium Graecarum, et nominibus ducum, magis cum precedenti Codice conſentit, quam cum editis.

392.	4to Codex Membran. Olim S. Victoris Paris.	XII.

Dares de Excidio Trojae.

Nullus adeſt titulus, ſed continua ſerie, poſt alia quaedam ex Fulgentii Mythologiis. Notandum, etiam in Codice 427. Fulgentium extare.

Deſinit noſter Codex, mutilus quidem, in Capite Daretis XXXVI. his verbis „ *prodit Neoptolemus.* „

690.	8vo Codex Chartac.	XVI.

Demoſthenis Orationes, nempe Olynthiacae 3., in Philippum. 1a. de Pace, in Philippum 2a. De Halmeſo, de Cherſoneſo, in Philippum 3a., in eund. 4a., in Philippi Epiſtolam, Symbuleuticus;

graece; coeterae deſunt.

No.	D.	Seculi.

367. 4to Codex Membran. *XIII.*

Dictys Cretenſis de bello Trojano Libri VI.

376. 4to Codex Chartac. *XVI.*

Diogenis Laertii de vita et moribus Philoſophorum Epilogus, ſ. Abbreviatio, latine.

287. Fol. Codex Chartac. *XVI.*

Dionyſii enarrationes Orbis, graece.

Initio Codicis haec leguntur: „ Hanc Periegeſin vertit Priſcianus „ quod notandum contra illos qui vetuſtam Priſciani verſionem Rhemnio Fannio perperam tribuunt. Vide Fabritii Bibl. Lat. Lib. III. Cap. XI. Praemittitur brevis Dionyſii vita, ubi de ejus genere, et ſcriptis, quae interciderunt, agitur. Convenit haec vita cum iis quae fuſius hac de re ſcripſit, immo eadem eſt cum vita Dionyſii cujus fragmentum edidit Voſſius Poet. graec. et Fabritius Bibl. graecae Lib. IV. Cap. I. Adduntur notulae multae, maximam partem grammaticae.

286. 4to Codex Membran. Olim Celeſtinorum de Metis. *XIII.*

Donati Ars. Editionis ſecundae, uti

vulgo appellatur, cum Expoſitione Marginali, quae Remigio Antiſſiodorenſi tribuitur.

Sic vero hae Gloſſae incipiunt:

„ Incipit Editio ſecunda Donati Grammatici „ Urbis Romae, cum dicit ſecundam, in„ telligitur prima, quia Donatus duas edi„ tiones compoſuit, minorem ad pueros „ inſtruendos, majorem ad perfectiores. Mi„ nor vero ſub interrogatione et reſponſio„ ne compoſita eſt, quae congruit pueris. „ Major vero abſolute eſt compoſita.

Exemplum gloſſarum unum addimus, ad locum Donati ubi de barbarismo loquitur:

„ Itemque barbarismus in noſtra loquela, in „ peregrina barbalexis dicitur, ut ſi quis di„ cat, maſtrica catejas, magalia, acriacis.

Gloſſa. „ Maſtruga lingua Gallica dicitur „ veſtis ex pellibus ferarum facta. Catejas „ lingua Afrorum dicitur gladius. Magalia et „ Mapalia idem ſunt, videl. caſule paſtorum „ vel Cavanne. In his differt, quia Magalia „ producitur, Mapalia corripitur. Acriacis „ lingua Siriorum dicitur gladius.

No.	*E.*	*Seculi.*
79. Fol.	**Codex Chartac. Olim Bongarſii.**	*XVI.*

Epicteti Enchiridion. Graece.

Immixta ſunt varia à Chriſtiano quodam auctore. Pro capite 73. quod his verbis incipit in Editis Codicibus.

,, ὅταν τις ἐπὶ τῷ νοεῖν καὶ ἐξηγεῖσθαι
,, δύνασθαι τὰ χρυσίππου βιβλία σεμ-
,, νύνηται. etc.

In noſtro Codice ſubſtituitur caput hoc:

,, Μὴ ὀρέγου ἐξηγεῖσθαι τὰς γραφὰς
,, μάλιστα μὴ ἀκριβῶς περὶ αὐτῶν
,, παρειληφώς, ἀλλα ἀρχοῦ το πο-
,, ιεῖν τὰ ἀπ' αὐτῶν καὶ παραχώρει
,, τὸ λεγέιν τοῖς εἰδόσιν. εἰ δε τοῦ μὲν
,, ποιεῖν καταφρονήσεις ἐπὶ δὲ τὸ ἐξη-
,, γεῖσθαι μονῳ σχολάσεις οὐδὲν ἕτερον
,, ἢ γραμματικὸς ἀντὶ ἡσυχάστου γέ-
,, γονας, ἐν τούτῳ μόνῳ διαλλάττων

 ,, ὅτι

No. E. Seculi.

„ ὅτι τὰς γραφὰς ἀντὶ ὁμήρου ἐξηγῇ.
„ ἐνθυμοῦ δὲ ὁποία αἰσχύνη ἐστ' αὐτος
„ ἀναγινώσκων τὸ ἐυαγγέλιον καὶ
„ ἐξηγούμενος αὐτὸ καλῶς ἀσυμφονα
„ παράσχῃ τούτῳ τὰ ἑαυτοῦ ἐξηγούμενος
„ αὐτὸ καλῶς, ἀσύμφονα παράσχῃ
„ τούτῳ τὰ ἑαυτοῦ ἔργα.

Sequuntur variae ſententiae morales. Deinde ſub hoc titulo:

ἐξήγησις εἰς τὸ ἐγχειρίδιον Praefatio quaedam in Enchiridion Epicteti: Sic incipit.

„ ἐπανόρθωσις ἐςὶ πασῶν τῶν τεχ-
„ νῶν ἡ χριςιανῶν ἄριςος καὶ θεο-
„ φίλης φιλοσοφία.

Paraphraſis ipſa non ultra primum caput extenditur. Hoc Epicteti Opuſculum eodem Codice continetur cum Leonis, Arriani et aliorum Libris Tacticis, de quibus infra:

Epictetum cum Paraphraſi Chriſtiani edidit primum M. Caſaubonus Londini. 1659. quae editio non fuit ad manus.

No. *E.* *Seculi.*

691. 8vo Codex Chartac. *XVI.*

Epicteti Enchiridion. Graece.

Praemittitur Epicteti vita, a recentiori quodam auctore, et Epigrammata tria in Epictetum, quae in Planudis Anthologia exſtant. Primum eorum ſic incipiens:

Δȣ̃λος Ἐπίκτητος etc. in noſtro Codice Leonidi tribuitur, quamvis Gellio teſte Epictetum auctorem habeat. Subjunctum eſt unicum exemplum Commentariorum Hieroclis, et aliud ex Galeni opuſculo de dignoscendis affectibus. Fragmentum.

416. 4to.

Etymologicon. Vide Gloſſaria.

Etymologicon Damaſceni. Vide Lexicon.

416. 4to.

Evax de gemmis. Vide Medicos.

A. 50. 4to Codex Membran. *XV.*

Euclidis Geometriae Libri XV. cum commentario Campani.

Subjungitur.

Alberti de Saxonia Quaeſtio de Quadratura Circuli et alia Problemata;

Sequitur.

Magiſtri Thome Bravvardini de Aritmetica Lib. II.

In fine legitur.

„ Explicit Aritmetica Doctoris profundi Ma-
„ giſtri Thome Bravardini anno Domini
„ 1411.

Sequitur.

Algorismus Proportionum, et tres alii Tractatus de Proportionibus.

Sequitur.

Algorismus de Minutiis.

Sequitur.

Muſica Boetii abbreviata per C. de Muri.

Campanus ille Euclidis Paraphraſtes, quem ex Arabico vertiſſe dicitur, vixit, uti vulgo credunt, Seculo XI. Edita eſt haec in Euclidem Paraphraſis. Albertus de Saxonia commemoratur Fabritio Bibl. medii aevi,

aevi; non ille Tractatus de quadratura Circuli, forſan ineditus. Vixit Seculo XIV.

Thomas Bradvvardinus Anglus vixit Seculo XIV. Arithmetica ejus edita eſt.

Algorismus dicitur pro Algorithmus, quae vox, ex Arabico petita Arithmeticam univerſalem, ſive Algebram ſignificat.

Quis fuerit ille C. de Muri, Boetii abbreviator, an idem cum Conrado a Mure, Seculi XIII. ſcriptore, quem commemorat Fabritius Bibl. medii aevi, ignoramus.

99. Fol. Codex Membran. Olim Bongarſii. XII.

Eutropij hiſtoria Romana.

Mutilus eſt Codex ab illo loco Libri VII. ubi de Auguſti Caeſaris virtutibus loquitur ſic: „rarus quidem ad recipiendas a„micitias, ad retinendas conſtantiſſimus„ uſque ad illa verba Libri XII. ad regnum Valentis et Gratiani „Interea in partibus Africae. Inde Codex noſter integer procedit uſque ad finem, ea nempe habet quae in Eutropii Editione Baſileenſi 1532. fol. Multis tamen locis abit ab iis quae Paulus Diaconus et Landulphus Eutropii continuatores ſcripſere, quae legimus in Editis.

No.	F.	Seculi.
Fol. 108.	Codex Membran.	IX.

Faſti Conſulares, a Bruto et Collatino, uſque ad Conſulatum Gallieni VI. et Saturnini.

Nullus iis titulus; pagina prima exhibetur Fragmentum Calendarii, nempe menſis December, ſimile prorſus illis quod edidit Petrus Lambecius, et poſt eum Graevius Theſauri Antiq. Roman. Tomo VIII. Faſtos quod attinet, iidem ſunt cum Faſtis anonymis quos primus ex Codice Cuſpiniani, qui nunc Bibliothecae Caeſareae eſt, vulgavit H. Noris; ſed noſtri in Conſulatu Gallieni VI. deſinunt, quum illi uſque ad Conſulatum Conſtantii VII. et annum Chriſti 354. procedant. Differentias has obſervavimus.

A. Urb. 265. Faſti Noriſii. Cornuto et Camerino.

Faſti Noſtri. Cornuto et Labo.

A. Urb. 302. Faſti Noriſii. Varo et Trigemino.

Faſti Noſtri. Vero et Trigemino.

A. Urb.

A. Urb. 307. Noris. Continiſano et Tricoſto.

Noſtri. Coritineſano et Tricoſto.

A. Urb. 380. Noris Bacho ſolo.

Noſtri. Bacho Solo.

Hac differentia inter Noriſianos Faſtos, quod illi continuo ſcribant, tanquam unus Bachus magiſtratum geſſiſſet; noſter vero Codex, duabus in columnis uti per totum Codicem, Bacchum, et Solum ſeparatos exhibet, quos male junxiſſe videtur Noriſius. Hoc confirmatur inde, quod ad annum Urbis 384. Leguntur Conſules, ſic: *Mamertino et Solo.*

A. Urb. 475. Noris. Saberio et Prorico.

Noſter. Saberno et Pirrico.

A. Urb. 548. Noris. Marcello et Pilo.

Noſter. Metello et Pilo.

A. Urb. 635. Noris. Marcello et Cotta.

Noſter. Metello et Cotta.

A. Urb.

A. Urb. 702. Noris. Magno IIII. Solo

Noſter. Magno III. Solo.

Sed uti ſupra, in noſtro Codice ſeparatim ſcripta ſunt haec duo nomina.

A. Urb. 754. Noris. Hoc Conſ. Chriſtus natus eſt VIII. Kl. Jan. Lun. XV.

Noſter. Hoc Conſ. Dnus. IHS XPC

Natus eſt VIII. Kal. Jan. D. Ven. Luna XV.

A. V. 782. Noris. Hoc Conſule Chriſtus paſſus eſt die Solis Luna XIV.

Noſter: His Conſulibus

DNS IHS XPC paſſus eſt die Ven. Luna XIIII.

A. V. 786. Noris. Galba et Sulla.

Noſter Galba et Sulla.

et addidit:

His. Conſ. Petrus et Paulus ad urbem venere agere Epiſcopatum.

A. V. 808. Noris. Nerone Ceſare et Vetere.

Noſter

No. *F.* *Seculi.*

Noſter *eodem habet et addidit.*

His Conſ. paſſi ſunt Petrus et Paulus.

A. V. 819. Noris. Teleſino et Paulino.

Noſter Teleſino et Paulo.

A. V. 829. Noris Veſpaſiano VII. et Domitiano V.

Noſter Veſpaſiano VII. et Tito V.

A. V. 830. Noris Veſpaſiano VIII. et Tito V.

Noſter Veſpaſiano VIII. et Domitiano V.

Adnotantur Feriae et aetas Lunae, veluti in Editione Noriſiana.

649. Fol. Codex Membran. *XII.*

L. Annaei Flori Epithome de T. Livio Libris IV.

Qui alias ſub rerum Romanorum titulo feruntur; addita ſunt:

Ejusdem Flori ſummaria in T. Livium.

In fine haec adſcripta.

„Hic liber eſt SS. Martyrum Marcelli-
„ni et Petri Florentini et Hilarii.

242 Fol.

No.	F.	Seculi
242.	Fol. Codex Membran.	XV.

L. Annaei Flori Libri IV.

400.	4to Codex Membran. Olim Petri Danielis.	XV.

Sexti Julii Frontini Stratagemata.

Codex iſte in fine mutilus eſt, ab illis verbis Libri I. Cap. 12. „Quod cum ſolemne ex diſciplina feciſſet etc.

„—— interritos milites habuit.„

38.	4to Codex Chartac. Olim Bongarſii.	XV.

Sexti Julii Frontini Stratagemata.

Hic Codex in eodem loco deficit, quo ſuperior. Adſcriptum eſt: „Frontini Stratagemata rei „militaris expliciunt feliciter„ ut non mutilus eſſe Codex, ſed in hoc loco Libri te deſinere videatur.

427	4to Codex Membran. Olim S. Remigii Rhemenſis.	X.

Fulgentii Mythologicon Libri III.

Deletus eſt Titulus, et deeſt Praefatio, quae in Editis extat. Incipit noſter Codex ſtatum a Capite I. et ſic habent primae lineae:

„Diphantus Lacedemonum auctor, libros „ſcripſit antiquitatum quatuor decim. In „quibus ait Siroſanem Aegyptium familia „ſubſtantia que locupletem Filium *genuit* quem

„velut

„ velut enormis ſubſtantiae ſucceſſorem in-
„ effabili ultra quam paternitas exigebat affec-
„ tu erga filium deditum. Is que dum adver-
„ ſis fortunae incurſibus raperetur, quo pa-
„ tri crudelem geminae orbitatis derelinque-
„ ret cologiam vel elogium, ut et poſteri-
„ tatis perpetuale ſuffragium denegaret, et
„ ſubſtantiae propagandae ſubitam inter-
„ ceptionem obiceret.

Ubi varias lectiones, quae praeſtare poſſint editis, nonnullas deprehendimus, e. g. *quem velut enormis ſubſtantiae* quum editi ſic habeant: Quem *vellet* enormis ſubſtantiae. Libro 3. in Fabula de Berecynthia et Atti ſic legitur:
„ Decepta grecia crudelitate demonum potius
„ quam deorum, nunquam deterius ſuis diis
„ reſpondet, quam ut eorum matrem veter-
„ noſam annm non ſolum puerilem amatam
„ quantum etiam fingerent et Zelotipam.

Hic varias lectiones duas obſervamus. Primum enim pro *crudelitate* editi habent *credulitate* Dein, pro *diis reſpondet*, editi *reſponeret*. Utrumque melius in noſtro Codice, uti videtur.

In fine ſingulorum Librorum legitur: „ Fabii
„ Planciadis Fulgentii viri clariſſimi Mytolo-
„ giarum liber explicit.

Sequitur,

Ejusdem Fulgentii continentia Virgiliana.

Cui libello non alius praemittitur Titulus niſi hic:

Incipit Liber Fabii.
In fine vero additum:

Explicit Expoſitio Virgiliane continentie.

No.	G.	Seculi.

611. 4to. Codex Membran. *VIII.*

Galeni Epiſtola de Febribus, latine.

Sic incipiens:

„ Multa genera Febrium naſcuntur in ho-
„ minibus, et mutationis temporum, aetate,
„ labore, aebrietate etc. implet paginas 7.

Codex eodem charactere ſcriptus eſt quo Evangeliorum Codex N. 621. Continet alia multa, de quibus ſuo loco.

A. 52. 4to Codex Membran. *XIV.*

In Galeni artem parvam Introductio Joannitii Johannis Alexandrini diſcipuli.

Typjs editum fuit hoc opuſculum Argentorati 1534. 8vo. In Codice vero noſtro praemittitur praefatio, quae deeſt in Editis. Sic antem incipit ea:

„ Cum inter omnia animalia humanum cor-
„ pus tum proprie forme impreſſione tum
„ digniori potentia animae rationabilitate
„ dignius reperiatur, nequaquam mirum ar-
„ bitror ſi de ejus ſanitatis, egritudinis et
„ neutralitatis ſcientia philoſophi folliciti
„ fuerunt. etc.

„ De iſto Joannitio, qui etiam Humain vo-
„ catur, et Medicus Arabs Seculo X. vi-
„ xiſſe dicitur, vide Fabritii Bibl. Graecae
„ Tom. XIII. pag. 300.

404. 4to

No.	G.	Seculi.
404.	4to Codex Membran.	XII.

A. Gellii Noctium Atticarum Libri IX. X. XI. XII.

Deſinit in libri hujus capite X. illis verbis: „ quaſi à ferendis aedibus appellatus. Coetera deſunt, cum octo libris prioribus; haec praeterea fragmenta non rito ordine, ſed in varias partes Codicis diſtractis paginis, hic extant. In capite Libri IX. Nomen A. Gellii ſic ſcribitur:

Agellii.

Notandum eſt etiam, in noſtro Codice, Librum IX. decimum vocari, Librum X. undecimum.

61.	Fol. Codex Chartac.	XV.

A. Gellii Noctium Atticarum Libri XX.

In fine adſcriptum eſt:

„ Ego Ludovicus de Gavilla Roberti filius
„ Francigena exſcripſi hunc Librum Auli
„ Gelii noctium Atticarum in Caſtro alme
„ civitatis Sibenici ſub anno a nativitate
„ Dni. MCCCCXLVIII. et die VIII.
„ Menſis Junii.

NOTA: Nomen A. Gellii ſic ſcribi:

A. Gelii.

Varias Lectiones aliquas obſervavimus ex utroque A. Gellii Codice, quos cum editis comparavimus ad Libros IX. et X.

Codicem 404. nota A. Codicem 68. nota B. deſignamus; in iſto graeca deſunt.

Cap. I. Codex A. Quare milites Metelli ſauciabantur multo minus quia quod maxime opus erat à pennis hoſtis defendebant faciſſime funditore.

Editio Thyſii et Oiſelii Amſtel. 1666. 8vo quae nobis ad manus eſt, ſic legit:

„ Sauciabantur multo „ minus, et quod maxime opus erat a pen- „ nis hoſtis defendebant faciſſime.

Codex B. conſentit cum editis.

Cap. eod. Codex A. „ Nam de- „ fendere et offendere inter ſeſe „ diverſa ſunt quorum alterum ſig- „ nificat ἐν ποδῶν ἔχειν id eſt incur- „ rere in aliquid et incidere, „ alterum ἐκ ποδῶν ποιεῖν id eſt a- „ vertere ac depellere.

Editi hanc vocum graecarum interpretationem quam ante nos Lipſius ex vetuſto Codice Giſelini probavit, non habent.

Cap. IV. Cod. A. Invenimus in annalibus. Q. Licinio Craſſo, Caſſio Longino conſulibus, Caſini, puerum factum ex virgine ſub pa-

ren-

rentibus juſſuque haruſpicum deportatum in Inſulam deſertam.

Cod. B. et editi ſic legunt:

„Licinio Craſſo, C. Caſſio Longino conſu-
„libus, C. Aſinii puerum factum ex virgine
„etc.

Lib. X. Cap. 5.

Cod. B. „Cur enim non videri
„poſſit ab uno ſolum verbo in-
„clinatum quod eſt aveo eadem-
„que eſſe fictura qua eſt avarus de
„quo nihil dici poteſt quum du-
„plex non ſit.

Codex A. cum editis ſic:

„Eademque eſſe fictura qua eſt A-
„marus de quo nihil elici poteſt
„quin duplex non ſit.

Lib. X. Cap. XVI. Codex A.
„Cerimonie impoſite Flamini dia-
„li, item caſtus multiplices.

Cod. B. Caſus cerimoniae impo-
„ſitae Flamini diali multi, item
„caſus multiplices.

Caſtus, nempe ritus, optima lectio.

Eod. Capite. Cod. A. Propagines e vitibus altius praetentos non ſuccedit.

Codex B. cum editis: „ non ſuccidet.„

Eod. Capite: „ Cod. A. Eaedem „ ferme cerimonie ſunt flaminicas „ dialis ſeorſum aiunt obſervitare, „ veluti eſt quod bene nato operitur et quod in rica ſurculum „ de arbore felici habet et quod „ ſcalas quae graece appellantur „ eas aſcendere ei plus tribus gra„ dibus religioſum eſt.

Cod. B. „ Eaedem ferme cerimo„ niae ſunt Flaminicas ſacerdo„ tiſſas dialis ſeorſum aiunt obſer„ vitare, veluti eſt quod bene na„ to operitur et quod virica ſurcu„ lum de arbore ſalici habet et „ quod ſcalas quae graece (hic ſpa„ tium graecae voci relictum eſt) „ appellantur „ eas aſcendere eis „ plus tribus gradibus religioſum „ eſt.

Editio Oiſelii ſic: „ quod venenato operitur „ et quod in rica ſurculum de arbore felici „ ha-

„ habet; et quod ſcalas, niſi quae graecae „ appellantur eas aſcendere ei plus tribus gra- „ dibus religioſum eſt.

Lib. X. Cap. 24. Cod. A. „ Ea „ verba haec ſunt: die noni Po- „ polo Romano Quiritibus compi- „ talia erunt quando concepta fue- „ rint nefas.

Sic etiam Codex B. Editio Oiſelii: „ Con- „ cepta *fuerit*.

Notandum etiam argumenta ſingulorum Capitum praemitti initio Librorum in Codice A., in Codice B. vero ſingulis capitibus.

Gloſſaria Latina.

Antequam ad recenſenda illa Gloſſaria accedamus, monendum eſt, nos ex ſingulis ſpecimina vocum, ex iisdem Litteris petita, hic exhibere, addita ubique nota Aſteriſci, ſi quaedam voces nec in Gloſſariis quae ſub Iſidori nomine prodiere, nec in *Feſto*, nec in Gloſſariis graeco - latinis quae ſub Philoxeni nomine edidit Labbaeus; nec in Gloſſario Papiae reperimus.

16. Fol. Codex Membran. Olim Bongarſii. IX.

Gloſſarium latinum exhibens Litteras quinque ab A. ad E.

In margine citantur auctores varii. Virgilius, Elidorus, (vel, uti etiam aliquando ſcriptum eſt, Yſidorus,) Placidus, Eutropius, Gale-

Galenus, Gloſſae, quae ſic ſcriptae inveniuntur, *de Gloſſ.* Placidus ille, eſt Luctatius Placidus, cujus in Statium ſcholia habemus.

Specimina ex iſto Codice haec decerpſimus: Primae lineae litterae A. characteribus uncialibus ſcriptae ſic habent:

A. „In omnibus gentibus ideo pri„or eſt litterarum pro eo quot ip„ſa prior naſcentibus vocem ape„riat.

Quae ſequuntur, ſunt charactere minori.

Abba Syrum nomen, ſignificat in latinum pater. Quot Paulus Romanis ſcribens expoſuit dicens: In quo clamamus Abba Pater etc.

Ab abjectiſſimis. *A* tenuiſſimis.

Ab obſcuriſſimis.

Abanech cingulum ſacerdotale rotundum polimita arte ex cocco purpura jacinthoque contextum, ita ut flores atque gemmae in eo eſſe viderentur diſtincte. *Eucerius.* (nempe hic citatur.)

Abas. Dux Trojanus.

Abaſo, infirma domus.

Ab-

Abdicant, repudiant.

Abdicant, abſternant vel repulſant.

Abdicare, condemnare, reſpuere, aut repudiare.

Abdicat, Abicit, reſpuit.

Abdicat, alienat, vel cohibet.

Abdicatum, excluſum vel exheredatum. De Gloff.

Abellana, ſpecies arboris, cujus nuces in cibo ſumptae corporis ſani pinguidinem conferunt. Ypocrat.

Abellane, peneſtrine nuces, virides ſtringunt, cocte autem in cibo ſumpta capitis dolorem ſcutiunt, etc.

Abellane, ab Abellano Campaniae oppido ubi abundant cognominate ſunt; haec a grecis pontice appellentur, eo quod circa Ponticum mare abundant *Virgil.*

Abies dicta quod prae ceteris arboribus longe eat et in excelſum promineat. Cujus natura expers eſt terreni humoris, ac perinde habilis atque levis habetur de qua Virgilius: et caſus abies viſura marinos; quia ex ea naves fiunt. Hanc quidam gallicum vocent propter candorem; eſt autem ſine nodo.

Abijeius. Latro. *Placidus.*

Abjeius. Fur jumentorum et pecorum ab abigendo.

Eſidor.

Papias ſic ſcripſit.

Abigeus.

Ablundam. Paleam. *Placidus.*

Abſictos. Gemma nigra et ponderoſa, diſtincta venis rubentibus; haec excalefacta igni ſeptem diebus calorem tenet.

Eſidorus. De Gloſ.

Abſi-

Abſida, graeco ſermone, latine interpretatur lucida, eo quod lumine accepto per arcum reſplendeat. Sed utrum abſidam an abſidem dicere debeamus, hoc verbi genus ambiguum quidam doctorum exiſtimant.

Acidiari, indignari *De Gloſ.*

† *Adamans* lapis ferro durior de quo Phyſiologus ita dicit, ſi tamen credendum eſt. Eſt lapis quae dicitur Adamans iſte in monte quedam in Oriente invenitur ita tamen ut noctibus queratur, non per diem, quoniam in nocte lucet, ubi fuerit, per diem autem non lucet, quoniam ſol obtundit lumen ejus, hunc lapidem nec ferrum nocet, nec ignis, nec alius lapis ei poteſt praevalere. De hoc lapide dicit propheta: vidi virum ſtantem ſuper murum adamantinum. etc.

Sequuntur de Adamante excerpta ex Auguſtino, et ex Iſidori orig. Libro XIV. Cap. 13. „Adamans Indicus lapis. etc.

† Adnictare, invitare, arridere. Placidus.

†Adnigrati, proſtrati, vel abdicti. Cicero.

†Adnigrati, ſubacti, capti, aut compulſi.

†Adnigrati, necacti nec occiſi.

†Adnigrati, admiſſi, adibiti, adſumpti.

Adoria, glorid, vel bona fama. Placidus.

B.

B. P. Litteris cognatio eſt. Nam pro burro dicimus Pirro.

†Bacue. Clamore.

Badium Equum antiqui vadium dicebant, quod inter cetera animalia fortius vadat. Ipſe eſt et ſpadix, quem Fenicatum vocant. Et dictus ſpadix a colore palme, quam ſiculi ſpadicam vocant.

Bajonola eſt lectus qui in itinere bajolatur, abajolando, id eſt deportando. Eſidorus.
†Baja. Ramos.

Bajas. Balneae litoriae.

Bajas. Id eſt portum veteres a bajolan-

jolandis mercibus vocabant. Illa declinatione, a Baja, bajas, ut a Familia, Familias. Eſidorus.

Bajae, calidae. Id eſt aquae calentes. Galeni.

Bajum, porrum de Gloſſ.

Baſiliscus graece, latine interpretatur Regulus eo quod Rex ſerpentium ſit, adeo ut eum videntes fugiant quia olfactu ſuo eos necat, nam et hominem vel ſi aſpiciat, interimit, ſiquidem ejus aſpectu nulla avis volans inleſa tranſit, ſed quam perculſit ejus ore conbuſta devoratur. A muſtelis tamen vincitur quas illis homines inferunt cavernis in quibus delitescunt. Itaque eo viſo fugit quem ille proſequitur et occidit, nihil enim parens illa rerum ſine remedio conſtituit. Eſt autem longitudine ſemipedalis albis maculis liniatis.

Baſium, quod uxori datur, nam diſtantia haec eſt verba. Si vel uxori (lege ſic: diſtantia haec eſt ut

baſium

baſium uxori) oſculum filiis, ſuavium ſcorto ſit deputatum. Quod quidam etiam verſibus hoc (adde modo) diſtinxit:

Conjugis interea baſium oſculantur amicis (lege: oſcula dantur). Suavia lascivis miſcentur grata labellis.

Eſidori de differentiis ſermonum.

Hos verſus Papias ſic habet:

„ Baſia conjugibus, ſed et oſcula dantur amicis

„ Suavia laſcivis miſcentur grata labellis.

C.

C. et G. litterae quandam cognationem habent, nam dum dicimus centum et trecentos, poſtea quadringentos, G. ponentes pro C.

Cappannam ruſtici vocant quod tantum unum capiat. Capparis. In Salomone fructeti genus in Oriente lentiſco ſimile. Iſidorus.

Candetum galli apellant in aeris urbanis ſpatium centum pedum qua-

quaſi centetum. In agreſtibus autem pedes centum quinquaginta quadratorum juſtum candetum appellant. Yſidori

Ne plura de hoc Gloſſario, monendum nobis eſt, maximam partem illud deſcriptum fuiſſe a Papia; plurima autem hic reperiri quae ex Iſidori originum libris hauſta ſunt, e. g. quae ad voces *Aeolus*, *Aegyptus*, *Canones* habet, ad verbum in Iſidoro reperiuntur.

Majoris certe molis opus eſt et exactius quam Papiae Gloſſarium, qui noſtri abbreviator fuiſſe videtur. Codex implet folia 159. nec plures quam quinque priores litteras exſequitur; parum praeterea ſervat rationem orthographiae, et mendoſe, uti cetera iſta gloſſaria, ſcriptus eſt.

357. 4to. Codex Membran. Olim Bongarſii. IX.

Gloſſarium graeco latinum, vel voces latinas, a graeco derivatas exhibens;

Septem foliis conſtat, ſic autem incipit.

Abdomen, pinguedo carnium.

Abſida, lucida, eo quod lumine accepto per arcum reſplendeat.

Achachia, ſuccus ſiliquae.

Sequi-

Sequitur.

Gloſſarium latinum compendioſum, quod non ultra 19. Folia extenditur.

Incipit ſic:

Abba, Pater.

Abi, Julius menſis,

Ab, Auguſtus

Abdicat, alienat.

In eodem hae voces reperiuntur:

Agagula, vanus, fornicator.

Amma, avis nocturna.

Ambro, devorator, vel luxurioſus.

B.

Babiger, ſtultus.

Baburra, ſtultitia.

Baburrus, ſtultus.

Baccatum, margaritatum.

Baccatur, furit, iraſcitur.

Bacil-

No. G. Seculi.

Bacillat, ex vino

Badium, aequum

Bardus, ſtultus

178. Fol. Codex Membran. IX.

Gloſſarium graeco latinum, compendioſum nempe 5. Foliis abſolvitur.

Incipit ſic:

Adonai. Domine.

Agius. Sanctus.

Angelus. Nuncius.

Sequuntur.

Synomina, quae ſub Ciceronis nomine vulgo feruntur,

praemiſſa Praefatiuncula, quae ſic incipit:

Cicero Veterio ſalutem. Collegi haec verba quae plurimis modis in unum dijeſtis (digeſtis) dicerentur, quo uberior prumptiorque fiat oratio etc. Igitur ab oratore inicium capiamus:

Orator, actor, defenſor, patronus, cauſidicus, advocatus diſertus, eloquens, facundus, ingenioſus.

No.	G.	Seculi.

Prumptus, paratus, exercitatus, copioſus, opimus.

4. Folia continent haec Synonima.

Sequitur.

Gloſſarium Latinum.

Cujus ſequentia ſpecimina hic exhibemus.

A.

Abactor, fur jumentorum.

Abacta, involuta furata.

Abacte, excluſe.

Abactus, ab actu remotus.

Abalſo, infirma domus.

Abamita, ſoror abavi.

Abarcit, prohibit.

Abartemum, inhoneſtum.

Ba.

Barburrus, ineptus, ſtultus,

Baccarium, vas vinarium,

Baccanalia, furor, vel vacationes,

Baccatur, furit, pervagatur, diſcurrit,

Bac-

No. G. Seculi.

Baccantes, turpiter ludentes, vel diſcurrentes,

Baccat, ſacrificat,

Baccanal, ſacrarium quod liberi patris pagani dicunt.

Bacillum, baculum modicum

Bacioca, patena,

Gloſſae Iſidori ſic: Batiotica, patera.

Bacaerus, bero factus,

Gloſſae Iſidori: Bacerus, bare factus.

Baccum, vinum,

† Baccuceas, ruſticus, vel demones.

Vide du Cange Gloſſar.

Baſer, groſſus,

Bagalio, ortioli genus,

Iſidori Gloſſae: Bagario, orceoli genus.

† Bagatis, genus olerum,

† Bai, antiqui,

Bajolus, gerulus,

Bajola, lectus qui in itinere portat.

Balantes, oves balantes.

† Balſaride, vaccae mulſaris

Baratrum, gurgite, vorago, fovea.

Barbarus, truculentus, inquinatus.

Barbaria, ſubtulus in coloribus lineis operatio, vel auro ornata.

Barbarismus, corruptio verbi unius

Barbîton, genus organi vel citharae.

Barcaei, gens africana.

Bardus, carminum conditor.

Bargine, peregrinae.

Barridus, ſtolidus, ſtultus, fatuus vel puinguis

Papias ſic: Bardus, hebes, ſtultus, brutus, vel carminum conditor.

† Barridon, genus organi.

Barrit, Eliphans cum vocem emittit.

Baſilla, regina.

Baſi-

No.	G.	Seculi.

Baſilum, genus navis.

Papiae Baſelus, pro Faſelus.

Baſis, ſeſſio columnae.

Baſterna, tecta manualia.

Vid. Papiam, et du Cange.

Baubant, latrant.

Baucalem, gillonem.

Batus, anfora, idem modia tres.

Batis, herba holerum.

Bath, linum.

Bath din, veſtes linea.

Baxea, genus calciamenti muliebris.

Folia 67. hoc gloſſarium continent.

858. Fol. Codex Membran. Olim Petri Danielis, dein Bongarſii. X.

Gloſſarium, ſive, uti fert titulus, gloſſae latinae;

non rito ordine a Littera A uſque ad Z uſque ad finem ſcriptum, ſed ita, ut decies repetitis vicibus per omnes Alphabeti Litteras vocabula quaedam colligantur, quaſi decem Gloſſaria juncta eſſent in eodem Codice; quamvis unum ſimul efficiant, nunquam enim

 vel

vel raro idem vocabulum hic occurrit. Convenire vero huic gloſſario cum iis quae ante hac fuere recenſita, ex comparata eorum inter ſe lectione comperimus. In his tamen vocibus differunt. Nam in eo codice, de quo nunc ſermo eſt, legimus haec:

Abaſu, infama domus

Bariton, genus organi

Barritonicus, muſicus

Batioca, patera.

Nitidiſſime iſte Codex ſcriptus eſt.

Duobus ultimis foliis exſtant:

Gloſſae ſpirituales juxta Eucherium Epiſcopum.

Incipiunt vero ſic:

Agricola, deus.

Ager, mundus.

Auris domini, ex auditio divina.

Archus, intentio comminationis domini.

Ara domini, adjutoria ejus in ſanctis.

Aquilo, ventus, Aquilo, diabolus vel homines infideles.

Auſter, calor fidei.

Prima

No.	G.	Seculi.

C.

Prima 47. hujus Codicis Folia exhibent.

Gloſſas in Vetus et Novum Teſtamentum quae ſunt Anonymi.

Eae ſic incipiunt:

Breſith, liber, geneſis graece, latine generatio.

Prologus, Praefatio, praeſagio, providentia, pentateuchum, quinque librorum, obtrectatorum, detrahentium, ſugillationem, ſuffocationem, cudere, condere, faedare, ſordidare, Aſteriſco, ſtella .x., obelo, veru vel virga, eſt —

jugulat, condempnat, ſintagma, compoſitionem, Apocriphorum, dubiorum.

Has Gloſſas ad Praefationem Hieronimi in Pentateuchum pertinere, patet.

Quae ſequuntur, ad Geneſeos Cap. 1. et 2.

In principio, ordinis creaturarum, caelum et terram, informem materiam, unde celeſtia et terreſtria formata ſunt. Spiritus Dei ferebatur, providentia, fiat lux, ipſe

ſe eſt, quae poſtea in vaſa coeli, hoc eſt ſidera, diffundebatur: Bdellium, in arbore colligitur, et pigmentum eſt, Evilath, eſt hoc proprium nomen terrae.

243. Fol. Codex Membran. Olim Bongarſii. X.

Gloſſarii Latini Fragmentum, a Littera A, uſque ad Q.

Prima pagina vetuſtate deleta eſt.

Ex iſto Gloſſario ſequentes voces excerpſimus.

Argiletum, tractum à quodam Argo, qui cum in hoſpitio ſucceptus ab ercule inſidias ei molitus eſt, a quo preventus denique interfectus eſt ac ſepultus, inde locus tumuli ipſius argiletum appellatus eſt.

Varro de lingua latina Lib. IV. ſic:

» Argiletum ſunt qui ſcripſerunt ab Argo
» ſeu quod is huc venit, ibique ſepultus ſit,
» alii ab argilla, quod ibi id genus terrae.

Argiletum erat locus in urbe Roma, vide Virgil. Aeneid. Lib. VIII. et Servium.

Acaliculus, Pincerna a calice quem propinat ſic dictus

Aci-

No.	*G.*	*Seculi.*

Acidalus, fons, unde et Acidalia Veneris

Eandem vocem habet Codex 16. et citat Virgilium. Vide Aeneid. I. „ Matris Acidaliae.

Convenire plerumque cum prioribus viſum eſt hoc gloſſarium. IX. tantum folia implet.

Sequuntur in eodem Codice grammatici varii, de quibus infra.

236. Fol. Codex Membran. X.

Gloſſarium Latinum, multas voces hebraeas explicans, per omnes alphabeti litteras exigitur, ſatis amplum, quod nempe 180. foliis contineatur.

De Scripturae aevo conſtat ex inſcriptione primi folii ubi haec leguntur, litteris majusculis exarata:

Ao. Incarnat Dominice DCCCCXI. in die Veneris fui initiatus, et ſecit me ΗΡΥΟΛΦΟC ΛΗΟΥΘΑ

In decurſu operis, ad finem litterarum, quae ſingulae libros efficiunt, ſaepiſſime adſcriptum reprehendimus:

ΗΡΥΟΛΦΟC ΛΕΟΥΤΑ - CΚΡΥΠCΥΘ.

Quod contra rationem grammaticae ſcriptum, latine ſic legendum eſt:

„ Eriulphus Levita ſcripſit. „

No. *G.* *Seculi.*

In ultimo folio ſequens Inſcriptio litteris majuſculis exarata reperitur:

Fui initiatus et VIII. Kal. April. conſumminatus et nomen ſcriptoris mei ΗΡΥΟΛΦΟϹ ΛΕΟΤΘΑ. et juſſit me ſcribere ΛΗΘΒΗΡΤΟϹ (Lethbertus) ſacerdos.

Dein hi verſus.

Nauta rudis pelagi ut ſevis ereptus ab hundis
In portum veniens pectora leta tenet
Sic ſcriptor feſſus calamum ſub calce laboris
Deponens habeat pectora leta quidem
Ille Deo dicat grates pro ſoſpite vita
Pro que laboris agat iſte ſui requie. Amen.

Specimen ſequens ex iſto Gloſſario exhibemus.

Ar.

Ararad armeniam quidam, in montibus

tibus Ararad archa poſt diluvium ſediſſe perhibetur, et dicuntur ibi uſque hodie ejus manere veſtigia; meminit horum montium et Jeremias in viſione contra Babilonem. Joſephus quoque in primo antiquitatum Judaicarum libro ſecularium litterarum hiſtoricus proferens:

Seqnitur locus integer ex Joſepho, de monte Ararat.

Ar. locus vel opidum Ar quod a L X X. interpretatus per extenſam vocalem Aer dicitur.

Araboth moab, ubi ſecundo numeratus eſt populus, quod Aquila interpretatur, humilia, ſive equalia Moab, habens hanc conſuetudinem ut eremum propter planitiam, ΟΜΑΛΗΝ, id eſt equalem interpretetur et planam. Denique Symmacus pro Harabot moab campeſtria Moab transtulit, eſt uſque hodie locus juxta montem Phogor, euntibus a Libia dein Esbon Arabiae contra Jericho, qui ita appellatur.

Ara-

Araba, hanc ut ſupra Aquila tranſtulit planam Simmacus interdum campeſtrem, interdum inhabitabilem; Teodotion, occidentalem.

Arat, civitas Amorreorum vicina deſerto Cades, et uſque nunc dicitur villa ab opido Malatis quarto decimo lapide, à Chebron viceſimo, in tribu Juda.

Arboc corrupto in noſtris codicibus Arhoc ſcribitur cum in ebreis legatur arte id eſt IIII.

Hic leguntur quae extant in Iſidoro de vitis ſanctorum pag. 532. Edit. Paris; et praeterae haec, quae apud Iſidorum non reperiuntur:

Diſtat ad meridianam plagam ab Eba milibus circiter viginti duobus; et quercus Abraham, que et Mambre uſque ad Conſtantini regis imperium monſtrabatur, et mauſoleum ejus in preſentiarum cernitur; cumque a noſtris ibidem Eccleſia exſtructa ſit, a cunctis in circuitu gentibus terebintus in loco ſuo ſuperſtitioſe colitur eo quod

ſub

ſub ea Abraham angelos quosdam hoſpitio ſuceperit; haec ergo primum Abrae, poſtea Chebron ex uno filiorum Cheder ſortita vocabulum eſt. Lege verba dierum.

De hac ſacra Therebintho vide Euſebium in vita Conſtantini M.

Ba.

Baalgat, civitas in campeſtribus libani ad radices montis Aermon, quam et ipſam cepit JEſus.

Babarica, opera ſubtiliter ornata,

Bactriani, ſunt ſcitae; a Bale filio jectan nati qui ſuis ſedibus pulſi, juxta Bactrum fluvium conſederunt, Bactriam urbem condiderunt, quorum rex fuit Zoroaſter inventor magicae artis.

Pro *Bale*, hic legendum Sale, vide Geneſeos Cap. X. Gloſſarium 16. de Bactrianis haec habet:

Bactriani, a Sale filio Jectan, licet eos alii Scitarum exſules ſuſpicentur.

Bactriani Scitae fuerunt, qui ſuorum

rum factione a ſedibus ſuis pulſi, juxta Bactron orientis fluvium conſederunt.

† Baltta, genus purpure, vel vermes.

Balauſtia, ſidia, vel flores, mala granata, ſive Egipturias.

Hanc vocem ſic explicat Gloſſarium 16.

Balauſtion, hoc eſt gentifolia (centifolia). Hanc herbam Achilles adinvenit. Pulvis foliorum ejus omnia vulnera antiqua et ſinuoſa curat. Galeni.

Et haec addit:

Balauſtion, greci agreſtium malorum flores appellaverunt, quorum alii alvi, (albi) alii purpurei, alii roſei repperiuntur, ſimiles floribus mali punici.

Balatide, geneſte, vel ſagitte.

Barbo, baruncukus.

Barſus, rufus, niger.

Papias. Barrhus.

Baſſum, pingue, obeſum.

No.	*G.*	*Seculi.*
519.	4to Codex Membran. Olim Petri Danielis.	*XII.*

Gloſſarium Latinum compendioſum;

Cujus nec folia, quae ſunt 4., integra inſcripta ſunt. Aliquando vocabula Gallica Latinis ſubjiciuntur; veluti:

Anaboladium, chemiſe

Armilauſum, chapelaire.

De hac voce ſic Papias:

Armelauſa veſtis vulgo dicta, quod ante et retro diviſa et aperta in armis tamen clauſa fuit, vel ablata.

Has etiam voces obſervavimus.

† Abſtra, folia vitis.

† A commentariis, nomen indeclinabile communis generis, dicitur qui nomine regis agebat, cujus indicio leges ſcribebantur in hiſtoriis vero dicitur ſcriba cancellarius.

Baccarris, herba faſcinum pellens.

† Boscida, macellarius.

Cul-

Culponeus, ruſticorum calciamentum.

Curuca; avis quae alienos pullos nutrit, currucare, aliquem currucam facere ejus violando uxorem.

† Cunnire, putreſcere.

416. 4to. Codex Membran. XII.

Gloſſarium Etymologicum compendioſum,

quod cum Iſidori Etymologicorum Libro X. multis numeris convenit; non pauca tamen obſervavimus in noſtro Codice, quae in Iſidoro deſunt, vocabula; veluti haec:

Apiaſter dicitur ſilveſtre Apium, ſicut oleaſter ſilveſtris olea.

Abatis dicitur comes ſtabuli, vel magiſter batorum; batus dicitur vas cum quo menſuratur avena; inde magiſter batorum id eſt comes ſtabuli, qui ſolet avenam diſpenſare equis.

De hac voce vide du Cange gloſſarium.

A ſecretis dicitur Secretarius, vel magi-

magiſter ſecretorum. Abardir dicitur lapis quem devoravit Saturnus. Gradivus dicitur Mars id eſt vibrans haſtam. Gradeis enim dicitur vibratio haſtae.

De voce gradivus vide Feſtum.

Horno eſt adverbium et eſt compoſitum ab hoc, et anno, unde Horatius, horna fruge dixit, pro annus.

Tribus foliis cum dimidio abſolvitur hoc Etymologicum.

611. Fol. Codex Membran. Scriptura, quam Mabillonius franco gallicam vocat. VIII.

Gloſſarii latini Fragmenta.

Deſunt priores litterae uſque ad litteram I.

Littera R. ſic incipit.

Rapidus, velox

Ratum, arbitratum

Ratum, firmum, validum, definetum,

Rates, navis

Ramnus, Ramus, Spinetum, virgultum ſpinarum.

Rancor, invidia, dolor

Racha, inanis, vacuus,

Rama, excelſa.

263. Fol. Codex Membran. IX.

Gloſſarium latinum, a littera A ad litteram R.

Titulus hic praemittitur:

In nomine Trinitas in menſe incipiunt Gloſſe litterarum trium linguarum compoſite, latina, ebrea et greca.

Littera B. integra deeſt, item littera H.

Compendioſum nimis et imperfectum, quod nempe 5. Foliis abſolvatur.

Specimen ex littera G. hic exhibemus.

Gencius, domeſticus

Geſta, acta, diſpoſita

Ginit, procreat, generat

Gibre, homo

Glange, clama

Graſſatur, latro, predator

Gra-

No.	G.	Secoli.

Gramen, erba

Gratia, indulgentia

Grumulus, ager

Glepas, diſſenſionis.

688. 8vo Codex Membran. *XIV.*

Gloſſarium vocum grecarum, cum latina interpretatione.

Sic incipit:

Abſida, lucida

Abſinthum, herbe

Abdomen, pinguedo carnis

Sex Foliis abſolvitur. Sequitur.

Gloſſarium Latinum.

Quod cum prioribus convenire videtur; ſic incipiens:

Abactus, ab actu remotus

Abaſo, in firma domus

† Achalentus, Philomella, vel Carduelis

* Papias MSS. „ Açalantia „ avis vepribus aſſue„ta, hanc alii Luſinam dicunt, alii Carduelem. Acalantos, Carduelis albus.

No. | G. | Seculi.

Acitula, genus cicutae

Acitulium genus herbae.
Acitelum, genus item circutae.

Gloſſarium Papiae, et Ugutionis, vide Papiam.

Antequam huic de Gloſſariis Latinis mentioni finem imponimus, monendum, illud Gloſſarium ſub No. 16. omnibus reliquis longe praeminere, inde maxime, quod et auctores laudat, et rationem vocabulorum fuſius exſequitur. Idem opus eſſe veriſimile eſt cum gloſſario quod Salomoni Abbati S. Gallenſi, Seculi IX. ſcriptori, vulgo tribuitur, cujus Exemplar characteribus Longobardicis deſcriptum extare meminit du Cange praefatione Gloſſarii medii aevi, primam nempe ejus partem in Bibliotheca D. Jolii Cantoris Paris., alteram vero partem in Bibliotheca S. Germani Paris. Integrum autem in Bibliotheca Vaticana ſervari idem teſtatur. Ex hoc reliqua deſcripta, quae omnia deinde Papias, Seculi XI. ſcriptor, dictionario ſuo conflando adhibuit. Nec tamen adeo facile eſt conjectare, cui auctori haec ſingula Gloſſaria debeant vindicari. De Papia plura infra, ubi et de Ugutione, cujus Gloſſarium cum Papia junctum habemus.

439. 4to Codex Membran. Olim Celeſtinorum de Metis. . XIII.

Graeciſmus ſive Carmen Hexametrum Eberhardi Bethunienſis, de figuris et octo partibus orationis, cum Gloſſis marginalibus.

Quare

Quare operi nomen graecismi inditum fuerit; non conſtat, niſi propter diſtichon ſequens ex Codice quodam prolatum:

Anno milleno, centeno, bis, duodeno
Condidit Ebrardus Graecismum Bethunienſis.

De aetate auctoris etiam ex hoc diſticho non conſtat, an ad Seculum XII. vel ad XIII. ſit referendus. Nam illa vox, *bis*, vel ad *Centeno*, vel ad *duodeno*, rejici poteſt.

Opus hoc jam typis fuit editum; quum tamen raro occurrat, ſpecimen ejus hic edimus, additis gloſſis. Praemittitur quidem Praefatio ſoluta oratione, quae ſic habet.

Quoniam ignorantiae nebulo turpiter excecati quidam imperiti fatuitatem aſininam exprimentes chimerinas ymaginantes ſtatuas neſcio quid inopinabile ſomniantes dictionum diſcrepantiam matrimonio non legali et ſinzugia nullatenus coherenti copulant inconcinne ſuccedendi; opinioni eorum conſulendum fore exiſtimavi humano etenim capiti equinam inſerentes ceſariem plumas piſcibus et ſquamas avibus aponentes, Capam cathegoricam candidum et pretendentes ſilogismum, in undis apros piſcantur cum canibus et leones, in ſilvis lucios venantur cum retibus

 et

et ſalmones. Cum igitur animadverterem quamplurimos homines ſic errare et errores eorum nichilo minus ignorare, ut eorum opiniones erroneas correctionis luna non reprehenſionis invidia vellem retundere, hanc operis ſarcinam auſus ſum aggredi; quantum mei paupertas ingenioli valuit ſuſtinere, dictorum ſignificationes, ſignificationum differentias in quibus ſcilicet dictiones ſibi conveniant et quibus a ſe differant, utilitati omnium deſerviens propoſui declarare. Sed quum verborum commixtio, commixtionum et tractationum confuſio tam rudibus quam provectis tedium parturit et errorem: ea quae locorum diverſitate et ſignificationum multiplicitate confuſa ſunt ſecundum Donati ordinem exſecutus, prius de nomine ſecundum de pronomine tractans et ſic deinceps, ſtilum meum acuere deſtinavi, de figuris metaplasmi. De figuris tropi. De figuris barbariſmi, et ſoloecismi, et de coloribus retoricis verſuum. De pedibus metricis. De commutatione litterarum. De

nominibus muſarum, cujus generis ſint. De nominibus muſarum et gentilium. De nominibus extortis a greco ſecundum alphabetum.

Gloſſae extant ad praefationem hanc, quas commemorare operae pretium non eſt.

Exemplum ſequens ex ipſo opere excerpſimus extat folio 36.

Affectus mentis, ſed corporis eſſe voluptas
Dicitur, at velle ſi dicas, eſt utriusque
Veſtes ſunt mulierum, veſtimenta virorum
Eſca volatilium, cibus epulaque virorum
Divorumque dapes, firmat ut Iſidorus
Cena prudentum, convivia ſunt ſociorum
Sanorumque cibus, generale cibaria dicas.

Folio ſequenti legimus haec:

Pauperis eſt palla, ditis clamis, at mediocris

Pallia ſunt, tribus his mantellus convenit haec vox
Calcitrum dic a calcando, a fulcio fultrum
Eſt componentis ſpeculum ſe, ceu meretricis
At ſpeculam tamen fore dicas excubiarum
Hic lucarius eſt, qui cuſtodit nemus ipſum
At lucar proprie, lucrum quod ſumitur inde.
Quo ſol tecta ſubit lucanar finge foramen
Ceparum condimenta ceparia dicas
Eſt ſepullatum leporinis carnibus aptum.

Gloſſae:

„Specula domus illa in qua cu„ſtodes latent vinearum, quod „dicitur gallice loge.

„Lucarius, foreſtier gallice; qui „cuſtos luci.

Lucar

„Lucar, dicitur pretium quod „ruſticus domino dat per an- „num, vel precium quod ab emp- „toribus nemorum habetur. Ce- „pullatum, eſt brodium factum „ex cepis et pipere et cumino et „aliis aromaticis ſpeciebus ad car- „nes leporinas condiendas.

Ultimi hujus operis verſus hi ſunt:

Interdum verbis ablativum ſociabis
Si per naturam ſeu ſignificat tibi cauſam
Aut inſtrumentum, vel materiam prope verbum
Indigeo pane, dic, deficioque labore
Percutio baculo, conflabitur anulus auro.
Verbaque cum motu ſibi jungunt dyptota cum tu.

Explicit Ebrardi grecismus nomine Chriſti.

Qui dedit alpha et o ſit laus et gloria Chriſto.

Gloſſa:

Verba que cum motu. Dicit quod verba motum exteriorem ſignificantia à loco in locum jun-

 gunt

gunt ſibi diptota, id eſt ſupina duos caſus habentia, ita quod verba ſignificantia motum ad quem cum primo ſupino, ut, vado lectum, verba vero ſignificantia motum à quo, cum ultimo ſupino, et venio lectu.

Foliis 74. abſolvitur iſte graeciſmus.

Non omnia autem quae in praefatione promiſerat, hic tractaſſe videtur auctor; partes enim tantum orationis hic exigit; reliqua, de metaplaſmis, de pedibus metricis etc. alibi forſan extant. Ultimum caput, de nominibus extortis a graeco, à quo totum opus forſan nomen accepit, Gloſſarium eſſe videtur vocum a graeco deductarum, illorum ſimile, quae ſupra inter Gloſſaria recenſuimus; ſed hoc etiam abeſt.

Grammatici Latini.

Antequam ad recenſendos hujus argumenti Codices manum admoveamus, monendum erit, in noſtra Bibliotheca adſervari Copiam haud aſpernendam Grammaticorum quos olim collegerat Petrus Daniel, dein nactus eſt Bongarſius, qui eosdem cum Elia Putſchio, ut adornaret ſuam Grammaticorum Editionem, communicavit; quod patet ex Putſchii praefatione quam corpori Grammaticorum Hanoviae 1605. 4to edito, praemiſit. Quos vero Codices habuerit Petrus Daniel, ipſe teſtatur ſequentibus adſcriptis propria manu, ad calcem Codicis 243.

„De Roma, de Sicilia, de Italia, de Africa, „de Hiſpania venerunt ad nos Libri Gram„matici.

„De

No.	G.	Seculi.

„ De Roma quatuor Libri Donati.

„ De Sicilia I V. diſcipulorum ejus, id eſt, „ Honorati, et Sergii, Maximi et Metrorii.

„ De Italia duo libri Conſentii de nomine „ et verbo, et de barbariſmo.

„ Et libri Priſciani XX. et Enticii duo, „ et Sergii novem de littera et de barbariſ- „ mo, et Aſperi, et, Flaviani, Libri I V.

„ De Africa vero Comminiani et Pompeii.

„ De Hiſpania Iſidori et Capri et Agroecii, „ et Analogia Papperini et Victorini.

„ Velium Longum de Orthographia et A- „ damantium ſive Martyrium de V. et B. in- „ tegros repperit Venetiis Cl. Puteanus.

Hunc Codicem primum recenſemus:

243. Fol. Codex Membran. Olim Petri Danielis, dein Bongarſii. X.

Grammaticorum varia opuſcula, nempe:

Gloſſarium de quo ſupra.

M. Aurelii Caſſiodori liber de Orthographia.

Editus inter Putſchii Grammaticos, et inter opera Caſſiodori, ubi citantur Grammaticorum XII., Cnaei Cornuti, Velii Longi, et reliquorum opera. Deeſt tamen hic ultimus, nempe Priſcianus. Praefatio talis eſt qualem edidit Putſchius, auctior inter opera Caſſiodori edente Garetio ord. S. Mauri.

Sequi-

No. G. Seculi.

Sequitur.

Beda de Orthographia, editus à Putſchio.

Sequitur, uti fert titulus.

Priſciani Inſtitutio de Nomine, Pronomine, et Verbo.

Quae a Putſchio, ſub titulo, *de Declinatione nominum* edita fuit. Melius titulus noſtri Codicis; quum in hoc opuſculo non de nomine tantum ſermo ſit, ſed de verbo etiam et de pronomine.

207. Fol. Codex Membran. Olim S. Benedicti Floriaci dein Bongarſii. X.

Grammaticorum opera varia.

In prima Codicis pagina haec litteris uncialibus exarata leguntur;

Autorum curavi adfigere nomina horum
Huic libello quem nimio ſudore confeci
Donati, Aſperi, Priſciani, Sergii, Probi
Iſidori, Sophi, Bedae, Petrique, Martis Eruli.

Pri-

Primis quidem duobus Foliis extant quaedam Bedae de ratione calculi per digitos, dein alphabeta varia, et calculus Indictionum atque Epactarum ab anno D. 789. uſque ad annum 797.

Sequitur hic titulus litteris uncialibus, et abbreviationibus exaratus.

In nomine Dei ſummi incipit ars Donati grammatica.

Servat formam dialogi et foliis XVIII. conſtat; diverſus iſte liber a Donato editionis primae, et ſecundae quos Putſchius edidit. Agit autem, de octo partibus orationis, dein, de littera. de ſyllaba, ubi leguntur eadem quae ſub nomine Servii de ultimis ſyllabis vulgavit Putſchius, dein, de accentibus, quae pertinent ad ſyllabam, de poſituris, de barbarismo, de ſoloecismo, de ceteris vitiis, de metaplasmis, de tropis, quae quinque ultima capita ſub Donati nomine edidit ſeparatim Putſchius. Dein de partibus orationis compendioſe agitur.

Sequitur liber Grammaticus hoc Titulo.

Partes majores Donati.

Auctor ignotus; formam etiam dialogi ſervat. Haec vero in primis lineis leguntur:

D. Partes orationis quot ſunt? M. octo. D. quae? M. Nomen, Pronomen, Verbum etc.

D. Quare inchoavit Donatus a nomine et non a littera cum alii a litte-

littera inchoaſſent? M. Sciens Donatus quia et ipſa littera nomen erat. Ideo inchoavit à nomine et non à littera. etc.

D. Nomen quare dictum eſt? M. A notamine eo quod res notas faciat.

Hoc opuſculum videtur eſſe Paraphraſis in artem Donati, et implet folia 27. a fol. 18. uſque ad 45.

Sequitur aliud *opus Grammaticum* quod incipit, *de Littera*; deinceps agit de *Syllaba*, dein huic Capiti inſeritur tractatio de ultimis Syllabis diverſa tamen a Servii libello, ejusdem argumenti; dein ſequitur Caput de Pedibus, dein, de Barbariſmo, de Soloecismo de ceteris vitiis, de Metaplasmis, de Schematibus, de Tropis. Haec omnia diverſa ſunt a Donati operibus. quae Putſchius edidit. Citantur multa ex auctoribus Latinae Linguae. Exemplum ex capite de Schematibus hic proferamus.

Scemata quibus eloquiis proferuntur, latinis aut grecis? Plurimi multa dixerunt, ſed nullus eorum vocabula efferre potuit latino ſermone. Sed his nunc appellationibus proferuntur, quibus ea magiſtra grecia nuncupavit. Scemata ex greco in latinum eloquium figurae interpretantur, quae fiunt in

in verbis vel ſententiis per varias dictionum formas, quae dum variatim ponuntur, et faſtidium auferunt et elogium ornant. Quantum ſibi vindicent laudis ipſa rerum natura demonſtrat. Hujus ornationis generale nomen practicon greci vocaverunt. Speciale vocabulum narrationis ſcemata lexeos, et dianoeas, id eſt figura verborum et ſenſus. Sed ſcemata dianoeas ad orationes pertinent, ad grammaticos, lexeos. Quae dum multa ſint, ex omnibus neceſſaria fere ſunt decem et octo, quorum haec ſunt nomina: Prolemſis (prolepſis), Zeuma, Ypozeuſis, ſillenſis (ſyllepſis) Anadiploſis, Anafora Epanolemſis (Epanalepſis), Epizeuſis, Paronomaſia, Sceſis Onomaton, Paromoodon, homoeoptoton, Homoeonteleoiton, Poliptoton, Yrmos, Polipſindeton (Polyſyntheton), Dialiton, (Dialyton). Prolepſis, praeſumptio rerum ordinem ſequuturarum antecedens ut:

Interea Reges (ingenti mole latinus, et cetera.

De-

Debuit enim dicere, interea reges ingenti mole procedunt caſtris. Inde et praeſumptio quia antepoſita quae ſequi debuerunt. Vergilius. Quis genus eneadum, quis Trojae neſciat urbem, Cum anteponere debuit, non obtuſa geſtamus adeo pectora Poeni. Item, ut faciem mutatus et ora cupido, et poſtea ſubjunxit:

Incendat reginam.

Cum prius dicere debuit, Incendat reginam, atque oſſibus implicet ignem, et ſic ſubjungere:

Ut faciem mutatus et ora cupido, donisque furentem

Zeuma. Unius verbi conſiſio apte conjuncta diverſis clauſulis, ut:

Trojugena interpres divum, qui
numina Phoebi
Qui tripodas clari lauros qui ſidera ſentis, et cetera.

In iſto verbo ſentis, totas ſententias concluſit. Haec ſcema fit tribus modis. Nam aut in primo, aut

aut in medio aut in poſtremo id verbum ponitur quod ſententias jungit. In primo, ut:

Vertitur en. Foris fundas ſententia nobis

In medio: Grecia ſulpicio ſortita de galliae coctae.

Hos verſus in Iſidori origin. Libro I, emendatius legimus, ſic:

Vertitur oenoforis fundus ſententia nobis.

Et: Graecia ſulpicio ſorti data, gallia cottae.

In poſtremo: Namque hoc tempore obſequium amicos, veritas odium parit.

Item Cicero in Cantilenam,

(Catilinam): Quae note domeſticae turpitudinis quod privatarum rerum dedecus, quae libido ab oculis, quod facinus à manibus, quod flagitium a tuo corpore abfuit?

Item:

Anguis preſſa perit, fera telo, virque veneno.

Plurima hic leguntur, quae apud Iſidorum etiam exſtant. Deſinit in Folio 72.

Sequitur opuſculum hoc titulo:

No. G. Saeculi.

Conlatio de generibus Metrorum.

Ubi haec leguntur de Metro Dactylico:

D. Metrum Dactylicum exametrum a quo inventum eſt prius? M. Ab Orfeo Critias aſſerit. D. Quomodo. M. Dicit Critias, quia Orfeus hoc inveniſſet; Democritus, a Muſeo. D. Quomodo? M. Dicit Democritus, quia Muſeus illud inveniſſet. D. Quare? M. Eo quod Deorum facta carmine ſuo explicare vellet, metri hujus quod longe pulchrius celſiusque eſt, aut repertor aut certe adprobator fuit.

Definit hic in folio 77.

Sequitur hoc titulo: *Martis Eruli:*

Libellus de Metris, qui in editione Putſchii Centimetrum Servii dicitur.

Sequitur.

Excerptum de Panegyrico Porfirii, ubi de ratione illius carminis diſſeritur:

Addita ſunt hi quatuor verſus.

Ardua

No. *G.* *Seculi.*

Ardua componunt felices carmina Muſae
Diſſona conjectant diverſis vincula metris
Scrupea pangentis torquentes pectora vatis
Undique confuſis conſtabunt ſingula verbis.

Quibus haec praemittuntur monita.

Hi quatuor verſus omnes pari ratione conſcripti ſunt ita ut manente ultima parte orationis ceteras partes omnium verſuum ordine tantum invicem mutatas ad directum vel ad reciprocum modum variare poſſis. Ita ut primae partes cum primis vices mutant, ſecundae cum ſecundis, et poſſis, ſi velis, nullâ parte orationis addita, ex his quatuor mixtis, facere octoginta quatuor.

Exempli gratia ſic permutantur verſus 1. et 2.

Diſſona conjectant felices carmina Muſae

 Ar-

Ardua componunt diverſis vincula metris.

Sequitur.

Liber de octo partibus orationis.

Citatur Sergius grammaticus. Exemplum hujus libri ex capite de numeris nominum, ſequens addimus.

M. Numeri ſunt duo. D. Qui? M. Singularis et pluralis ſunt etiam nomina numero communia, ut res, nubes, dies, dos, ſpes. D. Quomodo? M. Quia in ipſa ſyllaba exit numerus ſingularis, in qua et pluralis; haec res, et hae res. Sunt ſemper pluralia ejusdem generis, ut manes, quirites, cancelli. D. Manes quid intelligitur? M. Dii inferorum ſemper ſingularia generis feminini, ut pax, lux. D. Quando pluralitatem non recipiunt? M. Quia una eſt pax, et una lux, una vita, et una mors; ſemper pluralia ejusdem generis, ut kalendae, nundinae, feriae, quadrigae, nuptiae. D. Quomodo? M. Quae ſingularitatem non recipiunt. Kalendae, a colendo dictae, nundinae, à nonis. Semper

per ſingularia generis neutri, ut opus, virus, aurum, argentum, oleum, ferrum, triticum, et fere cetera, quae ad menſuram, pondusve referuntur. D. Quomodo? M. Quidquid ad menſuram vel ad pondus pertinet, generis eſt neutri et ſemper ſingularitatem habet. Excepto ſal, quod eſt generis maſculini et pluralitatem recipit. D. Da ejus exemplum. M. Sales tui ſine dente ſint, et faba, quod eſt generis feminini. D. Da ejus exemplum.

M. Diſce libens pallantem ſumere
fabam.

Forſan, pallentem.

Nutricem vocis, monachorum
ſemper amicam.

Haec Grammatica a folio 81. uſque ad Folium 101. extenditur. Sequitur.

Liber de VIII. partibus orationes, Anonymi.

Definit in folio 112.

Sequitur.

Liber grammaticus, cujus primum caput eſt de Litteris, ſequentia

de octo partibus orationis, quae in titulo inſcribuntur Donato, quamvis a Donato, quem Putſchius edidit, diverſa.

Caput I. de Litteris, ſic incipit:

Genera Litterarum diverſa ſunt, quia diverſis locis et auctoribus ſunt inventae. Nam ante diluvium Enoch inveniſſe litteras credimus, quibus textum prophetiae ſuae illis temporibus oſtendiſſe non dubium eſt, teſtante Epiſtola quae Catholica nominatur. Prophetavit ut ait ſeptimus ab Adam Enoch dicens: Ecce Dominus veniet et reliqua quae ibi ſcribuntur. Per quas etiam ſtudia ſua in duabus Columnis ſcribere poſt diluvium homines curaverunt. Sed poſtea repperit litteras Cham filius Noe, deinde Abraham Syrorum et Chaldaeorum litteras invenit. Hebraeorum litteras Moyſes invenit in monte Sinai, quibus et legem ſcriptam digito Domini ſuſcepit, ſed non illis litteris nunc utuntur Hebraei. Utuntur autem eis litteris quas invenit Esdras propheta

pheta ſub Zorobabel filio Salathihelis. Graecarum litterarum uſum primi Fenices invenerunt.

D. Sciendum eſt quibus modis littera dici poteſt. M. Quinque D. Quomodo ? M. Dicitur aput hebraeos ſepher, aput graecos, gramma, aput phyloſophos, atomus, aput oratores, legitera, aput latinos littera, et dicta eſt littera eo quod legentibus iter ad legendum oſtendat. Athomus vero ideo nuncupatus, quia dividi non poteſt.

Ex capite, quod de nominibus agit, ſequentia excerpſimus.

Inter. Arbor quid eſt ? Reſponſ. Oratio eſt. Int. Quae pars orationis? Reſp. Nomen eſt. Int. Eſt primitivum an ab alio nomine derivatur ? R. Ab alio derivatur. Int. Quid eſt ergo primitivum illius ? R. Altum robor. — Int. Ador quae pars orationis eſt ? R. Nomen. Int. A qua parte orationis derivatur ? R. A verbo quod eſt adoro. Int. Quomodo fit genitivus ejus? R. Adoris, ſed in uſu

frequenti non eſt. Int. Ador productam o habet an correptam? R. Productam, quia a verbo derivatur quod producit o. Ut Virgilius: Adorea liba per erbam.

Int. Poſſumus dicere pueram ſicut puerum, et puellum ſicut puellam? R. Poſſumus. Int. Unde probabis? R. Libius dicit: puerarum manibus. Plautus dicit: gemini dolet puellus ſeſe venum ducier. Lucilius ait: Cumque hic tam formoſus homo apte dignus puellus.

Ultimum Caput hujus Libelli eſt de nominibus mobilibus; deſinit in folio 127.

Sequitur poſt fragmenta quaedam inſerta.

Ars Aſperi Grammatici.

Hic etiam multis numeris abit ab Aſperi libello quem edidit Putſchius. In noſtro enim deſunt, quae de arte, de littera, de pedibus, in edito praemittuntur; ille vero ſtatim a nomine initium facit. Prolixior eſt edito, et folia implet 11. a folio 130. ad 146.

Ex penultimo capite, de Praepoſitione, haec excerpſimus:

Sciendum eſt tamen ſpecialiter, quod quoties ad bonam partem greſſus dirigitur, ponitur in ablativo caſu, ſicut dictum eſt; Benedictus

dictus qui venit in nomine Domini. Venit enim motum habere videtur, ſed quia in bonam rem venit, bene in ablativo. Et iterum dictum eſt. Deduc me Domine in via tua, et ambulabo in veritate tua, dicet ambulabo, motum videtur habere, ſed ibi quia ad bonam partem pertinent, recte in ablativo ponuntur. Ceterum ſi diceret; propter peccatum meum deduc me in perditionem et ambulo in poenam, quod ad malam rem pertinebat accuſativo caſui adſcribendum erit; et illud denique in ablativo: deduxiſti nos in refrigerio, in duxiſti motus eſſe videtur; ſed quia in refrigerio merito in ablativo complicatur. Si enim dixiſſet, induxiſti nos in incendium, quia ad poenam pertinebat accuſativum poſuiſſet.

Dein haec:

Sine praepoſitione vero cum haec verba nominibus junguntur, ablativo caſui declinationis inſerviunt, ut: utor tonica et tonicis, non tonicam. Fruor agro et agris, non agrum et agros. Subſcribo epiſtola et epiſtolis, non epiſto-

lam et epiſtolas. Ceterum ſi ſine motu dicis, ablativum poſiturus es, et ita dicis: Roma vel Romae conſiſto, qui unus caſus eſt, Ravenna teneor, vel Ravennae. Damasci eram tanquam Damaſco. Effeſi praedicabam tanquam Effeſo. Lugduni vel Auguſtiduni legebam, tanquam Lugduno vel Aguſtiduno et his ſimilia.

Huic opuſculo Grammatico ſubjungitur Inſcriptio ſequens;

Incipiunt primae expoſitiones Sergii de prioribus Donati Grammatici urbis S. Romae.

Opuſculum hoc etiam eſt diverſum a Sergii Expoſitione in Donatum, quam edidit Putſchius. Noſtrum vero ſic incipit:

Oratio eſt oris ratio, id eſt oris eloquutio.

Hic libellus a Fol. 140. ad Fol. 148. procedit.

Sequitur:

Liber de Arte Grammatica, in quo ſaepiſſime citatur Donatus.

Tractat VIII. partes orationis. Et uſque ad Fol. 168. extenditur.

Hunc inſequitur.

Iſi-

No. G. Seculi.

Iſidorus de Grammatica.

Sed non eodem prorſus capitum ordine, qui in editis habetur. Nam in noſtro initium fit capite V. de Grammatica, et VIII. partibus orationis, quibus ſubjunguntur demum capita de litteris, de ſyllaba. Deſunt hic capita, de notis ſententiarum, de ſchematibus, de tropis.

Libro Grammatico ſtatim ſubjungitur Liber de Rhetorica, cujus caput ultimum mutilum eſt.

Hunc ſequitur Liber ejusdem de Dialectica:

Deeſt hic caput de Iſagogis Porphyrii, praeter priores lineas, uſque ad iſta verba: *Suaque certa ac ſubſtantiali diffinitione declaretur.* Hic vero inſeritur caput *de generibus opuſculorum*, quod in editis Libro VI. originum exſtat. Sequuntur reliqua capita Dialecticae.

Sequitur Praefatio Libri de Mathematica, dein Caput XXIII. et ſequentia ejusdem Libri. Hic deſinit Codex. Monendum eſt, inter Alphabeta, quae in primis noſtri Codicis Foliis exhiberi diximus, obſervaſſe nos litteras quamplures, quae extant in Alphabeto gallico, et in Alphabeto Runico, a Mabillonio vulgatis in artis Diplomaticae Libro V. Forſan etiam aliquae ex his litteris convenient cum Alphabetis Gothicis quae exhibet Schilterus Antiquitatum Teutonicarum Tom. III. pag. 400.

330. 4to. Codex Membran. Olim Bongarſii. X.

Aur. Caſſiodori Senatoris Liber de Orthographia.

De

De quo ſupra jam egimus.

Hunc ſequitur.

Bedae Libellus de Orthographia.

Qui etiam editus fuit a Putſchio. Noſter tamen plura habet, quam editus. v. g. in littera V. ſequentia obſervavimus:

Valleſtria agrorum, ſicut et Campeſtria dicuntur veto culpam, veto culpa, id eſt prohibeo à culpa. Sedulius: pomisque vetaret acerbis, id eſt à pomis, et Fortunatus: Non veto conjugium, ſed praefero virginis alvum.

Vultus mutatur, facies manet.

Ultus, et vindicatus, et punitus

Uultus dixit Virgilius in ui, ſed et vultorum Lucilius in I.

Ungo, unxi ſine U, attamen ad nomen dirivatum.

Unguentum, non ungentum dicitur.

Nullum nomen auctoris praefert, ſed Bedae eſſe videtur.

Sequitur.

Ortografia Capri, et idem de verbis dubiis.

Se-

No.	*G.*	*Seculi.*

Sequitur.

Liber Terentii Scauri de Ortógrafia.

Sequitur.

Agroetius de Ortografia.

Hic paulum diverſus eſt ab exemplari edito Putſchii, ab iſto loco

Veniunt qui vendunt, veneunt ſi venduntur:

Nam poſt haec, noſter ſic procedit:

Dilectum à diligendo, delectum ab eligendo, delictum à peccando.

Religio ideo dicitur quod animas religat ad cultum divinum.

In his vero deſinit:

Haec ſors a ſorte, non a ſorde; gripes, non grifi, frixum, a frigore, frictum, a frigendo.

Ultimus eſt

Iſidori tractatus de differentiis ſermonum.

Non tamen ita integer, uti in editis, ubi multo plura exſtant.

Hoc Codice ſe uſum teſtatur Putſchius.

523. 8vo

No. *G.* *Seculi.*

522. 8vo Codex Membran. Olim S. Remigii Rhemenſis.

In margine adſcriptum legimus.

„ Liber S. Remigii ſtudio fratris Adalardi. Bongarſius vero adſcripſit ſequentia.

Ex Bibliotheca J. Ruſſati Lingonenſis Propraefecti praeſidis Calvi montani.

Liber Grammaticus de octo partibus orationis,

Quem ex Donato, Priſciano, et aliis collectum eſſe teſtatur auctor.

Primum Caput hoc titulo inſcribitur:

De ſimilitudine primae Litterae aetati hominis.

Sic vero incipit.

Sciendum eſt autem cui Littera ſimilis eſſe videtur, vel quam ſimilitudinem habet. Littera dicitur ſimilis eſſe infanti, quia per varias aetates et per incrementa uſque ad perfectam aetatem creſcit. Sic et littera quae per ſyllabas et partes orationis uſque ad integram orationem creſcere videtur. Inde Virgilius Maro dixit: Littera eſt velut quaedam legendi nativitas.

Hic auctor Virgilium Maronem cum Virgilio Grammatico Aſiano, de quo ſupra diximus, confundere videtur.

Capi-

Capite ſequenti agit auctor.

De tribus materiis quibus conſtat Littera, ſicut et homo tribus ſubſtantiis conſiſtit. Eſt igitur vera ſimilitudo litterae in homine. Sicut enim homo tribus conſtat, corpore et anima atque ſpiritu, ſic littera tribus conſtat, figura, nomine et poteſtate.

Hic rurſum Virgilius citatur.

Capite ſequenti agitur de Inventione Litterarum; cui hic titulus praemittitur:

Tractatus multorum Grammaticorum de Litteris.

Dein agit de octo partibus orationis.

Nomen auctoris in fine libelli deprehendimus, ubi ſequentes verſus adſcripſit:

Hoc opus exigue quod certus tramite lector
Jam Petrus Domini fecit amore ſui
Plurima quo procerum tribuit purganda cilindro
Ordine ſunt forſan non benedicta ſuo.
Te flagito precibus lector ſi flecteris ullis

Ut

Ut dicas clarus, Petre miſelle vale.

Omnipotens Dominus coeli terraeque creator

Lectorem foveat nocte dieque pium.

Snbjunguntur verſus ſequentes, qui forſan ad idem opus, forſan ad Donatum, qui ſequitur, pertinent.

Hic ſunt prata meis ſi credis plena roſetis

Sume roſas manibus, carpe refectus iter.

Qui cupit, ecce bibat noſtro de gurgite limphas

Veſcaturque cibis me tribuente libri

Deſinat infandas mentis ſervare tenebras

Deſinat et verbis bella ciere ſuis.

Pacificus ſervet quae textus littera monſtrat.

Rex quoniam Chriſtus pacifer ipſe fuit

Sume-

Sumere nam flores ſi torva fronte ſuperbus
De his exſpectet feſſus ad ima ruat.
Jam ſit vera ſalus, jam ſit concordia ſancta
Jam reſonent caſtis verba beata modis.

Sequitur.

Donati Ars prima, quae incipit de voce, cui ſubjunguntur ejus capita, de Barbariſmo, de Soloeciſmo et reliqua Donati, quae exſtant à Putſchio edita à pag. 1767. ad pag. 1779.

Sequitur.

Compendium de Grammatica cui hic titulus praemittitur. Liber S. Stephani.

Sic incipit, corruptiſſime ſcriptus:

In nomine S. Trinitatis. Aggreſſus quidam juxta Traditionem magiſtrorum de multis pauca commemorari, nam ſicut abſcondere aliquod bonum periculoſum

 eſſe

eſſe non dubito, ita mihi hoc in loco praeſumtivo juxta aliorum autumationem eſſe tremiſco. Tamen pauca qua valemus ad adoleſcentum parvum faciendum in nomine, in editione ſecunda auxiliante Chriſto aggrediamur. Primitus ſciendum eſt quia omnis auctoritas ſcripturarum in tribus conſiſtit temporibus, id eſt praeſentis, praeteriti, & futuri, vel in tribus modis comendatur, id eſt locus, tempus, & perſona nec non in tribus perſonis terminatur id eſt, qui dicit, a quo dicitur, de quo dicitur etc.

Et poſtea haec:

Nam et auctoritas ſcripturarum in tribus modis dinoſcitur, aut ex titulis et praemiis, ut Propheticos libros et Apoſtoli Epiſtolas, aut ex titulis tantum ut Evangeliſtas, aut Ars iſta Donati.

Haec vero Editio ſecunda Donati Grammatici juxta doctrinam primitus intelligenda eſt.

Hinc patet, iſtud opuſculum fuiſſe Commen-

mentarium in artem ſecundam Donati; mutilum eſt, nec ultra 3. folia ſuperſunt.

Sequitur.

De Orthographia Libellus, 4. foliis continetur.

Sed non editus a Putſchio.

Ex eo haec excerpſimus:

K. litteram antiqui praeponebant quotiens A ſequebatur ut kaput, kana, kalamus, nunc autem kartago et kalendae per eandem tantum ſcribuntur. Omnia autem greca nomina qualicunque ſequente vocali per k ſunt ſcribenda.

Laetus per dyptongum ſcribitur quia laetitia a latitudine vocatur, cujus contraria eſt triſtitia quae anguſtiam facit. L autem littera interdum pro D utimur, ut latum pro datum, et calamitatem, pro cadamitatem. A cadendo enim nomen ſumpſit calamitas.

Petrum quendam nomine Grammaticum in hoc Codice contineri patet. Ejusdem nomen legimus in Titulo Codicis 207., quamvis iſte non idem opuſculum exhibeat, quod hic Petri nomine inſcribitur.

No.	G.	*Seculi.*
611.	4to Codex Membran. Scriptura Franco-Gallica.	*VIII.*

Libellus de octo partibus orationis, qui Aſpero tribuitur,

Teſte inſcriptione capitis. quod de verbo tractat:

Ubi haec leguntur:

Aſperi de verbo. Verbum quid eſt? Pars orationis cui tempus accedit, et perſona, non caſus.

Idem eſt opuſculum, cum Aſpero, quem ex Codice praecedenti recenſuimus.

Sequuntur.

Fragmenta de Nominum declinatione, et ex Iſidoro quaedam de Menſuris.

Sequitur.

Fragmentum continens Aenigmata, diverſa ab iis quae ſub Sympoſii nomine, et inter Lactantii opera edita ſunt; diverſa etiam ab Aenigmatibus Aldhelmi editis in Bibliotheca Patrum. Lugd. Tom. 13.

Noſtra vero Aenigmata ſequentes titulos habent. 1. De Sale. 2. De Menſa. 3. De Calice. 4. De Ovo. 5. De Mola. 6. De Grano. 7. De Vite. 8. De Nave. 9. De Oliva. 10. De

10. De Palma. 11. De Cribro. 12. De Scupa. 13. De Pice. 14. De Melle. 15. De Apibus. 16. De Ove. 17. De Igne. 18. De Membranis. 19. De Litteris. 20. De Sinapi. 21. De Papiro. 21. De Speculo. 23. De Piſcibus. 24. De Spungia. 25. De Roſa. 26. De Lilio. 27. De Croco. 28. De Igne. 29. De Rota. 30. De Luna. 31. De Coelo. 32. De Stellis. 33. De Umbra.

Alia quae his praemittebantur, ex Codice noſtro abſunt. Specimina tria hic deſcribere lubet.

De Membranis.

Lungam vitam manens toti nam confero mundo
Et defuncta mirum praeſto de corpore quaeſtum
Veſtibus exuta multoque vinculo tenſa
Gladio ſic mihi deſecta viſcera pendent.
Manibus me poſtquam Reges et viſu mirantur
Miliaque porto nullo ſub pondere multa.

De Papiro.

Amnibus delector molli ſub cispi-
te cretus
Et producta leve natus columna
viresco.
Veſtibus ſub meis nequeo cernere
ſolem
Alieno tectus poſſum producere
lumen.
Filios profundi dum fior lucis a-
micus
Sic qui vitam dedit mater et lu-
mina tollit.

De Speculo.

Uterum ſi mihi praelucens texe-
rit umbra
Proprios volente devota porrego
vultus
Talis ego mater vivos non genero
natos
Sed petenti vanas diffundo viſu
figuras
Exiguos licet mentita profero fa-
ctos

No. G. Seculi.

Sed de vero ſuas videnti dirigo formas.

Aenigmata ſingula ſenis verſibus continentur.

439. 4to Codex Membran. XII.

Grammatica, ſ. Libellus de partibus orationis, anonymi.

Addita eſt interdum interpretatio gallica. Citantur verſus exhibentes regulas grammaticas. Exemplum ſequens exhibemus.

Quatuor ſunt adverbia locorum. Quo, qua, ubi, unde. Quo quaeritur de loco ad quem aliquis tendit. Qua, quaeritur de loco per quem aliquis tranſit. Ubi quaeritur de loco in quo aliquis eſt. Unde quaeritur de loco de quo aliquis recedit. Unde verſus.

Quo petit, ad, qua petit, in, ubi petit, unde petit, de.
Qualiter, id eſt, quo caſu nomina propria villarum, civitatum et caſtrorum debent reſponderi ad quo, qua, ubi, unde, oſtendit per hos verſus.

Quo, Romam, Rothomagum, Vernonum, tendit Athenas

 Rus

No. | G. | Seculi.

Rus tendebat, humum, militiamque, domum.

Qua, Roma, Rothomago, Vernone, meabat Athenis

Rure meabat, humo, militiaque, domo.

Ubi, Romae, Rothomagi, Vernone, moratur Athenis

Rure moratur, humi, militiaeque, domi.

Unde, Roma, Rothomago, Vernone, redibat Athenis

Rure redibat, humo, militiaque, domo.

Folia 24. implet hoc opuſculum, cui haec in fine inſcripta ſunt.

Explicit de regimine caſuum dato per verſus.

Sequuntur.

Regimina caſuum per verba, ordine alphabetico.

e. g.

Accuſativum caſum regunt.

Abdi-

Abdico, Abjugo, Ablecto.
Ablativum. Abundo.
Dativum. Adhaereo.

Sequitur.

Libellus de partibus orationis, cui in fine titulus additur Arcubii.

Sic vero incipit:

Quoniam omne metrum conſtat ex pedibus, pes autem ex ſyllabis, ſyllaba ex litteris, primo videndum eſt quid ſit littera etc.

Quae ſequuntur exponunt breviter genera Metrorum. Liber ipſe conſtat exemplis, ex quibus ſingulae partes orationis eruuntur. Primum eorum hoc eſt.

Arcubius deſcendens de Turre frangitur crus. In hoc latino tria noto; primo quod Arcubius idem eſt quod excubitor gallice eſcargaite; et dicitur ab Ars artis, et cubo cubas, quaſi cubans in Arte; ſciendum, quod cubo cubas, praeteritum cubui, vel cubavi; verſus? A cubo, bas, batum dicatur, itumque ſupino. Item cubo, cu-

bas, diverſi modo componitur, et ſecundum diverſas ſignificationes diverſa ſignificet, unde verſus:

Si cubat, in combit mutetur, et addidero cum. Secundo noto quod Turris facit accuſativum in em, vel in im, unde verſus:

Em dat et im, turris, veſtis, puppisque, ſecuris. Tertio noto quod crus regitur ab hoc paſſivo, frangitur, ex vi ſynecdoches, unde noto quod paſſivum regit accuſativum tribus modis, primo ex vi ſynecdoches, ut dictum eſt, ſecundo quando activum a quo deſcendit regit duplicem accuſativum, ut doceo te grammaticam; cum enim dicitur, doceris à me grammaticam, iſte accuſativus regitur ab hoc verbo doceris ex natura verbi, vel ex vi gerundii ſubintellecti ſcilicet tradendo. Tertio modo quando activum intelligitur in paſſivo dicendo:

Morbus miſeros depaſcitur artus,

id eſt depaſcendo, corrodit, unde verſus:

Quartum paſſivo per ſynodocem ſociabis
Cum regit activum geminos, vel quando ſubaudis.

Alia exempla talia ſunt:

Me miſerum oportet ire ad S. Mariam de valle viridi. Hic quaero primo à quo regitur miſerum. Si dicat aliquis ab hoc verbo, oportet, dico quod non videtur eſſe verum quia ibi eſt alius accuſativus qui regitur de oportet, ſcilicet me. etc.

Aliud exemplum.

Ego ſum auditor Magiſtri Petri doctoris mei grammaticae.

Huic opuſculo ſubjunguntur verſus exponentes Metaplasmos dictionis, et de Schematibus atque Tropis,

Sic:

Protheſis apponit apud auferesis que reſcindit.

Sinco-

Sincopa de medio tollit, quod epentheſis auget.

Si dicas Teucre, pro Teucer, metatheſis ſit.

Tranſtra per et remos dicas, anatrophe fiat etc.

386. 5to Codex Membran. XIV.

Gloſſa doctrinalium, ſive Gloſſae in Alexandri de Villa Dei doctrinale grammaticum;

Hoc opus verſibus Hexametris exaratum, ubi auctor de Grammatica agit, commemorat Fabritius Bibl. Med. Aevi. vixit iſte Alexander ineunte ſeculo XIII.

Sequitur.

Aliud opuſculum Grammaticum, de quo nihil comperire potui; deeſt initium; agit vero de partibus orationis. Citat Priſcianum. Nomen auctoris in fine reperimus; ubi haec leguntur.

Haec ſufficiant de quaeſitis in Grammatica. Explicit quolibet Magiſtri Gerardi de monte Corbeleto.

Subjunguntur in fine Codicis quaedam Philoſo-

loſophica. Haec omnia ſcripta videntur ſeculo XIII.

432. 4to. Codex Membran. Bongarſii. In fine adſcriptum legitur. IX.

„Hic eſt Liber S. Maximini Miciacenſis „ Monaſterii. „

Continet vero opuſcula grammatica ſequentia.

Conſentius de partibus orationis:

Cui hic titulus praemittitur:

Incipit Ars Conſentii viri clari V. C. Quinti Conſulis, quinque civitatum, de duabus partibus orationis.

Hos Conſentio titulos ex ignorantia litterarum V. C. adſcriptos fuiſſe à monacho inepto, patet.

Sub finem partis prioris de nomine obſervavimus in noſtro Codice legi:

Tros Rutuloſve fuat,

Quae lectio praeferenda videtur, tum Putſchius legat Rutulusve.

Noſtram vero lectionem praeferendam eſſe cenſemus, tum ex conſenſu variorum Virgilii Codicum, tum ex ratione argumenti quod hic tractat noſter Conſentius, nempe de nomini-

bus a graeco derivatis, eorumque declinatione. Haec nempe dixerat:

Nam ex his nominibus quae Declinationem latinam recipiunt plerumque poetae aliquos caſus ſibi eligunt et maxime accuſativos quos graece offerant cum alios eorundem nominum caſus enunciare graeca declinatione non audeant. Velut Tros Rutulosve, et, Tres nothus abreptas, et, quid Teſſea magnum.

Ubi hoc notandum eſt, Conſentium hic Tros, et Rutulos, accuſandi caſu accepiſſe.

Sequitur.

Ars Agroetii de Orthographia.

Sequitur hoc titulo Libellus Grammaticus.

Inſtitutio Priſciani Grammatici, Caeſarienſis viri eloquentiſſimi de nomine et pronomine et verbo.

Sic vero incipit:

Omnia nomina quibus Latina utitur eloquentia quinque declinationibus inflectuntur quae ordinem acceperunt ab ordine vocalium formantium genitivos.

Caput

No. 61 Seculi.

Caput de Pronomine ſic incipit.

Pronomina de quibus nulla dubitatio eſt, ſunt apud Latinos XV. primitiva quidem octo haec ſunt. Primae perſonae unum ut ego, et ſecundae unum ut, tu, etc.

In Capite de paſſivis regulis ſequentia legimus:

Paſſiva imperativa ſecundae perſonae in omni conjugatione ſimilia ſunt infinitivis activis, ut amare, docere. Pluralia vero ſecundum tertiae perſonae terminationem aequaliter in prima et in tertia perſona terminantur, interpoſita m pro t. ut ametur, amemur. Nam ſecunda perſona imperativi ſimilis eſt ſecundae indicativi, quomodo et apud graecos ut amamini, docemini et cetera, idque uſus probat. Terentius in Phormione: dum igitur licet, dumque adſum, loquimini mecum, in Antipho et contemplamini me. In eodem: contemplamini vultum. Idem in Eunucho: me vos ſequimini. Saluſtius in Catelenario: Expergiſcimini

mini aliquando et capeſſite rempublicam.

Hoc opuſculum non idem eſſe cum Priſciani opere, quod vulgo circumfertur patet. Ultima hujus libelli verba haec ſunt; ubi agitur de nominibus verbalibus:

In o deſinentia omnia activorum regulam ſervant, in or vero paſſivorum. De quorum ſpeciebus in tribus libris quos de verbo ſcripſimus latius diſſertum invenies.

Sequitur.

Servius Honoratus de ratione ſyllabarum.

Sequitur.

Sergius in primam Donati orationem.

Codicem claudunt.

Servii ejusdem de ratione Syllabarum capita ultima, de conjunctione, de praepoſitione, et interjectione.

Ultimae vero lineae haec habent:

Sciendum eſt primo quia auctoritas ſcripturarum vel artium plerum-

No. G. Seculi.

rumque tribus confirmatur modis, id eſt perſona, loco et tempore, ſicut ſcriptum eſt in Evangelio: cum natus eſſet JEſus in Bethleem Judae in diebus Herodis Regis; dicendo enim, cum natus eſſet JEſus, perſonam oſtendit; addendo in Bethleem Judae locum demonſtrat, et ſubjungendo, in diebus Herodis, tempus declarat. Perſona autem hujus artis Donatus, locus, Roma eſt. Tempore ut fertur Conſtantis Imperatoris filii Conſtantini ſcripſit hanc artem juſſu Julii Papae.

Plura olim hoc Codice contineri viſa ſunt, Donati forſan, de quo Inſcriptio. Hoc Codice ſe uſum teſtatur Putſchius.

338. 4to Codex Membran. IX.

Beda de Orthographia

Caper de Orthographia.

Caper de verbis dubiis.

Iſte libellus in his verbis deſinit:

„Opilio, non Upilio, utrisque „manibus, et utraque manu recte.

Ultima illa pericope quae in edito Capri libello apud Putſchium extat, his verbis incipiens,

piens: „Metor, metaris, eligo„ hic deeſt, et Capri non eſſe videtur.

Sequitur.

De Caeſuris ratio Victorini.

Eſt excerptum ex Victorini Arte Grammatica.

342. 4to Codex Membran. XII.

Gualtheri Alexandreis, ſ. Carmen de Alexandro M. verſibus heroicis exaratum, cum gloſſis marginalibus et interlinearibus.

In fine haec adſcripta:

„Hic liber eſt ſcriptus, qui ſcripſit ſit benedictus
„Scripſit Alexandrum Lambertus Clericus iſtum.

481. 8vo Codex Membran. Olim Bongarſii. XIII.

Gualtheri Alexandreis.

Ab initio uſque ad medium Libri VII. praemittitur auctoris praefatiuncula, his verbis incipiens:

„Moris eſt uſitati cum in auribus multitudinis
„aliquid novi recitatur etc.

No.	G.	Seculi.

414. 4to Codex Membran. XIII.

Gualtheri Alexandreis.

Codex mutilus, incipit a Libri I[illegible] verſu iſto:

„Hic ab utroque mari etc.

Deſinit in Libri IX. verſu iſto.

„Solus Alexandro magno conamine Porus.„

515. 4to Codex Membran. XIII.

Gualtheri Alexandreis.

Codex etiam mutilus incipit à Libro II. deſinit in his verſibus Libri IV.

„Laſſa mirabitur defectum, jamque monebam clamantes ſocii, ſellae ut reſiliret et
„ ipſum exciperent.

710. 8vo Codex Membran, XIII.

Ex Gualtheri Alexandreidos Libris excerpta.

Praemittitur titulus iſte:

„De primo libro magiſtri Waltheri de Hiſtoria Alexandri.

De Garlandia, vide Joannem.

No. *H.* *Seculi.*

180. Codex Membran. Olim S. Benedicti Floriac. IX.

Hegeſippi (ſcribitur hic, Egeſippi) hiſtoriarum Libri V.

579. 4to Codex Chartac. XV.

Heliodori Carmen de Chryſopoeia, ſive de Arte aurum faciendi. Graece.

Titulus noſtri Codicis hic:

Ἡλιοδώρε φιλοσόφε πρὸς Θεοδόσιον τὸν μέγαν βασιον περὶ τῆς τῶν φιλοσόφων μυστικῆς τέχνης δια ςίχων ἰάμβων.

Hoc opuſculum Heliodori, ut autumant, Aethiopicorum ſcriptoris edidit Fabritius Bibl. graecae Tom. VI. pag. 789. ſeq. ex Codice MS. Pariſienſi.

Noſter multas lectiones habet diverſas ab hac editione v. g.

In Titulo, Fabritii. βασιλέα. Noſter: βασιον.

Vers 1. Fabrit. πανέμφρονες. Noſter: πᾶν ἐμφανές.

Vers

No.	H.	Seculi.

Vers 2. Fabrit. Μυϛιπόλοι ἑποντες ἀκρω.
Noſter. Μυϛηπόλοι εποντες ἀϱω.

MSS. 656. 8vo Cod. Chartac. Bongarſii. XVI.

Heronis Geodeſia.

Graece.

Animadvertit Cl. Fabritius, Bibl. gr. L. III. c. 24. tres fuiſſe Herones Mathematicos. Primus eſt Alexandrinus, qui Ptolemei Philadelphi et Evergetae I. temporibus vixit. Alter medii ſec. quarti auctor eſt. Tertius Chriſtianus ſub Heraclio vixiſſe putatur; et hic eſt auctor libri de Geodeſia, qui in Codice noſtro occurrit. De ſcripto iſto haec habet idem Fabricius: *Geodeſia* quam latine vertit et ſcholiis illuſtravit, libroque de Machinis ſubjecit Barocius. Graece nondum edita eſt. Francisci Barocii verſio Heronis noſtri prodiit Venetiis 4to 1572. Codex

Noſter ſic incipit. Γεωδαισία σὺν θεῷ ἥρωνοσ. τὸν τῶν, σχημάτων ἀποδεικνύουσα μοδισμὸν καὶ πάντα τὰ κατὰ μέρος αὐτῆς. Σημεῖον ἐϛὶν οὗ μέρος οὐδέν. Γραμμὴ δὲ, μῆκος ἀπλατές. Ultimæ lectionis argumentum hoc eſt;

No. *H.* *Seculi.*

Μέθοδος ἐπὶ παντὸς τρίγονȣ εὑρίσκειν τὸ ἐμβαδόν.

211. Fol. Codex Chartac. *XV.*

Hierocles in aureos verſus Pythagorae ab Auriſpa traductus et Nicolao V. dicatus.

579. 4to Codex Chartac. *XV.*

Hippocratis de Inſomniis Fragmentum Graecae.

596. 4to Codex Membran. Olim Bongarſii. *XVI.*

Chronographia, ſ. Hiſtoria ab orbe condito, uſque ad Nicephorum Botaniatem. Graece; in duas partes diviſa.

Quarum prior ab orbe condito, uſque ad Diocletianum et folia priora 52. implet; ſecunda a Diocletiano ad Nicephorum folia reliqua uſque ad folium 220. Titulus operis initio talis legitur:

βιβλίον περιέχων χρονογραφικὴν ἐξήγησιν ἀπὸ κτίσεως κόσμȣ μέχρι Διοκλητιανοῦ τοῦ βασιλέως καὶ ἀπ᾽ αὐ-

τοῦ

τοῦ ἄρχεται τὸ δεύτερον βιβλιον ἑώς τῆς βασιλείας Νικηφόρου τοῦ Βοτανηάτη.

Sic vero incipit:

Απ' ἀρχῆς ἐποίησε ὁ Θεὸς τον ουρανὸν χωρὶς ἄςρων. ὡραιοτατόν τε ἐις ὕψος καὶ θεάσιν. καὶ μετ' αὐτὸν ἐποίησε τὴν γῆν ἔιτα τὸ φῶς.

In capita diviſum eſt totum opus, quibus ſingulis argumenta rubro colore ſcripta, praemittuntur.

Caput illud, in quo hiſtoria prioris Synodi Nicaenae ſub Conſtantino magno habitae narratur, hic exſcribimus, ut de auctoris noſtri ſcribendi ratione exemplum habeant lectores.

Argumentum.

ἀπο αδαμ ετη Ε ω ι ς. (ς 8 1 6). τοῦ χριςοῦ τ ι ς (316.) τὸν χρόνον τοῦτον ἐτελειώθη καὶ ἡ ἁγία καὶ οἰκουμενικὴ σύνωδος ἡ πρώτη τῶν ἁγιῶν τιη

 (318.)

(318.) Θεοφορῶν πατρῶν ἐν Νικαια. ὑπὸ τοῦ μεγαλου ϗαὶ ἐυσεβοῦς βασιλεως κωνςαν τίνου.

Caput incipit.

Κατὰ τούτον τὸν χρόνον εἰς τους κ χρονȢς τῆς βασιλείας τοῦ μεγάλου κωνςαντινου ἐτέλεσθη ϗαὶ ἐγένετο ἡ ἁγια ϗαὶ οἰκουμενικῆ σύνοδος ἡ πρώτη, τῶν ἁγιῶν τριακοσιῶν δέκα ϗαὶ ὀκτῶ Θεοφορῶν πατρῶν. ἐκ τουτῶν οἱ πλείονες ἦσαν Θαυματουργοὶ ϗαὶ ἰσάγγελοι πολλοὶ ἦσαν ϗαὶ ἐςερημένοι τὰ μέλη ἀπὸ τοῦς διωγμοῦς τῶν τυραννῶν. τῶν πρώην ἦσαν εν τούτοις, παφνουτιος, σπυρίδων, μακάριος, ὁμησιβῆνος, ϗαὶ ἰακωβος, ἄνθρωποι θαυμαςοὶ ϗαὶ ἐνάρετοι,

τοι, οἵτινες ἀνέςησαν νεκροῦς καὶ πολλὰ παράδοξα ἔργα ἐποιησαν. ἡ δὲ ἁγία σύνοδος ἐγένετο εἰς νικάιαν πολιν τῆς βυθανίας. καὶ ἦσαν ἐν αὐτοῖς προεξαρχοῦντες, μακαριος πατριάρχης ἱεροσολύμων, αλέξανδρος αλεξανδρείας. εἰς δὲ τὸν τόπον τῆς ῥώμης ἦλθασιν ἄνθρωποι σοφοὶ καὶ λόγιοι, βῆκος καὶ βικεντιος. ἡ δὲ ἀντιοχεία ἦτον χειρεύουσα. καὶ ἐτάξεν ἡ σύνοδος διὰ τὸν τόπον τοῦ πατριαρχου ἀντιοχείας (να ἐνε) ἐυςάθιος ἐπίσκοπος βερίας τῆς συριας. αλεξανδρειας καὶ ὁ βυζαντίου διὰ ἀσθένιαν σωματικὴν καὶ γῆρας οὐδὲν ἐδυνήθησαν να ἔλθουν. καὶ ἦσαν εἰς τὸν τόπον τους κληρικοὶ ἱερομένοι

σοφοι ἀνθρωποι. ἦτον μετ᾽ ἀυτοῦς ϗαὶ
παύλος ἐπίσκοπος Νεοκαισαρίας. ϗαὶ
ἄλλον πλῆθος ἁγιῶν ἀνδρῶν ἀξιολο-
γοτατων ϗαὶ θαυμασίων ἐργων ϗαὶ
λόγων. πάντας δὲ τοῦτους ἐκυβέρνησε
ὁ βασιλεὺς ἀπὸ πᾶσαν χρίαν ἧν ἠθέ-
λασιν. ἁυτη ἡ ἁγία καὶ οἰκȣμενικὴ
πρώτη σύνοδος, δια συνεργίας τῆς ἁ-
γίας καὶ ὁμοȣσίȣ τριάδος κατέβαλε
τον φλύαρον ἄρειον καὶ τȣ̃ς ὁμόφρονας
ἀυτοῦ. προεκάθητο καὶ ἐις τὴν σύνο-
δον, καὶ ὁ μεγας βασιλεὺς κωνςαν,
τίνος. και ἐξόρισαν τȣ̃ς ἀιρετικȣ̃ς,
καὶ ἀνεθεμάτισαν ἀυτοῦς, καὶ ἐις τὰς
ἐπισκοπίας ὁπου ἦσαν ὁι ἀιρετικὰι ὁρη-
σε ὁ βασιλευς να χειροτονίσουν ἀλλȣς
ὀρθοδόξȣσ, ὁι δε ἁγίοι πατερές ἐ-

γρα-

γραψαν τὸ ἅγιον σύμβολον τῆς ὀρθοδοξȣ πίςεος τῶν χρισιανῶν, τὸ, πιςευω εἰς ἕνα Θεὸν, κϑ. τα ἑξῆς. καὶ ἐςερέωσεν το ὁ βασιλεὺς [με] οικειοχείρου [τοῦ] κοκκίνην ὑ πογραφήν. καὶ ὑπέγραψαν τα ὀνοματά [τȣ] ὅλοι οἱ ἅγιοι πατρές. καὶ ἐφημησαν τὸν βασιλέαν καὶ ὕτως ἐχάλασεν ἡ σύναξις.

Haec narratio variis locis abit a narratione Zonarae, et Cedreni, de eadem re. Veluti quae noſter de virtutibus Patrum, et miraculis ab iis perpetratis, refert, et illa de ſubſcripta ab Imperatoris propria manu Synodo, nomina etiam quorundam Patrum hic occurrunt, quae illi non habent. Dictionem noſtri auctoris graeco barbaram eſſe patet. In chronologia abit ab Euſebio, et a Cedreno. Annum enim Erae Chriſtianae 291. ab orbe condito 5797., Cedrenus Concilio Nicaeno aſſignat. Euſebius annum Erae Chr. 325. ſecundum Chronicum canonem graecum editionis Scaligerianae, vel annum Erae Chr. 322. ſecundum Hieronimi verſionem Chronicorum. Noſter vero annum Chriſti 316. ab orbe condito 5816.

Notae illae annorum ab orbe condito et ab Era Chriſti tantum ab Imperio Diocletiani, ubi

ubi pars altera incipit, in noſtro Codice exſtant, in priori parte deſunt. Hiſtoriae Concilii Nicaeni in noſtro auctore ſubjungitur mors Criſpi Conſtantini filii, his verbis:

Τοῦτο τὸ ἔτος ἐτελεύτησε ὁ κρίσπος ὁ Υὸς τοῦ βασιλεος χριςιανός.

Sequitur narratio de fundatione Conſtantinopoleos, dein varia circa celebrationem Paſchae, a Patribus Nicaenae Synodi, deinde narrat celebrationem feſti in memoriam accepti Regni a Conſtantino.

ὡς δὲ ἦλθεν ἡ ἑορτὴ ἡ μεγάλη τῶν ἐγγενιων τῆς βασιλείας του μεγάλου κωνςαντίνου.

Hic reperiuntur exempla reverentiae qua magnus Conſtantinus proſequebatur Clericos et Patres, quae etiam narrat Cedrenus, inter quae hoc legitur Imperator dixiſſe:

καὶ ὤμοσεν, ὅτι ἐὰν εἶδα με τοὺς ὀφθαλμούς μου ἐπίσκοπον πορνεύοντα, ἤθελα τὸν σκεπάση μετὰ πορφυρίδα ὅπουνα ἐφορουν.

Haec Cedrenus paulo aliter refert, quae ex verſione Guil. Xylandri hic ſubjungimus:

Ego

Ego ſi meis oculis viderem ab Epiſcopo adulterium comitti vel purpura mea vellem flagitium obtegere ne ejus conſpectus alios laederet.

Sequitur hiſtoria Alexandri Epiſcopi qui Philoſophum gentilem, cum quo diſputabat, mutum reddidit; quod et refert Cedrenus. Narrat deinde noſter, quae templa in urbe Conſtantinopoli dedicaverit Imperator. Dein, ſub aliis capitum titulis, agit de converſione variarum gentium ad fidem Chriſtianam.

Titulus unius capitis talis eſt.

ἐβαβτίσθησαν καὶ ὁι Ἴνδοι διὰ διδαχῆς Φρουμεντίου τοῦ φιλοσοφου.

Capitis alterius Titulus.

ἐβαπτίσθησαν καὶ οἱ ἴβεροι καὶ ὁι ἀρμενοι.

Sequentia in his capitibus leguntur, quae non exſtant apud Cedrenum:

τότε ἐβαπτίσθασαν πολλὰ ἔθνη, καὶ προσέτρεχον τῆ πίςει τοῦ χριςοῦ, ἀπὸ τὰ θαύματα ἅπερ ἐβλεπον, ὅτι ποιουσιν

ϰσαν οἱ ἐχμαλωτοι, ἐν τῇ βασιλέια τοῦ μεγαλου κωνςαντίνου. ἐβαπτισθησαν οἱ ἐνδότεροι ἴνδιοι, Φρουμεντιος γε ὁ σοφάτατος ἀπὸ τῶν τύρων μετα μερωπίυ καὶ αἰδεσίου τῶν μαθητῶν ἀυτοῦ ἐισῆλθον ἐις τὴν ἰνδιάν διὰναειδῆ τοῦς τόπους ἐκείνους. καὶ ἐδίδαξεν ἀυτοῖς τὸν λόγον τοῦ Θεοῦ. ὁμως ἐπίςευσαν καὶ οἱ ἴβεροι ἀπὸ ἀιχμάλωτην χριςιανὴν γυναῖκαν. ὁπου εποίει θαύματα μεγάλα. ἀυτη γὰρ ἡ γυνῆ ἐθεράπευσε τὸν βασιλεα τῆς ἰβερίας. ὅτι ὁ βασιλεὺς ὅυτος ὡς εκυνήγη, ἐτυφλόθη. καὶ ἀνεβλεψέντον. ὁμοίως καὶ οἱ αρμένιοι ἐπίςευσαν ἐις χριςὸν συνεργία τοῦ βασιλεὲς ἀυτῶν τυριδατυ, καὶ Γρηγορίου ἀρχιεπισκοπȣ ἀυτῶν. ἀπὸ

αδαμ

αδαμ ἔτους ε. ω. ι. ζ. (5817.) τοῦ χριστοῦ τιζ. (317.) κατὰ τουτον τὸν καιρὸν οἱ ἑβραίοι καὶ οἱ πέρσαι, ὡς εἶδον τὸν χριστιανισμὸν ὅτι ἐπλάτυνεν, ἠνάγκασαν σαβόριον τὸν βασιλέα τῆς περσίας, ὅτι να κινήσει διωγμὸν κατὰ τῶν χριστιανῶν, ὥστε ὁ σαβόριος πολλους ἀρχιερεῖς καὶ ἱερεῖς καὶ λαοικοὺς ἐφόνευσεν εἰς μίαν ἡμέραν διὰ τὴν πρὸς χριστὸν πίστιν. ἐπισκόπους καὶ κληρικοῦς ρ. χριστιανοῦς δὲ και ἄλλους χιλιάδες ιη. ὁ δὲ μέγας κωνσταντίνος ἔπεμψεν ἀποκρισαρίους καὶ ἔγραψεν εἰς τὸν σαβόριον ἵνα ἐλεήσει τοῦς χριστιανοῦς, καὶ ἀναπαύσει τὸν διωγμὸν. οὐδὲ σαβόριος οὐκ ἐπίσθη.

Haec partim narrat Cedrenus. Multum per omnia convenit noſter cum illo.

Sub-

Subjungitur Tabula capitum, in fine operis, et, quot annis ſinguli regnaverint Imperatores, traditur. Nec in Nicephoro Botaniate, ubi opus ipſum deſinit, Index ille ſubſiſtit, ſed ſequentes Conſtantinopoleos Imperatores tradit uſque ad Conſtantinum Palaeologum et captam urbem a Muhamedanis.

De duobus ultimis, nempe Joanne Palaeologo, et Conſtantino fratre haec tradit Index,

βασιλεὺς ῥωμαιῶν ἰωάννης ὁ παλαιολόγος. ὅυτος ὁ βασιλεὺς ἐποίησεν τὴν ἐν φλορεντία η σύνοδον. ἐν τῶ ς ϖ μ ς. (anno mundi 6546.) καὶ ἐσυγκατέβη εἰς τὸ δόγμα τῶν λατίνων. ἐν δὲ τῶ ἐπαναςραφὲν αὐτὸν εν κωνςαντινεπόλη, πλήσασ ἀπέθανε.

βασιλεὺς ῥώμαιων κωνςαντίνος ὁ παλαιόλογος ὁ δράγασις ἀδελφὸς ἰωαννȣ. ὃς καὶ εχασε τὴν πόλιν.

ἐν δὲ τῶ ςπξα μηνι μαιὼ κθ ἡμερα ἐπάρθη ἡ κωνςαντίνȣ πόλη ὑπὸ

τῶν

τῶν ισμαηλιτῶν ἀπο σπάθȣς καὶ εκο-ψαν καὶ ἠχμαλωτευσαν αὐτην.

Nota, hic litteram π in ſignis numerorum pro φ, vel 500. poſitam videri.

Tandem ſubjungitur Index alius Imperatorum Orientis a Conſtantino Magno ad Conſtantinum Palaeologum. Notae chronologicae deſinunt in Regno Juſtini Imperatoris, nec ultra reperiuntur.

Horatii.

21. Fol. Codex Membran. Olim Petri Danielis. X.

Horatii Odarum Libri IV., Ars Poetica, Epodon, Epiſtolarum Libri II, Sermonum Libri II.

Hi mutili ſunt a medio Satirae VIII. Libri II. et deſinunt in iſto verſu:

„Et leporum avulſos ut multo ſuavius armos„.

Addita ſunt ſcholia marginalia ex Acrone et Porphyrione, praemittuntur argumenta et metra in odis. Eſt Codex nitidiſſimus.

308. 4to Codex Membran. X.

Horatii Carmina.

No. | H. | Seculi.

Eodem ordine, quo in priori Codice. Mutilus eſt a Satirae I. Libri II. verſu 13. „ Cupidum Pater optime vires. Additae ſunt paucae et levis momenti, notae in margine.

542. 4to Codex Membran X.

Horatii Odarum Libri IV., Epodon, Ars Poetica, Satirarum Libri II. Epiſtolarum Libri II.

Deſunt quaedam, veluti initium Artis Poeticae etc. Addita eſt vita Horatii auctore Acrone. Iſte Codex Satiram II. Libri I. in duas dividit, ab iſto verſu; Regibus hic mos eſt, etc. ſatiram tertiam numerat.

619. 8vo Codex Membran. XI.

Horatii Satirae et Epiſtolae cum gloſſis marginalibus.

Mutilus eſt Codex, et incipit a Satirae IX. Libri I. verſu 36. Satirae X. initio verſus ſequentes praemittuntur.

Lucili quod ſis mendoſus teſte Catone
Defenſore tuo pervincam, qui male factos
Emendare parat verſus, hoc levius ille

Quo

No. *H.* *Seculi.*

Quo meliore vir eſt et longe ſubtilior illo

Qui multum puer et loris funibus udis

Exortatus ut eſſet opem qui ferre Poetis

Antiquis poſſet contra faſtidia noſtra

Grammaticorum Equitum, doctiſſimus, ut redeam illuc

Nempe in compoſito etc.

Hos verſus etiam Codices 21. et 542. habent; ſed in iſtis legitur:

Hoc lenius ille

Eſt quo vir melior, longe ſubtilior illo

Acron eos non recipit, nec plurimae Editiones. Landinus Horatii commentator editus Venetiis 1486. hos verſus in quibusdam Codicibus reperiri ait.

598. 4to Codex Membran. *XI.*

Horatii Odarum Fragmentum ab Oda XXIII. Libri III. uſque ad finem

 Oda-

No. *H.* *Secul.*

Odarum, additae ſunt Ars Poetica, Satirae III. prioris Libri I. et Epiſtolae.

487. 4to Codex Membran. *XII.*

Horatii Epiſtolarum Fragmentum à I. Epiſt. Libri I. verſu 68. uſque ad Epiſtolae X. hunc verſum:

Serviet aeternum qui recto neſciet uti.

Varia in hoc Codice extra ordinem poſita.

327. Codex Membran. *XII.*

Horatii Ars Poetica, Epiſtolae, et Sermones; praemiſſa argumenta Odarum, et ſcholia quaedam in Artem Poeticam.

A. 60. 4to Codex Chartac. *XV.*

Horatii Ars Poetica.

Scripſit Fr. Bertrandus ord. Minorum Provinciae Aquitaniae 1467. Poeticam et Epiſtolas, quae ex Acrone maximam partem excerpta ſunt.

520. 4to

No. *H.* *Seculi.*

520. 4to Codex Membran. Olim Bongarſii. *XV.*

Horatii Odarum Libri IV. cum ſcholiis marginalibus.

622. 8vo Codex Membran. *XIII.*

Scholia in Horatii Artem Poeticam, Sermones, et Epiſtolas ex Acrone conſcripta.

648. 8vo Codex Membran. Olim Bongarſii. *XIII.*

Scholia in Horatii Odas, artem Poeticam, Satyras et Epiſtolas.

266. Fol. Codex Membran. *XIII.*

Scholia in Horatii Artem Poeticam, Sermones, et Epiſtolas.

516. 4to Codex Chartac. *XV.*

In Horatium Porphyrionis et Acronis Commentarii.

Scripſit Petrus Marſus Viterbi 1472.

223. Fol. Codex Membran. *XV.*

In Horatii Carmina et Epodon Commentarius Acronis.

45. Fol. Codex Membran. Olim Bongarſii. *X.*

Hygini de Aſtronomica Fragmentum, ab initio.

No.	I.	Seculi.
519. 4to	Codex Membran. Olim Petri Danielis.	XIV.

Joannis de Garlandia (ſ. de Gallandia) Diſticha Moralia Hexametra cum ſcholiis.

Hunc auctorem recenſet Fabritius, citat du Cange in Gloſſario medii aevi. Editus eſt Haganoae 1489. voces parum obvias in hoc opuſculo colligere intendit Poeta.

Primum eorum diſtichorum hoc eſt:

Ceſpitat in phaleris ypus blactaque
ſupinus
Gloſſa velud temetho labat hemum
in ſatuato.

Scholia vel gloſſae ad iſtud diſtichum haec habent:

„In his duobus verſibus dicit auctor quod „ſicut Equus purpureis ſudariis coopertus et „inſtrumentis phaleratis ornatus huc et illuc „currit, ſic lingua nimia potione repleta huc „et illuc dicitur vaccillare. Et ſic reprehen-„dit guloſos et nimiam potationem. Unde „Horatius:

„Quid non Ebrietas deſignat, operte re-„cludit.

„Ceſpitat dicitur a ceſpes, et eſt terra avulſa „cum herba, inde ceſpitare, id eſt, ceſ-„pitem petere, et eſt verbum equis appropria-„tum. Unde ſciendum, quod plura ſunt ver-„ba equis appropriata diverſam ſignificatio-

„nem

No. I. Seculi.

„nem habentia, quae in iſtis verſibus conti-
„nentur: Ceſpitat, antipedat, repedatque re-
„calcitrat, yppus in phaleris. Phalerae
„ſunt equorum ornamenta, et dicitur a pha-
„los, vel a phalon graece, quod eſt lignum
„unde dicit magiſter *Alexander de Hales* in
„verſibus ſuis graecis: Chere, cheron - - - -
„phalerando. Inde phala, phale, turris li-
„gnea et transſumptum ad ſignandum turrim
„lapideam: Unde Juvenalis:

„Conſulit ante Phalas delphinorumque co-
„lumnas.

„Inde Phalo, phalonis, portator lignorum.
„Inde phalerica, gallice benfroi. Inde pha-
„langa, magna pertica quae ponitur in de-
„fenſione muri caſtrorum etc.

„*Blacta* duas habet ſignificationes; in una,
„id eſt quae propria id eſt quod veſpertilio,
„gallice cauve ſoris; inde blactero, blacte-
„ras, garrire. Verſus.

„Purpura ſit blacta veſpertilio quoque blacta

„Blactero dic inde quo garrio dicitur eſſe.

„Gloſſa, id eſt, lingua. Themeto. Theme-
„tum eſt forte vinum dictum à teneo et
„mens, quia tenet mentem; et poteſt media
„produci vel corripi. Verſus:

„Diligimus themetum, quia reddit cor requietum

„Atque facit letum quando fugatque metum.

„Etum jungatur, ut dumetumque roſetum

 „Dici-

„ Dicimus et themetùm, dicamus ſive themetum.

„ Sicut dicit magiſter J. de Gall:

„ Labat, id eſt, labitur, inde labina et
„ terra làbilis, ſive *mares* gallice, cujus pri-
„ ma poteſt produci vel corripi; unde verſus:

„ Labor labinam, ſed de labo dico labinam.

„ De labo, et cedo dicitur labicidium, ſive
„ tourbe de mares gallice.

„ *Hemus*, plures ſignificationes habet, un-
„ de verſus:

„ Hemus, mons que Hemus ſit, ſermo ſit hemus

„ Fertur Hemos graecus, Hemus capit inde latinus

„ Hinc omelia. *Infatuato*, id eſt ſtulto.

Notandum, quamvis hîc Gloſſator de Jôanne de Gallandia loquatur, tanquam ſit diverſus a noſtro, tamen haec ipſa diſticha eſſe Joannis de Gallandia nos aſſerere, quum hîc occurrant diſticha quae ex eodem auctore citat du Cange; veluti iſtud:

„ Fert anaphos pincerna, batos abatis, coquus orcham

„ Et puer onophorum, capſam capus, armiger harpen.

In eodem Codice haec diſticha rurſum occurrunt; item.

Ejusdem Joannis de Garlandia dictio-

ctionarius liber de dictionibus obſcuris; opus proſaicum, cum gloſſis.

Hoc anecdotum extare in Bibliotheca Gudiana ait Fabritius Bibliotheca medii aevi. Sic incipit iſte Libellus. Dictionarius dicitur „Liber iſte a dictionibus magis neceſſariis „quas tenetur quilibet ſcolaris non tantum „in ſcrinio de lignis facto ſed in cordis ar„mariolo retinere ut ad faciliorem orationis „conjunctionem et enunciationem primo ſciat „vulgalia nominare, placet igitur a membris „humani corporis inchoare rerum prumptua„rium evolvendo.

„Inter partes humani corporis pes eſt „inferior cujus pars eſt planta calloſa, talus „rotundus, quinque articuli cum totidem „unguibus, collateralis eſt ſophena, caville, „cui vicina eſt tibia, quaſi columpna totum „ſupportans corporis edificium. etc.

In gloſſis haec leguntur.

„Sophena dicitur quae Sophie vena, quae „ſi ſit groſa in pede dextro ſignificat bonum „ingenium. Cavilla dicitur de cavo.

In eodem Codice extat:

Tractatus de Computo, ejusdem forſan Joannis de Garlandia cujus talem Librum in variis Angliae Bibliothecis exſtare memorat Fabritius. Sic incipit:

„Antequam principale propoſitum aggrediamur primum videndum eſt quid ſit haec „Ars quae compotus nominatur; ſecundo quid „in ea doceatur, et qualiter, et ad quid;

„Tertio, qui fuerunt hujusartis auctores, „et qui eorum ſunt imitandi.

De Artis inventoribus haec habet:

„Notandum eſt quod haec ſcientia de grae„co in latinum translata inter latinas gen„tes maximae exſtant excellentiae. Inter quos „Romulus Romanorum princeps prius tracta„tus de ea compoſuit, qui annum ſuum ex „X. menſibus conſtituens, a marcio eum in„choavit.

Dein Numam Pompilium, Julium Caeſarem, Ovidium numerat. Poſtea haec leguntur:

„Poſtmodum vero ſuccedente tempore gra„tiae inter Katholicos Dioniſius Abbas Roma„nus primus in hac arte viguit, qui eam ce„leberrime edocens de ea tractatum compo„ſuit. Poſtea Beda venerabilis ſacerdos huic „ſcientiae multa adjecit. Deinde Helpericus „Abbas Anglicus de ea multa diſſeruit. De„inde Gelladus Lothoringie oriundus de ea „multa diſſerens quatuor praedictos nimis au„dacter aſſeruit oberraſſe, cujus doctrinam „omittens Eccleſia, tum quia nimis audacter „praedictis viris contradixit; tum quia nimis „difficilis et. obſcura ejus doctrina erat, tres „praedictos viros Katholicos in hujus ſcien„tiae obſervatione ſequitur.

In eodem opuſculo agitur de diebus Aegyp„tiacis, ubi haec dicuntur:

„Eccleſia autem has dies in Kalendariis ſuis „annotavit non quod credat aliquid in eis „eſſe incipiendum vel deſinendum, ſed prop„ter miraculorum Domini commemorationem.

In iſto Codice reperitur etiam:

Frag-

No. *I.* *Seculi.*

Fragmentum Graeciſmi, de quo ſupra diximus.

50. Fol. Codex Membran. Olim Coenobii S. Maximini Miciacenſis, quem Aguſtinus Presbyter ſe obtuliſſe ait. X.

Joſephi antiquitatum Libri XII. priores.

Ejusdem de Bello Judaico Libri VII. qui eadem ſerie cum prioribus, nempe ſub nomine Libri XIII. et ſeq. continuantur; latine, ex verſione Rufini.

118. Fol. Codex Membran. X.

Joſeppi (ſic fert titulus) hiſtoriarum antiquitatis Judaicae Libri XII. priores. Latine ex eadem verſione.

183. Fol. Codex Membran. X.

Joſeppi hiſtoriarum Libri VII. ſ. de bello Judaico.

In fine haec adſcripta:

„Explicit Hiſtoriarum Joſippi libri numero
„VII. Rotbertus Laicus quamvis indignus
„hunc Codicem ſcripſit in honorem S. Be-
„nedicti juſſu reverentiſſimi Patris Abbo-
„nis.

Iſido-

No.	I.	Seculi.

Iſidori Scripta.

36. Fol. Codex Membran. Olim S. Benedicti Floriac. X.

Iſidori Etymologiarum, ſ. originum Libri XX.

95. Fol. Codex Membran. Olim Petri Danielis. XII.

Iſidori Etymologiarum Libri XX.

101. Fol. Codex Membran. X.

Iſidori Junioris (ſic fert titulus) Spalenſis Epiſcopi Libri qui vulgo Etymologiarum vocantur;

mutilus eſt Liber ultimus.

159. Fol. Codex Membran. XIII.

Iſidori Etymologiarum Libri XX.

189. Fol. Codex Membran. Olim Bongarſii. XIV.

Iſidori Etymologiarum Libri XX.

In fine adſcriptum: „Hunc Librum ſcripſit „Fr. Joannes des Ronchaux monachus Balm. finivit anno 1312.

224. Fol. Codex Membran. X.

Iſidori originum Libri XX.

Ejus-

No. *I.* *Seculi.*

Ejusdem Liber Prooemiorum de Libris V. et N. Teſtamenti.

Ejusdem vita et obitus Sanctorum V. et N. Teſtamenti.

Ejusdem Allegoriae Veteris et N. Teſtamenti.

Ejusdem, Liber de Mundo, Liber differentiarum, Liber Eccleſiaſticorum dogmatum, Gloſſae Spiritales juxta Eucherium Epiſcopum, et ſynonima Ciceronis. Ultimum, ejusdem Gloſſaſarium, ſive Gloſſae.

291. Fol. Codex Membran. *XIV.*

Iſidori originum Libri XX.

Deeſt initium uſque ad Caput XXXIII. Libri I. de vitiis grammaticis. Deeſt etiam pars Libri II. et Liber III. totus.

In fine Codicis additus eſt Beda de Orthographia mutilus.

107. Codex Membran. *X.*

Iſidori Sententiarum Libri III.

249. Fol. Codex Membran. *X.*

Iſidori Allegoriarum in SS. Fragmentum.

— Ejusdem de natura rerum Liber.

Ejusdem de officiis Eccleſiaſticis Libri II.

Deeſt finis.

271. Fol.

No. *I.* *Seculi.*

271. Fol. Codex Membran. *XIII.*

Iſidori Synonima.

Inter multa aliorum.

312. Fol. Codex Membran. *IX.*

Iſidori ſententiarum Libri III.

Diviſio atque ordo Librorum et Capitum, aliquantum diverſa eſt ab illa quae in Editis. Liber primus noſtri Codicis continet duos priores ſecundum Editos:

Deeſt Caput ultimum.

378. 4to Codex Membran. *XI.*

Iſidori ſententiarum Libri III.

Mutilus eſt Codex, ab initio uſque ad Caput XXXVII. Libri II. „De pugna virtutum „adverſus vitia.„ Ordo idem cum Editis.

In fine hi verſus adſcripti leguntur; quorum initium eraſum eſt:

———— Me ſcripſerat Abba beatus
Ex in precello reliquos et dignior exſto.

In ultimi Codicis foliis exſtat ſeries Epiſcoporum vel Pontificum Romanorum a Petro uſque ad Marinum II. quem Baronius anno 946. defunctum refert. Huic ultimum noſter Codex ſubjungit *Suffronium*, quem in ſerie Pontificum non reperimus. In ſequenti folio, quod eſt ultimum exſtat ſeries XIII. nominum, quae Abbatum ejus Monaſterii ad quod Codex pertinebat, eſſe conjicimus. Hi ſunt: Bothaldus, Ruithardus, Aureus, Maximus, Sindonius, Sigimundus, Leudegaſius, Betilmus,

No. *I.* *Seculi.*

mus, Lannaſtus, Ladoaldus, Regibertus, Geroldus, Geuviliobus.

83. Fol. Codex Membran. Olim S. Remigii. In margine adſcriptum eſt: „Liber fratris Emmonis do„no Teutboldi ad obſequium S. Remigii„: X.

Iſidori Hiſpalenſis Chronicon, addita ejusdem laus Gothorum et Hiſpaniae.

610. 4to Codex Membran. X.

Iſidori de Aſtronomia capita ea, quae in Libro originum III. capita a 24. uſque ad ultimum extant in editis.

Sequitur:

Iſidori de natura rerum Liber.

Sequitur:

Beda de computo, et de natura rerum.

Hic tamen ultimus non definit ubi editus, nempe in capita de diviſione terrae; ſed ſubjunguntur alia capita, de abſidibus planetarum, de XII. ſignis, et de Paſcha quod ultimum idem eſt cum Iſidori capite XVII. de Cyclo Paſchali, nempe ab illis verbis: „Antiquitus Eccleſia Paſcha XIV. luna cum „Judaeis celebrabat, quocunque die occurre„ret, ſed hunc ritum S. Patres in Nicena „Synodo prohibuerunt.

Sequuntur:

Epiſto-

No.	I.	Seculi.

Epiſtolae duae, una S. Cyrilli, ſic incipiens:

„ Scripta venerationis veſtrae multam ha-
„ bentia queremoniam etc.

Et agit de Paſchae celebratione; altera Paſcaſini Epiſcopi ad Leonem Papam; ſic incipiens:

„ Apoſtolatus veſtri ſcripta diacono Panor-
„ mitanae Eccleſiae Silvano deferente percepi etc.
ejusdem argumenti.

Sequitur:

Dionyſii de Paſcha Libellus.

Sic incipiens:

„ Reverentiae Paſchalis Regulam diu ſancto
„ ac venerabili Petronio Epiſcopo commonen-
„ te tandem ſtilo commendare compulſus om-
„ nem deinceps diverſitatis obpugnationem
„ ſublatam fore credideram etc.

Foliis quinque abſolvitur, nec integer adeſt.

676. 8vo Codex Chartac. Olim Petri Danielis. XV.

Iſidori opera varia, nempe; obitus et vita SS. Patrum V. et N. Teſtamenti; Allegoriae V. et N. Teſtamenti; Chronicon, de temporibus e libro V. Etymolog. differentiae ſermonis, de proprietate Sermonum, doctrina et fides Eccleſiaſticorum Dogmatum, de illuſtribus viris, de cauſis naturalium, de Aſtronomia ex Libri III. Etymologiarum Capite 23.

211. Fol.

No.	*I.*	*Seculi.*
211.	Fol. Codex Chartac.	*XV.*

Iſocratis oratio ad Demonicum, a Petro Perleone in latinum ſermonem translata.

MS. 449.	4to Chart.	*XVI.*

Juliani Imperatoris opuſcula ſequentia.

Caeſares.

Titulus hic eſt: Ἰȣλιανȣ̃ αὐτοκράτορος Συμπόσιον ἢ κρόνιον.

Ejusdem de Regno ſive de Imperatoris praeclaris actionibus.

Additis variantibus lectionibus marginalibus.

Juris Romani, Longobardici et Salici Codices.

263.	Fol. Codex Membran.	*VIII.*

Excerpta ex Iſidori Etymologiarum Libro V. Cap. 1-27. et Libro IX. Cap. 4-7. De Jure Romano.

Sequitur:

Corpus Juris ante Juſtinianei,

hoc titulo; litteris uncialibus.

In hoc corpore continentur Libri legum Romanorum Teodoſiani li-

bri XVI. Novellarum Libri V. Caji Liber I. Pauli Libri V. Gregoriani, Ermogeniani et Papiani (pro Papiniani) libri ſinguli.

Librorum Theodoſii et Novellarum Interpretatio tantum, ſive Paratitla, in noſtro Codice extat. Pauli aliquando Interpretatio ſola, interdum ſententiae cum Interpretatione. In Codice Gregoriani aliquando Interpretatio ſola etiam adeſt. Liber iſte Caji vulgo ſub titulo Inſtitutionum, duobus libris, editus eſt. Libri Gregoriani hîc tres numerantur. Ultimus Gregoriani titulus in noſtro Codice eſt de Patria poteſtate, qui in Schultingii Jurisprudentia ante Juſtinianea eſt Libri XIII. Titulus I. Non omnes tituli hîc extant v. g. ex libro Gregoriani I. nihil adeſt praeter interpretationem ex Titulo II. quae ſic incipit: „Si quis per mandatum. Hermogeniani nihil adeſt praeter Titulum I. et Titulum II.

Hunc Sequitur.

Titulus Paviani (Papiani vel Papiniani) de Pactis inter virum et uxorem.

Hoc Fragmentum in Jurisprudentia ante Juſtinianea etiam edidit Schultingius.

Paviani Titulum ſequitur Fragmentum, cui Titulus *Ediecio* corruptiſſime ſcriptum; agit de accuſatoribus, citat Codicem Theodoſianum, incipit ſic:

Cum in preſencia inluſter vir etc.

Deſinit vero ſic: „Criminalem accio profeſſio „manu accuſatore conſcripta praecidat niſi in „ſerep-

No.	*I.*	*Seculi.*

„ ſereptione (pro ſcriptione) celebrata prius „ ad judice non audiatur.

Ultimae Codicis lineae exhibent ſeriem regum Francorum VIII. a Teoderico ad Pipinum Caroli M. patrem. De quo haec: „ Pipinus rex regnavit annis XVIII. „ Unde conjicimus, quod praeterea ex ſcripturae ratione firmatur, Codicem noſtrum ad initia regni Caroli M. pertinere, nempe ad ſeculi VIII. finem.

23. Fol. Codex Membran. *XIV.*

Inſtitutiones Juſtinianeae, cum Gloſſis.

33. Fol. Codex Membran. *XIV.*

Inſtitutiones Juſtinianeae, cum Gloſſis.

8[illegible] Fol. Codex Membran. Olim Bongarſii. *XIV.*

Corpus Juris Juſtinianei, complectens, Inſtitutiones, digeſta, Codicem, et novellas.

6. Fol. Codex Membran. *XIII.*

Pandectarum Libri XXIII. et tituli duo Libri ſequentis. Additae Gloſſae.

No.	*I.*	*Seculi.*
14.	Fol. Codex Membran.	*XIII.*

Pandectarum Libri a XXXIX. uſque ad finem cum Gloſſis.

17. Fol. Codex Membran. *XIII.*

Juſtiniani Codex cum Gloſſis.

38. Codex Membran. *XIV.*

Juſtiniani Codex, mutilus.

18. Fol. Codex Membran. Olim Bongarſii. *XIV.*

Leges Longobardorum; deeſt initium uſque ad Legem VII. de plagis Servorum. Deſunt etiam ultima a Lege Libri III. „ de his qui ſecreta regis inquirunt„ uſque ad finem.

Sequuntur.

Gloſſae in Inſtitutiones, in Tit. Digeſt. de aquirendis vel amittendis hereditatibus.

Ab alia manu.

Fragmentum Gloſſarum in Infortiatum.

Ab alia manu.

Commentarius in Codicem,

cujus auctor ſe in digeſta et Inſtitutiones ſcrip-

No.	*I.*	*Seculi.*

ſcripſiſſe, et patriam Montis peſſulaneum refert.

442. 4to Codex Membran. Olim Franc. Danielis. *IX.*

Lex Salica, continens LXX. Capitula priora; deeſt praefatio.

Hunc Librum exhibet Recueil des hiſtoriens Gaulois:

177. Fol. Codex Chartao. *XVI.*

Ecloge Baſilicorum Leonis, praemiſſa Tabula Capitum. Graece; alphabetico ordine.

Synopſis ipſa, ſive Ecloge, deſinit in Littera A. capite 45.

„περὶ τῶν ἀναγκαζομένων μαρτυ-
„ρεῖν, ἢ προσφέρειν ἐν δικαστηρίῳ δι-
„καιώματα. etc.

In fine Tabulae haec leguntur:

„τέλος τῆς συνόψεως τῶν ξ βιβλίων
„βασιλικῶν τῶν νομίμων. τῆς τελευ-
„ταίας ἀνακαθάρσεως φημί, ἣν ὁ ἐν
„βασιλεῦσιν ἀοιδίμος καὶ σοφώτατος
„συνεστήσατο λεὼν θείας προνοίας κι-

No.	I.	Seculi.

„νησάσης τὴν καρδίαν ἀυ τοῦ πρός τὸ
„θεσπέσιον ἔργον τοῦτο.

Sequitur hanc Tabulam, Novellarum XVI. Tabula, ab Imperatoribus Romano, Conſtantino Prophyrogeneto, Nicephoro Joanne, Baſilio Juniore.

Eclogae ipſi hic titulus praemittitur:

„εκλογή καὶ σύνοψις τῶν βασιλικῶν
„ξ βὶβλίων σὺν παραπομπαῖς κατὰ
„ϛοιχεῖον, τοῦ περὶ πίϛεως μὸνȣ τίτλȣ
„προτεθέντος διὰ τὸ τίμιον.

449. 4to Codex Chartac. XVI.

Fragmentum Ecloges Baſilicorum incipiens a littera K. cum ſcholiis marginalibus graece.

116. Fol. Codex Chartac. XV.

Juſtini hiſtoriarum Libri XLIV.

Multa deſunt; veluti liber II. et IV.

166. Fol. Codex Membran. Olim Petri Danielis. X.

Juſtini hiſtoriarum Libri XLIV.

Liber ultimus mutilus eſt.

No.	*I.*	*Seculi.*

242. Fol. Codex Membran. *XV.*

Juſtini hiſtoriarum Libri XLIV.

Additae ſunt ad marginem Librorum duo priorum lectiones variae.

538. 4to Codex Membran. *XII.*

Juſtini hiſtoriarum Libri XLIV.

456. 4to Codex Membran. *XV.*

Juſtini hiſtoriarum Libri XLIV.

Praemiſſa ſunt argumenta Capitum.

589. 4to Codex Membran. *XII.*

Juvenalis Satirae.

465. 4to Codex Chartac. *XV.*

Juvenalis Satirae; deeſt ultima.

61. A. 4to Codex Membran. Olim Petri Danielis. *XI.*

Juvenalis Satirae;

Mutilus Codex ab initio uſque ad Satirae I. verſum 77. Additae ſunt Gloſſae marginales a recentiori manu.

Eodem Codice:

Gloſſae in omnes Juvenalis Satiras.

No.	I.	Seculi.
666.	8vo Codex Membran. Olim Petri Danielis.	XII.

In Juvenalem Scholia, ſ. Gloſſae,

Eaedem cum ſuperioribus; mutilus Codex uſque ad medium Satirae X.

Gloſſae iſte a Pithoeanis Scholiis multis numeris abeunt. In variis Bibliothecis ſcholia vetuſta in Juvenalem extare, auctiora editis, conſtat. De iis ſic Holſtenius in Epiſtola ad P. Lambecium coment. Bibl. Vindobon. Lib. VI. pag. 243.

„Probo eam, quam Juvenali veterique Scho„liaſtae operam impendis, nam et me idem „aliquando ſtudium inceſſit; ſed quotquot iſto„rum ſcholiorum exemplaria inſpexi, inſpexi „autem plurima et antiquiſſima, a Pithoeanis „illis toto quod ajunt celo differunt, ut fruſtra „ex iis medelam locis hiulcis ſperes.

Exemplum noſtri gloſſatoris ex Satira XI. hic exhibemus.

Atticus, eximie ſi coenat, lautus habetur,

Si Rutilus, demens, quid enim majore cachinno

Excipitur vulgi, quam pauper Apicius.

Gloſſa. „Pauperes ultra vires ad delicioſas coenas tendentes et divites nimis parce viventes hic deridet etc.

„Rutilus gladiator fuit qui conſumpto patrimonio gladiatorio officio mancipavit ſe.

„Api-

„ Apicius cum eſſet ditiſſimus et omne pa-
„ trimonium ſuum prodige diſſipaſſet tandem
„ ſe culinae tradens de condimentis multa
„ ſcripſit.

Aliud exemplum ad Satiram XIV. afferre lubet:

An ſaevire docet Rutilus, qui gaudet acerbo
Plagarum ſtrepitu, et nullam ſeirena flagellis
Comparat, Antiphates trepidi laris, et Polyphemus.

Gloſſa. „ Num Rutilus docet filium ſuum „ eſſe mitem an ſaevire? Saevire utique; gau- „ det enim acerbo ſtrepitu vulnerum et non „ comparat eis ullam ſirenam, id eſt dele- „ ctationem. Ille, dico, comparabilis An- „ tiphati regi Laeſtrigonum, vel Polyphemo „ in ſuam familiam, et hoc eſt, trepidi la- „ ris.

223. Fol. Codex Chartao. XV.

Gloſſae in Juvenalis Satiras, mutilae ab initio uſque ad Satirae II. verſum 152.

„ Nec pueri credunt, niſi qui nondum ae-
„ re lavantur:

Prolixiores ſunt iſtae gloſſae praecedentibus; earum exempla ſequentia hic ſubjicimus.

No. I. Seculi.

Ad Satirae III. vers 11 - 14.

Subſtitit ad veteres arcus, madidamque capenam
Heic ubi nocturnae Numa conſtituebat amicae
Nunc ſacri fontis nemus, et delubra locantur
Judaeis, quorum cophinus foenumque ſuppellex.

Gloſſae. „Ad veteres arcus, locus erat
„juxta Romam qui ita vocabatur propter a-
„quae ductus quae deſuper his transvehebatur.
„*Capenam*, opidum eſt Romae vicinum unde
„Capenas, capenatis, nomen patrium. *Ma-*
„*didam*, propter vicinum fontem Egeriae,
„ſ. quod ibi fluit; alii dicunt quod Capena
„eſt vallis. *Numa* Romanorum Rex fuit
—— dicebat ſe cum Egeria Nimpha dormi-
„re nocte et ab ea ſacra doceri que docebat;
„quod non eſt aliud niſi quod iſte Negro-
„manticus erat et privatum habebat deum,
„quem vocabat Egeriam, quia egerebat, id
„eſt, exgerebat, et oſtendebat ei quaecun-
„que factura.

„*Nunc ſacri fontis etc.* In tempore Juvena-
„lis locantur Judeis loca illa. Avaritiam Ro-
„manorum exprimit, qui loca ſacra Judeis
„locabant. *Judeis*, ſcilicet mendicis, *quorum*
„*cophinus.* Nota, Judei in Sabbato nulla fa-
„ciunt ſervilia opera; in die precedenti quam
„paraſceven dicunt cibos ad opus Sabbati pa-
„rant, eumque ad teporem ſervandum feno
„involvunt, et in cophino reponunt —— *Co-*
„*phinus* eſt vas vimineum et agreſte quo ſter-

„co-

No. I. *Seculi.*

„ corantur agri. *Cornutus* dicit ne putreſcant
„ carnes in paraſceve coctae, inde ab eis ſer-
„ vabantur in cophino et foeno.

Ad ejusdem Satirae verſum 33. haec habent gloſſae.

Et prabeere caput domina venale ſub haſta.

Gloſſa. „ Apud antiquos ſervi qui emeban-
„ tur ſub haſta emptoris domini tranſire coge-
„ bantur. Idem eſt autem ut ait Cornutus,
„ ſub corona vendi, quod ſub haſta tranſire;
„ ſub corona vero vendi dicebantur, quia im-
„ ponebatur capiti eorum ramuſculus arbo-
„ ris etc. Hoc tractatum eſt a Jugurtha re-
„ ge Numidarum; cum enim eſſet Jugurtha
„ in ——— Albinus Spurius et Aulus fra-
„ ter ejus miſſi ſunt cum magna legione; de-
„ mum in tempore comiciorum Albinus Ro-
„ mam rediit; volebat enim ſcire ſi Romani
„ vellent amplius eum regere conſulatum. In-
„ terea Aulum obſedit Jugurtha, cujus legio
„ voluit ſeſe dedere Jugurthae; ſed Jugur-
„ tha eos recipere noluit niſi in ſervitutis ſi-
„ gnum ſub haſta ipſius tranſirent, quod ita
„ factum eſt. *Dominam* autem dicit haſtam,
„ quia dominos facit.

Folia quae reſtant ſunt LXVII.

No. L. Seculi.

288. Fol. Codex Chartac. Olim Bongarſii. XIV.

Lexicon Joh. Damaſceni, graecum.

Codex in Charta bombycina rudiori, litteris minutis et a manu perita ſcriptus; Folia 272. complectitur Lexicon, cui titulus praemittitur, cujus haec tantum, quae legi poſſint, ſuperant, ceteris per incuriam deletis:

λέξικον ἐτυμολογίας κανόνας τε —— —— λέξεις περιέχον.

A manu paullo recentiori ad marginem adſcriptum nomen Joannis Damaſceni. Inſunt tamen libro haud pauca quae non Damaſceno, ſed poſteriori aevo debentur. Gloſſae Mich. Pſelli, cujus opuſculum ad calcem Lexici exaratum verſibus politicis, infra ſuo loco deſcribetur omnes, ſingulae ſuis locis Lexico inſertae ſunt. Theodorus etiam Prodromus, cujus itidem verſus Politici ad calcem codicis inſerti ſunt, citatur in voce Γέῤῥα. Haec tamen non prohibent quo minus Lexicon magna ſui parte Joh. Damaſceno auctori recte tribui exiſtimemus. Sed quidquid de auctore verum ſit, Lexicon ipſum eſt ſane luculentum, et ex optimis fontibus derivatum. Apparet illud ex quinque aliis gloſſariis compilatum fuiſſe, toties enim ſingulas litteras de novo repetit et abſolvit, unde colligitur in uſum potius privatum, quam ut publice ederetur, concinnatum fuiſſe. Suidae ordinem ita ſequitur, ut tamen appareat non inde fuiſſe deſcriptum; omnibus ejus utitur teſtimoniis, atque in ea quidem ſerie tamen aliis, ſed contractis; neque Suidam noſter, neque hic illum exſcripſiſſe videntur; ſed ex fonti-

fontibus communibus uterque ita hanſere, ut vix verbo diſcrepent. Tum Heſychii quoque plurima exhibet noſter, in gloſſis tamen peregrinis eo parcior, atque etiam Etymologias ſolenniter, laudatis etiam veteribus grammaticis, quibus ſingulae debentur, exhibet, quamvis breviorem in gyrum coactus quam in Etymologico magno plerumque leguntur. Hae ſunt Lexici noſtri divitiae, ut ceterorum opes aequet, ſaepe etiam vincat, ſed in prioribus tantum litteris, quarum quinque ab α ad ε. 162. priora folia implent; nam a medio volumine fere ſolas gloſſas omiſſis auctorum locis, quae priorem partem egregie ornant, repraeſentat. Quare meretur cum editis accurate conferri, locis eorum plurimis poſt tot eruditorum curas adhuc depravatis, praeſentem opem laturum. Sed de hoc Lexico fuſius aliquando atque ex profeſſo diſſeret V. C. Jac. Kocherus, divinarum Litterarum apud noſtrates Profeſſor, qui totum illud cum Heſychio, Suida et magno Etymologico contulit.

Inter ſcripta anecdota Joh. Damasceni Lexicon Etymologicum citat Fabritius Bibl. graecae Tomo VIII. pag. 819. et a vocibus,

ἆ, ἐπίρρημα ἐπιπληκτικόν, ἀ ἄτος ὁ ἀβλαβὴς,

incipere ait.

Sic vero incipit noſter:

„Ἄαπτος, ὁ ἀπροσπέλαστος, παρὰ
„τό ἅπτω ἅπτος, καὶ ἄαπτος οὗ οὐκ ἄν

„τὶς

„ τὶς ἅψαιτο, ἵν ἧ ἀπρόσιτος. ἢ ὁ
„ ἄγαν ἁπτόμενος ἐπιτάσει τῦ ἆ.
„ Ἄατος, ἀβλαβὴς, ἄτη γὰρ ἡ βλά-
„ βη. ἢ καὶ ὁ χαλαιπὸς καὶ ὁ βλα-
„ βερὸς, ἐπίτασει τοῦ ἆ. οὕτως με-
„ θόδιος. ἢ παρὰ τὸ ἄω το βλάπτω.

In eadem ſerie vocum ἀ μετα τοῦ β. hoc legimus.

ἀβρογασος, κυριον. οὗτος Φραγγος ἦν. etc. quae fuſius apud Suidam.

In voce παραδεισος Joannes Damascenus de ſeipſo loquitur, ubi nempe haec legimus.

„ τινὲς μεν οὖν τὸν παράδεισον αἰσθη-
„ τον ἐφαντάσθησαν. ἕτεροι δὲ νοητὸν
„ πλὴν ἔμοιγε Ιῶ. τῷ Δαμασκηνῳ
„ δοκεῖ ὥσπερ ὁ ἄνθρωπος αἰσθητὸς
„ καὶ νοητὸς ἅμα δεδημιέργητο, οὕ-
„ τω καὶ τὸ τούτου ἱερότατον τέμενος
„ αἰσ-

No.	I.	Seculi.

„ αἰσθητὸν ἅμα καὶ νοητὸν καὶ δι-
„ πλῆν ἔχον τὴν ἔμφασιν.

459. 4to Codex Chartac. XV.

Ex Libanii Epiſtolis excerpta, graece.

Implet paginas 14. mutilus Codex.

Primum excerptum ex Epiſtola XVIII. ad Anatolium.

„ Ἀλλ' ὦ χρῶμεν νόμῳ. etc.

45. Fol. Codex Membran. Olim Bongarſii. IX.

Lucani Belli Civilis Libri X.

Septem primi carminis verſus priorem implent paginam, nempe litteris majuſculis ſcripti. Nitidiſſimus Codex, cui multa adſcripſit Bongarſius. Praemittitur Vita Lucani et ſcholia antiqua, quae deſinunt in Libri III. verſu 168. eadem videntur cum ſcholiis, quae Oudendorpius ad Lucanum edidit.

Lucani Librum X. ſtatim inſequitur.

Oreſtis Tragoedia.

Hoc carmen heroicis verſibus editum 1000. circiter, auctoris ignoti, certe Lucani non eſt nec illi coaevum, quod ſatis arguit carminis ratio. Incipit vero ſic:

Gaudia moeſta canam, deteſtendosque triumphos

Victo-

Victoris pro laude necem, feſtiva cruenta.

Perſequitur hiſtoriam Oreſtis a morte Agamemnonis, uſque ad Judicium Areopagi.

Caedem Clytemneſtrae ita narrat ut non de eſſe videatur poetica quaedam indoles:

Aſt ubi nil potuit mulier de prole mereri
Mox redeunt animo frigiae praeſagia vatis
Si placet ulciſci genitorem, dixit, in ambos
Piladis me dextra necet, necet enſis et idem
Et ſuper oſſa ruam recedens ſpirantis Egiſti
Et ſcelerum complex et noſtri criminis auctor.
Mixtus uterque cruor teſtabitur omnibus umbris
Conſortes ſcelerum quia ſors manet una malorum.
Quod ſuper oſa rogas moeci moribunda jacere

Natus

Natus ait, melius recides ſuper oſſa
mariti
Nec cruor amborum miſcebitur
enſe minaci
Criminibus nec fructus eat morien-
tis amoris.
Ant operae pretium capiatis ſorte
malorum
Supplicio ſociante nefas, diſcreta ja-
cebis
Dixit, et ad patris veniens dat ver-
ba ſepulcrum
Sancte parens quia ſenſus iners et
ſpiritus extat
Accipito inferias quas offero, vi-
ctima juſta eſt
Macto Clitemneſtram matronam re-
gis Egiſti.
Atque utinam non ante tuam! etc.

Scatet mendis ortographicis; litterae b et u invicem ſaepiſſime permutantur. Captibos, pro captivos, ſalbe pro ſalve, amvo, pro ambo.

No. L. Secul.

Hoc Carmen commemorat Joh. Lelandus de ſcriptoribus Britannicis, his verbis:

„Annis ab hinc tribus, aut eo amplius auc-
„tioni veterum librorum interfui. Hic ego
„non carbones, ſed theſauros inveni, nem-
„pe *Oreſten* Tragoediam antiquiſſimi ſed auc-
„toris hactenus mihi incerti nominis, non
„jambicis ſenariis, verum, quod admirabe-
„ris, hexametris heroicis accuratiſſime ſcrip-
„tam; conjectura tantum eſt, opus a Pom-
„ponio ſecundo poeta conſcriptum.

521. MSS. 8vo Codex Membran. Ex Bibliotheca Franc. Danielis. XI.

Lucani Pharſalia.

Titulus hic eſt:

Incipit liber Lucani.

Codex mutilus in fine, deficiunt ſex ultimi verſus libri ultimi. Addita ſunt huic Codici marginales Gloſſæ grammaticae, parvi momenti.

601. 8vo Codex Membran. XI.

Lucani Pharſalia,

mutilus a verſu 599. Libri VIII. ad finem uſque, addita pauca ſcholia ad marginem.

370. MSS. Codex Membran. 4. Ex Biblioth. Eccleſ. S. Mariæ Argentinenſis. X.

Scholiaſtae Lucani.

Con-

No.	*I.*	*Seculi.*

Continentur in hoc Codice duo Lucani ſcholiaſtae, quorum prior et prolixior hactenus ineditus, poſterior vero idem eſt cum illo quem vulgavit Oudendorpius in ſua Lucani editione 1728. Trajecti curata; quamvis noſter aliquoties ab illo abeat, obſcuriora explanatius exhibeat, multa addat quae alter plane omiſit. Uterque tamen noſtrorum mendis plurimis conſpurcatus eſt.

In priori nihil deficit, in poſteriori deſunt libri V. VI. VII. VIII. IX. uſque ad illa verba *Poſteu in ſenatu Caeſarem interfecit*, inde pergit uſque ad argumentum libri X, quod etiam deeſt. Ex utroque quae ab initio libri IV. occurrant excerpſimus, ut Lector ipſe de iis judicet.

Prior Scholiaſta.

At procul extremis: Caeſar veniens ad Hiſpanias, quas Lucius Afranius et Marcus Petronius, et Marcus Varro Pompejani duces cum Legionibus obtinebant, ſuperare aggreſſus eſt. *Procul*, longe.

Martem ſaevus agit: Incaute Poëta hoc poſuit, nam ſi martem ſaevus agit, contrarium adjecit ſenſum, *non multa caede nocentem*, nam cum parcat et ſine ſtrage Martem gerat, minime eſt ſaevus, an quoniam contra cives?

Ducibus momenta daturum: Dampna, inclinationem ad ſe Ducibus daturum.

Rector caſtris Afranius illis etc. Septem legationes Pompejanas hi duces tenebant, qui jure pari, hoc eſt concorde, amico, nam Afranius Conſularis; Petrejus, Praetorius erat.

Alterno paret cuſtodia ſigno: Vigiles inquit, ab

No. L. *Seculi.*

ab altero ſignum petebant, et eſt exegeſis tutela valli; cuſtodia, quae cuſtodit.

Gallorum Celtae: Gens Galliae, fame urgente in Hiſpaniam migravit, et mixto nomine dicti ſunt Celtiberi.

Leni colle: Facili non alto.

Eſperios etc. Ab Eſpero, Auſtro cui ſubjacet.

Saxeus ingenti quem pons amplectitur arcu: Arcu pro ponte poſuit vel Fornice. Cicero, ad ipſum Fornicem Fabianum; Nota quod Arcum praeter iſtum nemo poſuit niſi ſagittarum, aut irim.

Poſterior Scholiaſta: poſt Libri IV. argumentum.

At procul extremis terrarum Caeſar in oris: Hiſpaniae ſcilicet finibus.

Non multa caede nocentem: Ipſum ſcilicet Martem.

Sed facti ducibus momenta daturum. i. e. ut ſi vicillet in Hiſpania Caeſar et Pompejum ipſe ſuperet in civili bello.

Jure pari: Aequali poteſtate.

Ac Petrejus erat: Hi a Pompejo in Hiſpania relicti fuerunt, qui praeeſſent.

Concordia: Duorum ſcilicet Ducum.

Pervigil: i. e. tutela pervigilans.

Alterno: Modo Afranii, modo Petreii.

Impiger Aſtur: unum, pro Gente, nam hi quos dicit, Hiſpani ſunt.

Vecto-

No. *L.* *Seculi.*

Vectonesque: quia equis vehi periti ſunt.

Miſcentes nomen Hiberis: Celtae Gentes Galliae, mixta Hiberis, qui ſunt Hiſpaniae, Celtiberia nomen junctum accepit.

Surgit Ilerda: nomen eſt oppidi.

Placidis praelabitur undis: ipſam Ilerdam.

Saxeus ingenti quem pons amplectitur arcu: Arcum hic pro fornice poſuit, quod eſt notandum, nam Cicero ait: videt ad ipſum Fornicem Favianum, arcum autem nemo poſuit, niſi ſagittarum, aut iris.

Satis jam de poſteriori Scholiaſta, ineptum enim foret pluribus verbis de eo diſputare, tum quia fere totus editus eſt, tum inprimis quia nullius fere videtur pretii. Alter vero ab intio Lucani vitam exhibet.
In fine uniuscujusque libri ſcribitur: *M. Anci Lucani Commentorum lib-expl.* Codex iſte picturis multis ornatus eſt, quae ichnographias exhibent urbium, pontium, montium, obſidiodum, et ſaepius integrarum regionum ſatis curioſas, et ex quibus intelligi poteſt, qualis eo tempore in uſu fuerit chartas Geographicas conſtruendi modus.

Adponemus heic Scholiaſtae noſtri, nempe prioris commenta ad Achorei Orationem, quae incipit a verſu 193. Libri X.

Aſt ego caelicolis gratum reor, ire per omnes: Ego contra ſentio, et hoc gratum magis eſſe diis.

Sideribus, quae ſola fugam moderatur Olympi: Dicunt phyſici VII. ſtellas, quarum nomina dies curarent contra celum niti, quae ſi non occurrerent, univerſa raperet et praecipitaret

tanta vertigo, fugam moderantur pro mutant poſuit.

Occurruntquè polo: quoniam in contrarium ejus curſum feruntur ſidera.

Sol tempora dividit aevi: Annua ſpatia curſus ſolis regit.

Mutat nocte diem: Cum ortus fuerit diem facit, cum occiderit noctem.

Radiisque potentibus ire vetat: Radiis ſolis obſcurantur ſidera, hoc dixit ire ſcilicet.

Immenſae Cillenius arbiter undae eſt: Tunc Nilum dicit crescere, cum Mercurii ſtella in ſidere ſit, quod eſt inter Cancrum et Leonem.

Et varii mutator circulus anni. Aequinoctialem circulum melius accipimus quam Zodiacum, aequinoctialis enim eſt inter cancrum et capricornum, qui mutator eſt, et facit annum incremento vel decremento.

Egoceron, Cancrumque tenet: quod hi duo diametra ſibi.

Tunc Nili fonte ſoluto exit ut Oceanus lunaribus incrementis: Sicut mare cum luna creſcit, ſic Nilus ſigno Mercurii, ſciendum Nilum latine Elonem dici, (malumus Melonem) ſicut Atlas latine Telas dicitur.

Auctusque ſuos non ante coartut quam: Aequinoctium.

Quam nox aeſtivas a ſole receperit oras: Antequam incipiant noctes creſcere.

Non artos in illis montibus aut boreas: Nam in provincia calida, inquit, non ſunt illi venti, qui nives ſolent creſcere.

No. L. Seculi.

Nilus neque ſuſcitat undas ante canis radios: ideſt quinta Id. Auguſt.

Ante parem nocti libra ſub judice Phoetum: Aequinoctio autumnali.

Nec tumet hibernus cum longe ſole remoto: hieme. Aeſtatem inquit, quoniam ſol e auſtrali parte tranſit in ſeptentrionem, et longe eſt a Nilo, eo ſcilicet tempore, quo omnis *unda caret officiis ſuis*, id eſt, non ut ſolet increſcit, temperat calidiſſimam regionem, ut ardor inundatione ſedetur.

Neu terras diſſipet ignis, Nilus adeſt: Metaphora ab advocatis, qui, cum adſunt, defendunt.

Contraque incenſa Leonis ora tumet: Menſe Junio et Julio.

Et fluvio cogunt incumbere nimbos: Nilo ſcilicet.

Vel quoad aquas totiens rumpentis litora Nili: quoniam ſeptem ora habet.

Adſiduoque ferens cogunt reſiſtere fluctu: id eſt venti.

Sunt qui ſpiramina terris eſſe putent: Sicuti et Lucretius (Lib. V. priores verſus non extant in editis libris. Vide Edit. Lambini. p. 391.) qui ait: ut in mare de terris venit umor aquai, in terras itidem manare ex aequore ſalſo, percolatur enim virus retroque remanat materies humoris et ad caput amnibus omnis confluit inde ſuper terras, redit agmine dulci, qua via ſecta ſemel liquido pede detulit undas.

Per tacitum mundi: mundi pro terrae.

Rumor ab Hoceano, qui terras alligat omnis:

No.	L.	Seculi.

nis : Ne praeſcriptionem adferret dulcedo Nili.

Hunc calidi tetigit cum brachia : Oceanum ſcilicet.

Sol rapit, atque undae plus, quam quod digerit äer, propter pabulum ſolis.

Aſt ego, ſi tantam jus eſt mihi ſolvere litem : Aſt ego, inquit ô Caeſar, exiſtimo, quasdam aquas poſt multa et ſera ſecula, apertis venis terrarum erumpere, ſine Dei cura, veluti cum fontes videmus in eo loco manare, ubi fuerunt, quasdam autem in ipſa mundi compage, hoc eſt a Deo compingerentur, reor cepiſſe: quas ipſe Creator Naturae cohibet, et remittit ſicut in Nilum et in Oceanum, et in alia in quibus reciproci aeſtus ſunt. etc.

No.	M.	Seculi.

MAcer vide Medicos.

404. 4to Codex Membran. Olim Franc. Danielis. *XII.*

Macrobii Saturnalium Liber V. a Capite 13., Liber VI. et Liber VII.

Caetera deſunt;

514. 4to Codex Membran. *IX.*

Macrobii Saturnalium Liber VII.

Hoc

No. M. Seculi.

Hoc titulo: „Macrobii Theodoſii V. C. „ et Inl. Conviviorum Tertii diei. „

265. Fol. Codex Membran. Olim S. Arnulphi Metiis. XI.

Macrobii in ſomnium Scipionis fragmentum.

Nempe ab initio uſque ad finem capitis X. Libri II. quod deſinit in haec verba:

„ Ut parvi pendendum ambitum famae vir „ fortis intelliget quae in tam parvo magna „ eſſe non poterit, ut contentus potius con- „ ſcientiae praemio gloriam non requirat.

Poſt haec verba leguntur continuata ſcriptionis ſerie haec, diverſa ab editis:

„ Si quis forte quaerere vult cur porta ex ebore falſis et cornea veris ſit deputata, inſtruatur auctore Porphyrio etc.

Hanc de porta eburnea et cornea interpretationem ſequitur tractatus de ſtellis, his verbis incipiens:

„ Inter celum et terram certis diſcreta ſpa- „ tiis ſeptem ſidera pendent„ additae ſunt figurae geometricae motuum coeleſtium. Hoc Fragmentum tres paginas implet.

266. 8vo Codex Membran. XII.

Fragmentum Commentarii in Macrobium de ſomnio Scipionis;

Deſinit in Libri I. Cap. VI. Folia adſunt 16.

No.	*M.*	*Seculi.*
347.	MSS. 4to Membran. Codex Bongarſii.	*X.*

Macrobius in ſomnium Scipionis.

Non integrum Macrobii ſomn. Scip. ſed fragmenta tantum ejus hic habentur. Sic autem incipit. Ex libris Macrobii Ambroſii de differentia ſtellarum et ſiderum. Nunc videamus quae ſint haec duo ſidera, quorum pariter meminit cum dicit, quae ſidera et ſtellas vocatis. Exſtant iſta circa finem cap. 14. Libri primi in ſomnium Scip. Hinc autem Codex noſter cum Macrobii editionibus pergit uſque ad illa verba; Ut contentus potius conſcientiae premio, gloriam non requirat. Quae habentur ad finem capitis noni, libri ſecundi. Adduntur alia quaedam minora fragmenta ex libri primi prioribus capitibus.

436.	MSS. 4to Codex Membran. Codex Bongarſii.	*XII.*

Macrobius in ſomnium Scipionis.

Praemittitur Ciceronis ſomnium Scipionis. Sequitur parva quaedam lectio quae a recentiori manu inſcribitur: Prologus de Macrobio, quam heic inſerimus, quia in editis noſtris deſideratur:

„Macrobius olim Cretes, hoc eſt „Somniorum judex, vel inter„pres, commentatus eſt in Scipio„nis Apocalipſi, id eſt revelatio„ne, quam ei revelaverunt jam „caelo recepti vel Affricanus avus, „vel Paulus pater, ut refert M. „Cicero in ſexto libro de Repu„blica. Cujus revelationis miſte-

„ria

„ ria et Ciceronis magnifica verba
„ multisque ſenſibus referta, prae-
„ dictus vir ſigillatim diſcuciens,
„ hunc librum compoſuit in quo
„ diligenter ad Heuſtachium filium
„ diſſeruit de natura animae, vitiis-
„ que ac virtutibus, de diverſita-
„ tibus et nominibus ſomniorum;
„ nec non et de natura numero-
„ rum et diviſione; de ſideribus
„ quoque et ſtellis; de numero
„ et magnitudine coeleſtium cir-
„ culorum; de Poſitione ac ma-
„ gnitudine coeli et terrae; de ma-
„ gnitudine et defectu necnon et cur-
„ ſu ſolis et lunae, et ſeptem
„ planetis et harmonia coeli. Un-
„ de Macrobius dictus eſt, quaſi
„ Macrobios, quod latine ſonat
„ longa via utpote de coelo ad
„ terram, (longa vita legi nequit
„ quia etſi id graeco conveniret
„ ridiculae rationi hujus nominis,
„ quae hic affertur, non congrue-
„ ret). Qui et Ambroſio Medio-
„ lanenſi Epiſcopo, qui ut multis
„ placet auctor fuit in hoc libello
„ deſcribendo.

Heic incipit Commentarius Macrobii in ſomnium Scipionis. Ab initio a recentiori manu ſcribi-

ſcribitur: Incipit explicatio Macrobii ſuper ſomnium Scipionis. In fine a vetuſta manu: Explicit feliciter Macrobius.

416. MSS. 4to. Codex Membran. XII.

Marbodaeus, ſeu ut aliis vocatur. Evax de lapidibus pretioſis.

Hunc Codicem cum editione Pictorii Villingenſis anni 1531. contulimus, a qua paecipue in his differt.

Ab initio, loco praefationis Metricae, quae in noſtra editione occurrit, in Codice noſtro Prologus exſtat alius qui in Pictorii Villingi Editione deſideratur et ſic incipit: „*Incipit* „*prologus Evacis ad Tiberinum de diverſis ge-* „*neribus lapidum. Deſideranti tibi ſcribi a me* „*myſteria omnium lapidum, quia generi huma-* „*no ea ſapienti prodeſſe videbantur, egandum* „*tibi non fuit; tu itaqe cuſtodi ſumma dili-* „*gentia myſterium ſummi altiſſimique Dei etc.* Poſt iſtum prologum, qui duabus columnis abſolvitur, Marbodaeus jam incipit, capita autem non eodem ordine quo ineditione noſtra occurrunt, ibi enim alphabeticus obſervatur ordo, heic vero ita ſe invicem ſequuntur. Adamas, Achates, Alectorius, Hieracites, Jaſpis, Saphirus, Chalcedonius, Smaragdus, Chryſoprasſus, Sardius, Sardonix, Onyx, Chryſolithus, Berillus, Magnes, Corallium, Alabandina, Corneolus, Carbunculus, Ligurius, Topazius, Hyacinthus, Amethyſtus, Chelidonius, Gagates, Aetites, Selenites, Gagatromeus, Heliotropium, Hepheſtites, Haemathites, Abeſtos, Peanites, Sagda, Medus, Hexeconthalithos, Chelonites, Praſius, Criſtallus, Galactites, Orites, Lipares, Enhy-

No.	M.	Seculi.

Enhydros, Iris, Androdamas, Ophtalmius, Unio, Pantherus, Abſinthos, Pyrites, Diadocchos, Dionyſia, Chryſolectros. Heic adduntur tres verſus qui epilogum conſtituunt et in editione Pictorii etiam adſunt, praefatio autem metrica, quae in eadem editione ab initio praefixa eſt, heic in fine ſubjungitur „ *Annulus ut gemmam digitis aptandus haberet* „ ſed non integra eſt iſta ſectio, ultima enim verba in codice noſtro haec ſunt „ *Effectus mi-*„*ri procul ambiguo comitantur.* „

662. 8vo Codex Chartac. XV.

Maximi Tyrii diſſertationes, graece.

Incipit Codex a diſſertatione 35. *Quis Philoſophiae finis ſit*; dein a diſſertatione 5. usque ad 21. rito ordine decurrit, cujus hic ultima verba ſunt:

ἐυτε φυτέυσιν χέρσιν.

Ultimae hic ſunt, diſſertationes ejusdem 1. 2. et 3.

Medica.

525. 4to MSS. Codex Chartac. XV.

Compilationes Medicae, de Herbis, Animalibus, et Mineralibus, ex Muſa, Apulejo, Sexto Philoſopho, et Serapione.

Ab initio legitur: *Herbarius. Vettonica. Nomina herbae Vettonicae Graeca.* Heic occurrunt

currunt Betonicae nomina ex ſcriptione quae ſub *A Muſae* titulo hac de re ſupereſt. Dein de Plantagine, de Pentaphyllo, de Verbena, de Hyosciamo, eorumque nominibus agitur, quae omnia ex *Apulejo de Medicaminibus Herbarum* deſumta ſunt, ubi ordine ſe invicem ſequuntur. Heic vero praecipue notandum in Codice noſtro poſt Betonicam ſtatim agi de Plantagine, nulla adjecta novae ſcriptionis nota, quod firmat opinionem veroſimilem *Barthii*, qui *Muſam* pro parte Herbarii Apulejani habet. Noſter autem Codex pergit cum Apulejo uſque ad Cap. 92. de Pulegio, nomina illa Plantarum notiora et peregrina ſedulo recenſens, in virtutibus vero illarum deſcribendis Apulejo multo brevior. Heic ſine ullo diſtinctionis ſigno incipit nova ſectio inſcripta: *Cornu Cervi*, ex Cap. 1. *Sexti Philoſophi Platonici de Medicina Animalium*, deſumpta. Sequitur Caput de Vulpe excerptum ex ejusdem Sexti Cap. 3. De Tauro ex Cap. 11. De Cane ex Cap. 9. Inſeritur jam Caput de Mentha et ejus virtutibus. Dein de Lepore ex Sexti Cap. 2. De Capra domeſtica ex Sexti Cap. 5. De Ariete ex Cap. 6. De Apro ex Cap. 7. Sequitur de Nepeta, de Peucedano, de Inula, de Cynogloſſa etc. quae omnia, uti et Mentha, de qua paulo ſuperius, in Apuleii libro ibi ſequuntur, ubi Sextus ad Caput de Pulegio, Apulejo inſertus fuit, inde vero Codex noſter uſque ad Baſilicam, ſeu ultimum Apuleii Caput, decurrit, ita ut omnes Apuleii plantae heic recenſeantur. In nominibus autem peregrinis Plantarum Codex noſter plurimum ab Apulejo Hummelbergii diſcedit, et variantes lectiones habet innumeras, eo notabiliores, quod iſtud Apuleii ſcriptum ſit corruptiſſimum; quamvis ad linguas ſuperſtitionesque Veterum cognoſcendas, non parvo eſſe poſſit praeſidio. Diſcrepantium Codicis noſtri

lectio-

lectionum hoc eſto exemplum : De Pentaphyllo editi ſic habent: — *Aegyptii Orphitebeocen*, *alii Themoneſtron*. Codex noſter ſic legit : *Aegyptii dicunt Aſiuſſi Tebeoti*, *Democritus dicit Theonmeſtron*. De Verbena ſic eſt in editis : *Aegyptii Pemphthemphtham*, *Prophetae Eryſiſceptron*. Codex autem noſter ita legit : *Aegyptii Penipemthar*, *Pythagoras Eriſceptron*. Etſi vero, ut videtur, lectiones Codicis noſtri ut plurimum ſint corruptiſſimae, viam tamen ad veram lectionem, ſubtilius inquirentibus, pandere poſſunt.

Cum vero priora excerpta ex Apulejo fere tota grammatica ſint, et nomina tantum contineant Plantarum, heic jam ſequitur alia pars ubi de iisdem Plantis ex eodem auctore juxta Botanices artem agitur; Deſcribuntur ex parte illarum characteres, diſſeritur multis de earum viribus, et notatur tempus, quo legi ſolent. Heic vero iterum capiti de Betonica ſtatim jungitur alterum de Plantagine, unde porro colligas, haec omnia eidem auctori tribuenda eſſe.

Sequuntur heic excerpta medica prolixiſſima ex *Serapionis* ſcriptis de *virtutibus Medicinarum*, ut et *ex ejus ſimplicibus ex plantis*, *ex Animalibus*, *ex Mineralibus*, additis nonnullis ex ejus *Synonimis*. Maxima heic cum editis differentia, tum quoad intrinſeca, tum praecipue quoad ordinem capitum, notandumque in Codice noſtro ſimplicia, de quibus ſermo inſtituitur, non juxta alphabeti elementa, ut in editis, exhiberi; adduntur ante finem operis indices et ſynonima ampla rerum de quibus in iſtis libris agitur.

No.	M.	Secul.
519.	MSS. 4to Codex Membran.	XII.

Poema de viribus Herbarum, quod Aemilio Macro falſo tribuitur.

Ab initio ſcriptum eſt: *Incipit Macer.* Poſt Caput ſeptimum, quod in Codice noſtro ut in editione Pictorii de ruta agit, ſequitur ſectio de violis, quae in editis 40. efficit Caput. Dein in manuſcripto noſtro agitur de Ariſtolochia quae in editis eſt Cap. 41. de Marrubio, eſt Caput 42. de Hyſſopo, eſt Cap. 45. de Iride, quae eſt Cap. 43. de Inula, ſeu uti in noſtro Codice vocatur Enula, Cap. 44. de Apio, quod in editis octavum conſtituit caput, cum quibus jam Codex noſter pergit uſque ad Cap. 39. de Serpillo, cui ob transpoſitionem ſupra citatam ſuccedit Caput 46. de Aſaro, ſeu ut rubrica noſtra habet, de Vulgagine. Poſt illud Caput in editis adhuc plurima alia ſequuntur, in noſtro autem Codice ſine ulla interruptione ſubjungitur carmen de Haematite lapide, quod in Macri editionibus non exſtat, cum ex Cap. 36. Marbodaei de lapidibus praetioſis deſumptum ſit. Poſt verſus de Haematite ſine ulla ſejunctionis nota ſex adhuc ſequentes adduntur:

Archadiae tellus lapidem producit abeſton
Fervens huic color eſt, naturae mira poteſtas
Feminei ſexus referens imitando labores

Nam

No. M. Seculi.

Nam quibus ex cauſis dubium ſit tempore certo
Concipit et parit et parientibus auxiliatur
Ultima quos urget dubii diſcriminis ora.

Duo primi verſus de Abeſto lapide in Marbodaei Cap. VII. hic exſtant; inſequentes quatuor deſiderantur. Poſt hos verſus in Codice noſtro ſcriptum eſt: *Explicit Marcer.*

Adduntur huic Codici marginales notae ab eadem manu, quae non modo argumenta eorum, quae in Macro continentur, exhibent, ſed quae hinc et inde ea quae in Textu habeantur ex Grammatica et Botanica arte explicant. Specimen notarum grammaticarum ex cap. I. deſumimus, ibi verſus 16. ſic habet *Hanc adipi junctam ſtrumis apponere laudat, Plinius* — Scholia noſtra dicunt: *Adeps cum ſine additamento ponitur porci ſpecialiter intelligitur.* Botanicae notae ſpecimen depromimus ex cap. III. ubi, ad illum verſum *Si ſiler et nardus et acetum jungitur illi* noſter Scholiaſtes ait: *Siler, Aegyptiacum cuminum, ſimile noſtro, ſed differens in ſapore, naſcitur in Alpibus Burgundiae. Nardus herba in modum ſpicae quam praefert Celtica Gallia et India.*

525. MSS. 4to Codex Chartac. XV.

Poema de viribus Herbarum, quod Aemilio Macro falſo tribuitur.

0. M. Seculi

Ab initio legitur: *Incipit Macer.* Hic Codex iterum, quoad ordinem capitum, ab editione Pictorii differt, et cum priori Manuſcripto propius convenit. Ordo ſectionum talis eſt: Omnia rite ſe habent uſque ad cap. 7. Octavum autem in noſtro Manuſcripto agit de Violis, quae in editis cap. 40. occurrunt; dein de Ariſtolochia cap. 41. de Marrubio, 42. de Hyſſopo 45. de Iride 43. de Inula, quae in editis eſt No. 44. Tum de Apio, quod in Pictorii edit. 8vum efficit caput; Pergit ibi Codex noſter cum editis uſque ad cap. 39. quod excipit cap. 46. de Aſaro. Et hactenus quidem iſte cum priori Codice congruit, ab eo autem poſtea differt, ad finem uſque cum editis rite pergit.

In fine haec leguntur:

Scriptoris quaeſo quotiens legis hoc memor eſto,

Quarundam herbarum deſcribens et ſpecierum

Nomina, radices, vis, flores, ſemina, vires.

Explicit Herbarius Macri.

Subjungitur heic Lexicon Botanicum latino germanicum, novem conſtans paginis, cujus hoc eſto ſpecimen: *Aniſum* — *Eniſſ.* *Apium* — *Eppe.* (pro *Eppich.*) *Anetum* — *Dille.* *Arthemiſia* — *Bivoſſ*, (pro *Beyfuſſ.*) *Alga* — *Meerbinſe.* *Aſarum* — *Haſelwurz.*

Additae ſunt huic Codici variantes lectiones mar-

No.	M.	Seculi.

marginales, quae aliquam merentur attentionem, et commentarioli nullius praetii.

316. 4to MSS. Codex Chartac. XIV.

Emanuelis Moſchopuli ſenioris Grammaticae Artis Methodus.

Graece. Titulus hic eſt: Ἀρχὴ σὺν θεῷ ἁγίῳ τῶν Ἐρωτημάτων βραχυνθέντων παρὰ τοῦ σοφωτάτου κυρίου Μανουὴλ τοῦ Μοσχοπούλου. Incipit τί ἐστι προσῳδία. Haec Ἐρωτήματα excipiunt Canones; ſequuntur praecepta περὶ κλίσεως.

579. 4to Codex Chartac. XV.

Fragmentum Moſchopuli περὶ σχεδῶν. Graece.

Incipit a verbis: τῷ Ἰωνᾷ, καὶ χθὲς etc. Quae pag. 24. editionis R. Stephani exſtant. Deſinit vero in his verbis: μετὰ τὸ προηγούμενον; quae pag. 35. Editionis laudatae exſtant.

No. *N.* *Seculi.*

639. 4to MSS. Codex Chartae. XVI.

Nicomachi Geraſeni Harmonices Manuale.

Titulus Libri hic eſt: Νικομάχȣ Γερασηνȣ̃ ἁρμονικῆς ἐγχειρίδιον ὑπαγορευθὲν ἐξ ὑπογυίȣ, κατὰ τὸ παλαιόν. Ultima iſta verba in Meibomii editione deſunt, ſed leguntur in Oxonienſibus Manuſcriptis teſte eodem Meibomio in notis ad Nicomachum.

Ut vero de lectionibus Codicis noſtri judicium ferri queat, duas priores ſectiones cum Meibomii editione contulimus.

Pag. 2. τὸ τȣ̃ λόγȣ φορτίον Codex noſter legit φροντίδι.

— 3. καὶ πλήρη — πλήρει.

— συλλογισμῶν — συλλογισμῷ.

— ἐκεῖθεν ποτε — ποθεν.

— ὡς ἑνὸς γένȣς εἴδη — deeſt γένȣς.

Ασύγ-

No.	N.	Seculi.
—	Ασύγχυτον — ἀσύγχητον.	
Pag. 4.	Διηρημένων — διηρθρωμένων.	
—	διεςὸς — διεςώς.	
—	παρακειμένων ἐυχωριςων τε καὶ ἐυδιαγνωςων, deeſt illud ἐυχωριστων.	
—	ἐμφαίνειν — ἐμφαῖνον.	
—	Ἀπολογȣ́μενός τινι — τινὸς.	
—	ὦντο — ᾤοντο.	
Pag. 5.	φωνητόν — φωνητικὸν.	
—	καὶ πρὸς ἀλλήλȣς — καὶ πρὸς τȣ̀ς ἀλλήλȣς.	
—	Ἡμῖν φονῆς — Ἡμῶν.	
—	ἐπὶ τῶν ὀργάνων — ἐπὶ τῆς τῶν.	

Adduntur huic Codici argumenta graeca capitum, et paucae quaedam lectiones marginales, figurae etiam ad muſicam pertinentes nitidiſſime delineatae.

83. Fol. Codex Membran. Olim S. Rhemigii; in ſecunda Codicis pagina haec ad marginem leguntur: *IX.*

No.	N.	Secul.

„ Liber Fratris Emmonis dono Teutboldi, „ ad obſequium S. Remigii, ſcripſit illi par- „ tim Fr. Warinus, partim Bernardus Clericus.

Nonii Marcelli caput IV., nempe de ſignificatione verborum.

Editum inter grammaticos Dionyſii Gothofredi pag. 615. ſeq. deeſt huic titulus.

Nonio Marcello in noſtro Codice praemittitur fragmentum operis grammatici, cujus initium deeſt; varias latini ſermonis regulas, et locutiones promiſcue, nullo vel rerum vel litterarum ordine conflatas exhibens; citat auctorum veterum et medii aevi nonnulla, Virgilii Maronis, Virgilii grammatici; de quo ſupra jam diximus, Auguſtini, Hieronimi, Capri-grammatici, Papiniani, citat etiam Alcuinum, quem virum ſanctum et doctum nuncupat.

Ut de ratione ejus opuſculi conſtet, haec ex folii 8. pagina altera exſcripſimus:

„ Adoleſcens, ut *Caper* in orthografia ſua „ teſtatur, nullo modo eſt dicendum. Venit „ enim ſicut idem evidenter pandit ab adoleo, „ id eſt, creſco, verbo, participium *adoleſ-* „ *cens*, et nomen *adoliſcens*, et utrumque per „ O videlicet eo quod ab olendo, id eſt creſ- „ cendo dictum ſit, propter differentiam ta- „ men nomen ipſum per i dici debere dicit. „ *Alcuinus* etiam veluti debuit vir ſanctus et „ doctus *adoliſcentem* per omnem *bibliothecam* „ ubi videlicet non participium ſed ſemper no- „ men id repperit, jure per i preferendum „ correxit: Ut, adoliscens, tibi dico, ſurge. „ — Si quis autem putat quod ſicut adul- „ tus dicitur, ſic aduleſcens quoque per u „ dici debeat, dubio procul errat, frequenter „ enim o in u vertitur, quando conſonantes „ duae ſequuntur. Ut *volo vult*, *vul-*

„ *tus*

„ *tus* a voluntate dicitur. *Colo*, *cultus*. *Vul-*
„ *pes* pro *volpes* eo quod ſit *volubilis* pedibus.
„ *Urſus* pro *orſus*, eo quod ore ſuo formet
„ foetus.

Nota, quae hic ex Capro citantur, non reperiri in fragmentis Capri quae Putſohius edidit, ubi in voce adoleſcens haec leguntur: pag. 2243. Adulefcens nomen eſt, Adoleſcens participium eſt.

Hoc fragmentum implet folia 16.

Poſt Nonium Marcellum Codex noſter habet aliud fragmentum grammaticum, quod uti illud, de quo modo diximus, nullo ordine decurrit, et varias latinae linguae locutiones tractat. Citat Bedam, Gregorium M., Hieronimum, Paulinum, Althelmum, *Smaragdum*; nempe S. Michaelis Abbatem, Caroli M. coaevum.

Folio IX. haec reperiuntur:

„ *Sodes* adverbium non ſignificat ſodaliter ſed
„ adverbium eſt precativum, ut illud Avieni:
„ die ſodes quidnam trepido tibi retulit urſa:
„ So videlicet producta cum ſit in *Sodali* cor-
„ repta. Inter abrenuntiare et renuntiare hoc
„ intereſt, quod abrenuntiamus in licitis, re-
„ nuntiamus licitis.

„ Praeſcientia ponitur aliquando pro prae-
„ deſtinatione, ut eſt illud, non reppulit De-
„ us plebem ſuam, quam praeſciit, id eſt prae-
„ deſtinavit, in ſecundo libro ad Proſperum.
„ Nos tamen jam nunc ipſam potius tenere
„ debemus differentiam, propter illud quod
„ nimis male in Smaragdo dicitur, ab origi-
„ ne quos praescivit bonos praedeſtinatione

„ reddit beatos. Quaſi videlicet electi pro-
„ poſito fiant, quod abſit, a ſemetipſis boni,
„ et hoc ſuo gratiam Dei praecedente me-
„ rito reddantur a Deo beati etc.

347. 4to MSS. Codex Membran. Bongarſii. *X.*

Nonius Marcellus de varia ſignificatione verborum.

Ab initio haec leguntur: Index earum rerum, quae hoc Codice continentur. Nonius Marcellus Peripatheticus Tiburcicenſis (alii citante Fabricio B. Lat. Tiburticenſis, optimi Tiburienſis) de compendioſa doctrina per litteras ad Filium.

Adverſum contra ſignificat, Terentius Adelphis. Quae occurrunt Cap. IV. inter Nonii Marcelli ſcripta in edit. grammaticorum Dioniſii Gothofredi. Codex noſter cum editis rite pergit uſque ad litteram T ubi mutilus deficit circa illa verba. *Tenue* infoecundum. *Tenue* parvum etc.

A. 26. Fol. Cod. Membran. Tribus foliis. *VIII.*

Notitia Provinciarum.

Incipit Codex noſter a Provinciis Gallicanis iſto Titulo inſignitis:

In nomine Domini JEſu Chriſti incipiunt nomina Provintiarum.

Lugdonenſium habet Civitates numero IIII.

Vetuſtiſſi-

No. N. Seculi.

Vetuſtiſſimum iſtum Codicem cum *Sirmondi* editione contulimus.

Sirmondus.

Civ. Lugdunenſium *nos* Lugdonenſium.
Caſtrum Cabilonenſe - Civ. Cabellionenſis.
Caſtrum Matisconenſe - Civ. Matisconenſis.
Civ. Bajocaſſium - Bajocaſium.
Civ. Abrincatum - Albrincatum.
Civ. Sagiorum - Saiorum.
Civ. Lexoviorum - Lixoiorum.
Turonorum - Toronorum.
Cenomannorum - Cenomanorum.
Redonum - Renodum.
Andicavorum - Antecavorum.
Corioſopitum - Coriſopitum.
Oſſismorum - Oſismorum.
Diablintum - Diablentum.

Provintia Lugdun. Senonia, numero VII. noſter Lugdonen IIII. numero VIII.

Autiſſiodorum - Authiſiorum,

ſuperius a recentiori manu additur *do*.

Civ. Tricaſſium - Civitas Autricum.
Civ. Tricaſium.

No. *N.* *Seculi.*

Civ. Aurelianorum *nos* Aurilianorum.

Meldorum - Melduorum.

Treverorum - Trevorum.

Civ. Mediomatriorum Mettis - Civ. Mediomatricum.

Civ. Leuçorum Tullo - Civ. Leocorum Tollo.

Civ. Verodunenſium - Veredinenſium.

Sueſſionum - Seſſionum.

Catellaunorum - Catuellorum.

Veromanduorum - Viromandorum.

Atrabatum - Atravitum.

Camaracenſium - Camarcenſium,

ſuperius additur *ra.*

Bellbvacorum - Bellocavorum.

Bononienſium - Boninenſium.

Civ. Argentoratenſium - Argentoracenſium.

Civ. Nemetum - Nemmetum.

Civ. Vangionum - Vagionum.

Civ. Agrippinenſium - Agrapenſium.

Civ.

No.	N.	Seculi.

Civ. Tungrorum *nos* Taugrorum.

Provincia M. ſeq. Numero IV. - Numero VIIII.

Civ. Veſontienſium - Viſoncinicum.

Civ. Equeſtrium Noiodunus - Nuioduenum.

Civ. Elvitiorum Aventicus - hoc eſt Aventicus.

Caſtrum Vindoniſſenſe - Civ. Vindoninſenſe.

Caſtrum Ebredunenſe - Caſtra Argentoratinſe Caſtra Ebrudunenſe.

Caſtrum Rauracenſe - Rauracinſe.

Provincia Alpium Grajarum et Penninarum - Poenanenſium.

Civ. Centronum Darantaſia - Civ. Metranium Drantaſia.

Civ. Vallenſium Octoduro - Civ. Valenſium Junctudoro.

Provincia Viennenſis, Numero XIII - Provintia Viennenſium. Numero XIV.

Civ. Genevenſium - Civ. Gennavenſium.

Civi-

No. *N.* *Seculi.*

Civitas Gratianopolitana *nos* Civ. Gratianobilitanorum.

Civ. Deenſium - Civ. Detenſium.

Civ. Arauſicorum - Civ. Auraſicorum.

Civ. Cabellicorum - Civ. Carpentoracenſium nunc Vindauſca.

Rutenorum - Rotenorum.

Civ. Biturigum - Bituricum.

Arvernorum - Arvennorum.

Cadurcorum - Cadercorum.

Civ. Burdigalenſium - Burdegalenſium.

Civ. Agennenſium - Aganenſium.

ab alia manu ſupra *Agen.*

Civ. Ecolismenſium - Aescolisneſium.

Civ. Eluſatium - Civitas Auſtiorum.

Civ. Aquenſium - Aquinſium.

Civ. Lactoratium - Latoracium.

Civ. Convenarum - Convenas.

Civ. Conſorannorum - Conſoramnorum.

Civ.

No. | N. | Seculi.

Civ. Benarnenſium *nos* Perranenſium.

Civ. Turba, ubi Caſtrum Bigorra - Caſtorbigorum.

Civ. Auſciorum - Civ. Aeloſatium.

Urbs iſta in Sirmondo eſt prima et in noſtris ultima.

Provincia Narbonenſis prima, numero VI - Provincia Narrabonenſium. I. Numero VIII.

Civitas Toloſatium - Civ. Toloſatium.
Civ. Aganenſium.
Civ. Magalenenſium.

Civ. Beterrenſium - Biterrenſium.

Civ. Lutevenſium - Latuvenſium.

Caſtrum Ucecienſe alias Civitas Ucecienſis - Civ. Ucecienſium.

Provincia Narbon. II. Numero VII - Numero VI.

Aquenſium - Aquinſium.

Civ. Reienſium - Regenſium.

Forojulienſium - Furitulienſium.

Vappincenſium - Vappencenſium.

Segeſteriorum - Segeſteorum.

Ebro-

No.	*N.*	*Seculi.*
	Ebrodunenſium *nos* Ebrudunenſis.	
	Dinienſium - Dienenſium.	
	Sannitienſium - Sanicienenſium.	
	Glannativa - Planatena.	
	Civ. Camelenſium.	
	Civ. Vintienſium - Vinſicienſium.	

Hactenus Provinciae Gallicae; ſequuntur Provinciae Italiae, Africanae, Hiſpaniae, Illyrici, Thraciae, Aſiae, Orientis, Ponti, Aegypti, Britanniae, quae in Schotti editione libelli Provinciarum Romanarum ſe invicem eodem ordine ſequuntur.

645. 4to MSS. Codex Membran. *IX.*

Notitia Provinciarum.

Sequens praefigitur Titulus:

In nomine Sanctae Trinitatis incipit nomerus Provinciarum vel Civitatum Metropolitanarum vel aliorum Provincia Lugduninſis prima habet civitates quattuor.

Lugdunenſem primam excipit Lugdun. ſecunda, ita tamen, ut poſt Metropolin Civitatem Rotomagenſium inſerantur nomina Menſium Aegyptiaca aliaque barbara, de quibus etiam agitur in Codice noſtro ante Notitiam Provinciarum, poſtea pergit Codex noſter cum Notitia et habet civitatem Bajocaſſium, quae in ſecunda Lugdunenſi Provincia Metro-

No. *N.* *Seculi.*

Metropolin Rotomagenſium excipit; ſequitur Lugdun. 3. et 4. Belgica 1. et 2. Germania 1. et 2. Provincia Maxima Sequanorum, quam ex Codice noſtro heic exhibemus.

Provincia Maxima Sequanorum nomero X.

Civitas Viſoncinicum.

Civit Aequeſtrium Nuodunus.

Civit. Elviciorum hoc eſt Aventicus.

Civit. Baſilienſium.

Caſtr. Vindoniſſenſe.

Caſtr. Argentarimſe.

Caſtr. Ebrodenenſe.

Caſtr. Rauracenſe.

Porta Abucini.

Sequuntur.
Provincia Alpium Grajarum; Viennenſis; Aquitania 1. et 2. Novem populana; Narbonenſis 1. et 2. Prov. Alpium Maritamarum; ſequuntur Provinciae Italiae, Africae, Hiſpaniae, Illyrici, Thraciae, Aſiae, Orientis, Ponti, Aegypti, Britanniae. Heic ſubjunguntur prima loca harum Provinciarum. e. gr.

Prima Lugdoninſis, Prima Campania, Prima Cartago etc.

No.	*N.*	*Seculi.*
128.	Fol. Codex Membran. Olim Bongarſii.	X.

In Fol. 1. legitur: Werinharius Epiſcopus dedit S. Mariae.

P. Oroſii Hiſtoriarum, ſive de Miſeria Hominis, Libri VII.

160.	Fol. Codex Membran. Olim Petri Danielis. Nitidiſſime ſcriptus.	X.

P. Oroſii Hiſtoriarum Libri VII.

169.	Fol. Codex Membran.	IX.

In Folio 1. legitur. Werinharius Epiſcopus dedit S. Mariae.

Oroſii Hiſtoriarum Epitome.

XIV. Foliorum.

Dividitur vero hic totum Oroſii opus in capita 417. non in libros. Praemittitur huic Epitomae breviſſima ſeries Epocharum ab orbe condito uſque in Conſulatum Herculani. Haec nempe ſeries Chronologica ſic terminatur.

„ Fiunt ergo ab Adam uſque in paſſio-
„ nem Domini anni V̄ D X X V. (5525).
„ Et de paſſione Domini uſque ad Conſula-
„ tum Mamertini et Nevitulae a. CCCXXXI.
„ et à Conſulatu Mamertini et Nevitulae
„ uſque in Conſulatum Herculani an. XCI.
„ Fiunt ergo ab Adam uſque in Conſulatum
„ hunc anni V̄DCCCCXLIX. In VIII.
„ Kal. Aprilis.

Hanc Chronologiam a computatione Oroſii abire patet, qui ab orbe condito ad Chriſtum natum non plures quam 5200 annos computat.

576. 4to

No.	N.	Seculi.

576. 4to Codex Chartac. *XVI.*

Epitome P. Oroſii, ſive Hiſtoriarum ejus Abbreviatio, prolixior et ab illa priori diverſa.

369. 4to Codex Chartac. *XVI.*

Orpheus de Lapidibus, graece, hoc titulo:

Ὀρφέως ἀρίστου ποιητοῦ περὶ λίθων.

Praemittitur Demetrii Moſchi Grammatici Argumentum, hoc titulo:

Δημητρίου κορκυραίου τοῦ μόσχου ὑπόθεσις εἰς τὸ περὶ λίθων ὀρφέως.

In margine additae ſunt gloſſae, quae ejusdem Moſchi eſſe videntur; eaedem extant in Codice Bibl. Regiae, teſte Labbeo Bibl. Mſs. 273.

In fine codicis haec adſcripta:

„ Ἀδελφὸς ουαρελίανος φορολιστὸς
„ ὁ Ἀλβίνου ταύτην ἔγραψε βίβλον
„ τοῦ περί λίθων ὀρφέως.

846. MSS. 4to Codex Membran. *XII.*

Ovidii. Metamorphoſes.

No.	N.	Secul.

Codex mutilus. Primus ejus verſus hic eſt: *Dumque ibi ſuſpirat motos in harundine ventos.* Eſt vers. 707. libri primi. Rite pergit codex uſque ad verſum 842 libri VII, ubi iterum mutilus uſque ad verſum 51. lib. XI. unde pergit uſque ad verſum 848. libri XV., ubi mutilus deficit.

10. Fol. Codex Chartac. Folio primo excepto, quod Membran. *XV.*

Metamorphoſes d'Ovide en vers Jambiques François avec une Preface en vers.

Sic incipit Lib. I.

Or vuel comancier ma matiere
Ovide dit mes cuers vuel dire
Les formes que muees furent etc.

No.	O.	Seculi.

512. 4to. MSS. Codex Membran. *XIII.*

Ovidii. Epiſtolae Heroidum.

In Codice noſtro, uti in aliis vetuſtis exemplaribus, deeſt Epiſtola Sapphos Phaoni. Deſinit noſter Codex verſu 12. ultimae Epiſtolae, quae eſt Cydippes Aconito. In fine parva quaedam Ovidii vita, et per totum codicem prolixiora adduntur ſcholia.

478. 4to

No.	O.	Seculi.
478.	4to MSS. Codex Membran.	XIII.

Ovidius.

Incipit Codex noſter a verſu 41. Epiſtolae VIII. Heroidum, quae eſt Hermione Oreſtae. Heic, ut in priori Codice Epiſt. Sappho Phaoni deeſt. Et ultima verba Epiſtolae Cydippes Aconito ſunt: Quos vereor paucos ne velit eſſe mei. Poſt hunc verſum duodecimum in noſtro Codice, ut in priori, additur: Explicit Ovidius Heroidum; monet quoque Heinſius fere omnes codices poſt hunc verſum deficere.

Epiſtolas Heroidum excipiunt ex Ponto libri 4. Sequuntur Triſtium libri 5. Faſtorum libri 6. Remedia Amoris. Artis Amatoriae libri 3. Amorum libri 3. Adduntur huic codici librorum argumenta, et hinc et inde majora ſcholia.

711. 8vo MSS. Codex Membran. Ex libris Petri Danielis Aurelii. XI.

Gloſſae in Ibin Ovidii.

Codex noſter incipit a verſu 177. *Syſyphus eſt illic*: Incipiunt Gloſſae in Ibin. Dianam de ſtupro interpellavit etc.

Notiſſimus eſt vetus iſte commentator, de quo multis egit Salvagnius in Prolegom. ad Ibin; Iſtum interpretem Burmannus editioni ſuae integrum addidit.

505. 4to MSS. Codex Membran. XII.

Ovidius.

Libri tres de Arte amandi. Sequuntur alia Ovidii ſuppoſititia ſcripta, quae ipſi in codice

noſtro tribuuntur; quorum primum eſt: Parve Pulex et amara lues inimica Puellis —— Carmine quo fungar in tua fata ferox. In margine ſcriptum eſt: Quartus liber, (quaſi hoc carmen quartum Amatoriae artis librum conſtitueret) in fine: Explicit liber Ovidii de Pulice. Hanc Elegiam de Pulice, et aliam ejusdem argumenti, plurimi inter ſuppoſititia hujus Auctoris ſcripta ediderunt.

Sequitur Liber quintus, in cujus fine: Explicit Liber Ovidii de Pediculo. Hoc carmen, a nemine, quantum ex Fabricio aliisque colligere potuimus, Ovidio tributum, heic ex codice noſtro evulgamus:

Lente ſub undanti ſub veſte pediculus ecce
Atque cutem ruppit, ſuxit, & intumuit;
Quem poſtquam ſenſi, nam me ſentire coegit,
Admovi digitum, qui cito cepit eum,
In lucem ductus metuens puto pollicis ictus,
De digito cecidit lubricus & latuit,
Inter nodorum juncturas articulorum,
Sed fuga nil valuit, cura ſequuta fuit.
Inventus rapitur, raptus reus eſſe probatur,
At cum ſupplicio traditur exilio.
Hunc omnes lentes defflent, nigraeque ſorores
Et faciunt tumulum, cum tumulo titulum
Cum ſenis pedibus caput et ſine corpore corpus
Hoc jacet in tumulo carne creata caro.

Sequitur lib. VI., in cujus fine legitur: Explicit liber Ovidii de Anulo. (Annulo) Hoc

Hoe carmen a nemine Ovidio tributum heic ex Codice noſtro adponimus:

Annule formoſae digitis juncture puellae
In quo cenſendum nil niſi vatis amor.
Munus eas gratum te laeta mente receptum
Protinus articulis induet illa ſuis.
Felix a domina tractaberis annule noſtra,
Invideo donis jam miſer ipſe meis,
O utinam ſubito fieri mea munera poſſem
Artibus Eois, Capaciique ſenis, *
Tunc egomet dominae cuperem tetigiſſe papillas,
Et laevam tunicis inſeruiſſe manum.
Haererem digito, quamvis anguſtus et haerens,
Inque ſinum mira lapſus ab arte cadam.
Idem ego Archivas poſſim ſignare tabellas,
Neve tenax ceram ſiccaque gemma trahat
Humida formoſae tangam prius ora puellae;
Tantum ne ſignem ſcripta dolenda mihi
Si dabor ut credas loculis exire negabo,
Aſtringens digitos orbe minore tuos;
Non ego dedecori tibi ſum mea vota futurus
Quod dexter digitus ferre recuſet onus.
Me gere cum calidis profundes imbribus artus
Damnaque ſub gemma perfer euntis aquae.
Sed puto te viſa mea membra libidine ſurgent,

Et peraget partes annulus ipſe viri.

Irrita quid moneo parvum perficite munus,

Illa datam ſecum ſentiat eſſe fidem.

Sequitur liber VII., in cujus fine ſcriptum eſt: Explicit liber Ovidii de Medicamine aurium, carmen hoc inter Ovidii ſuppoſititia a nemine relatum invenimus; illud ex Codice noſtro heſc evulgamus.

Haec non displiceant quae ſit ſine corpore parvus

Hortulus iſte brevis mitia poma gerit,

Plurima doctorum ſunt hic experta priorum

Hic lector ſumas, quae meliora putas

Materies monſtrat tibi, quae medicamina conſtant

Teque quod amplecti quodque cavere decet

Si fueris felix quae ſunt praetioſa require

Si minus careas elige quid valeat.

Ne nos contemnas viles cum videris herbas,

Quod leve compones levius eſſe ſolet.

Celeſtis medicus, cujus manus omnia penſat

Mirandum prodit, quod tibi leve fuit.

Hoc medicamentum ſurdis eſt auribus aptum:

Ex hederae ſucco ſemper cochlearia bina;

Tantundem ſumas oleum, quod fundit oliva;

Hinc ovi teſta porrorum collige ſuccum:

Lactan-

Lactantis puerum tantumdem ſumite lactis;
Haec tribus ad ſolem vitro ſuppende diebus,
Noctibus et totidem ſub aperto deſine caelo.
Ex hoc auriculae audeas infundere ſurdae,
Ut ſolis radium patiens aſſumat in aurem.

Hoc carmen excipit Liber VIII. in cujus fine ſcribitur: Explicit liber Ovidii de Cuculo. Hoc Poemation Bedae tribuendum occurrit in Catalectis Ovidii, quae Goldaſtus Francof. 1610. vulgavit.

Sequitur liber nonus, qui ſic incipit: Nox erat et ſomnus laſſos ſubmiſit ocellos, non integrum eſt iſtud carmen, ultimus ejus verſus hic eſt: Atque iterum paſto paſcitur ante cibo. Hoc Poemation vocatur Ovidii ſomnium, et a pluribus inter ſuppoſititia Ovidii ſcripta vulgatum fuit.

Heic iterum in Codice noſtro occurrunt ultimi verſus libri III Art. Amatoriae; inde a 787. ad finem; additur; Explicit liber Ovidii de Arte Amatoria.

No.	P.	Seculi.
399. 4to	Codex Membran.	XV.

Palladius de Re Ruſtica;

Titulus hic eſt:

„ Palladii Rutilii Tauri Emiliani viri il„ luſtris Opus Agriculturae „ Notandum in Codice noſtro tantum XIII. priores libros extare XIV. Carmine exaratus deeſt ——

In fine Codicis legitur:

„ Iſte liber eſt de domo Vallis Viridis pro„ pe Pariſios. „

No.	P.	Seculi.
1.	Fol. Codex Membran. In fine legitur: Liber S. Dionyſii Rhemenſis.	XIII.

Papiae Gloſſarium, et compendium artis Grammaticae.

Grammatica compendiaria, quae Gloſſario Papiae, ſive, uti vulgo nomine fertur, vocabulario, annexa eſt, ejusdem Papiae auctoris inde conjicitur quod in Epilogo hujus operis auctor mentionem injecit compendii grammatici, quod tanquam longi operis coronam imponere decreverit. Haec enim ille, quae itidem in Edito Papiae gloſſario ad finem leguntur.

„ Si tamen adhuc ad ejusdem perfectionis „ cumulum ex totius artis grammatice utilita„ te valde neceſſarium et ex compendio quam „ poterimus breviſſimum appoſuerimus libel„ lum, ut cito quisque velit totum transcur„ rere poſſit etc.

Prae-

No. P. Seculi.

Praefatiuncula vero huic grammaticae praemiſſa, ſic incipit:

„Petiiſtis a me kariſſimi ex arte gramma„tica convenientes vobis regulas dari, aut com„poni. Sed quum multorum maximeque ip„ſius Priſciani habeamus auctoritatem, non „violentia mihi arrogo quod ab aliis inven„tum approbo. Ipſius igitur Priſciani diſpo„ſitionem ſummamque ſequens etc.

2. Fol. Codex Membran. Olim Bongarſii. XIV.

Papiae Gloſſarium, et compendium grammaticae.

Opus plane ſimile priori.

276. 4to Codex Membran. Olim Petri Danielis, dein Bongarſii. XIV.

In prima pagina haec leguntur:

„Iſte liber Papie et ſequens Ugutionis vel Ugutii ſunt ad uſum fratris Johannis de Guigni curia pro conventu — natenſi ſequitur hic titulus:

„Incipit Elementarium eruditiſſimi „Papiae ad filios Papiae vocabu„larium, in plerisque cum editis „congruens

Huic ſubjungitur.

Ugutionis, ſive Eugecionis Vocabularium.

In praefatione quae operi praemittitur, deprehenditur nomen et patria auctoris, nec non, de inſtituto operis, ubi haec leguntur:

„ Opus igitur divina favente gratia compo-
„ nere ſtatuimus, in quo pro aliis, ſive poſt
„ alios vocabulorum et ſignorum diſtinc-
„ tiones, dirivationum origines, Ethymolo-
„ giarum aſſignationes, interpretationum re-
„ perientur expoſitionis — ſi quis quaerat
„ operis hujus quis actor fuerit, dicendum eſt
„ quod ſit Deus; ſi quis quaerat hujus ope-
„ ris quis fuerit inſtrumentum, reſponden-
„ dum eſt quod patria Piſanus nomine *Ugu-*
„ *tio*, quaſi *Eugecio*, id eſt *bona terra*, non
„ tantum preſentibus ſed et futuris, vel *U-*
„ *gutio*, quaſi *Vigetio*, id eſt, virens terra etc.

Eandem praefationem du Cange in Praefatione Gloſſarii ſui medii aevi exhibuit, ubi Hugutionis vocabularium anecdotum in Bibliothecis ſervari ait; ubi de aetate autoris teſtimonium chronici Nonantulani MSS. affert, ad annum 1192:

„ Per haec tempora Agno Ugutio natione
„ Piſanus, Epiſcopus Ferrarienſis, qui datus
„ a ſede Apoſtolica Coadjutor Abbati Monaſ-
„ terii Nonantulani prodigo homini, ex libro
„ Papiae, qui illic eſt, librum derivationum
„ compoſuit.

Ultima praefationis verba haec ſunt:

„ Igitur S. Spiritus aſſiſtente gratia ut qui
„ omnium bonorum eſt diſtributor nobis verbo-
„ rum copiam auctim ſuppeditare dignetur, a
„ verbo *augmenti* noſtrae aſſertionis auſpicium
„ ſorciamur.

Sic vero incipit Vocabularium:

„ *Au-*

„ *Augeo , ges , xi , ctum , id eſt amplifica-*
„ *re , augmentum dare , et inde habetur auctor ,*
„ *id eſt augmentator , et debet ſcribi* cum u et
„ c , quando vero ſignificat autenticum , id
„ eſt , .auctoritatem , eſt Communis generis ,
„ et debet ſcribi ſine c , ut habetur auctor ,
„ et derivatur ab autenticum. Item inveni-
„ tur quoddam verbum defectivum , ſcilicet :
„ auieo , es , ligo , gas , et inde habetur auc-
„ tor , id eſt , ligator , ſimiliter communis ge-
„ neris , et ſine c ; etc.

Ad eandem vocem haec etiam leguntur :

„ Item ab augeo habetur auxeſis ,
„ id eſt augmentum , et hinc auc-
„ torium , id eſt id quod additur
„ rei menſuratae cum venditur , et
„ cibus qui menſae evacuatae ſu-
„ peradditur ; et hinc auxilla , id
„ eſt olla , vel ulna , id eſt menſu-
„ ra parum major quam juſta , unde
„ auxillula , lae , id eſt parva ol-
„ la , vel ulna , ——

„ Ab augeo habetur auguſtus quili-
„ bet Romanus Imperator , ab au-
„ gendo Imperium , unde et anto-
„ nomaſtice Octavianus dictus eſt
„ Octavianus Auguſtus quaſi ſuper
„ omnes alios auxit Romanum Im-
„ perium , et ab illo quidam men-
„ ſis dictus eſt Auguſtus , quod eo
„ menſe natus eſt , vel optinuit vic-
„ to-

„ toriam de Anthonio et Cleopatra, „ quando vero declinatur auguſtus, „ a, um, id eſt nobilis, et eſt „ compoſitum ab ave et guſto, quia „ ſolis nobilibus olim licebat guſ- „ tare aves, quando vero declina- „ tur ſecundum quartam declinatio- „ nem, hic auguſtus, tus, tui, eſt „ quaedam ſpecies divinationis quae „ fiebat in guſtu avium. Solebant „ enim ſpargere eſcam gallinis et „ in guſtu et captione illius eſcae „ capiebant augurium quod dicitur „ auguſtus. Et ab auguſtus ſe- „ cundum primam ſignificationem „ dicta eſt auguſtea, id eſt charta „ quae ab auguſto mittitur, vel „ quoddam genus chartae ſic dic- „ tum in honorem illius, ſicut au- „ guſteum dicitur genus marmoris „ in Egypto tempore Auguſti prius „ inventi; ſicut Tiberinum dicitur „ aliud genus marmoris tempore Ti- „ berii prius inventi.

In voce Aula haec reperiuntur:

„ Aula, ae, eſt domus regia, „ unde habetur aulula, lae, et hinc „ auleum, ei, id eſt cortina quod

„ in

„ in aula Athali Regis Pergameo-
„ rum primo fuit inventum;
„ vel ideo quod in aula extendi
„ ſolet. Item aula, compoſitum,
„ proaula, eſt locus ante aulam, unde
„ in paſſione B. Thomae Apoſtoli,
„ pro aulam ſ. diſponam. Item
„ aula dicitur quoddam ſcrinium
„ in quo res ponitur. Unde Plau-
„ tus in aulularia, quadribilem au-
„ lam auro honuſtam ego habeo.

„ Item aule, graece, latine di-
„ citur cannula, vel tibia, unde
„ hic aules, lis, et hic auledus,
„ qui cum canula cantat in choro:
„ ſive tibicen, et compoſitum ha-
„ betur, coraules, lis, et inde aule
„ dicuntur fiſtulae organorum, per
„ quas elicitur melodia, unde auli-
„ dus, a, um, dulcis, ad inſtar ſo-
„ ni organi. Unde Marcianus Ca-
„ pella: aulideque dulcedine can-
„ tus intonuit. Item aula, com-
„ ponitur cum ad, et dicitur a-
„ dulor, aris, verbum deponens, id
„ eſt aſſentiendo blandiri, quod ſo-
„ lent facere maxime aulici, vel eſt
„ compoſitum ex a, et dulos, quod
„ eſt

„ eſt ſervitus, quod ſervorum ſit
„ adulari.

Ad verbum amo, haec legimus:

„ Ab amo, habetur amor, unde
„ amoroſus, a, um, — ab amo
„ amabundus, et hinc amita, ſo-
„ ror matris, et compoſitum ha-
„ bet abamita ſoror avi, unde a-
„ mitinus, filius amitae, et hinc
„ amia id eſt avis ſecundum Iſido-
„ rum quia multum amat, quae et
„ ſtrix dicitur a ſtridendo et eſt a-
„ vis nocturna ab amando pullos
„ dicta, et lac praebere fertur.
„ Item amans participium compo-
„ nitur cum dryas quod eſt arbor
„ et dicitur hinc amadrias, dis, et
„ ſunt amadriadas deae arborum,
„ quaſi amantes driades. A com-
„ ponitur cum poli, quod ſignifi-
„ cat plura, et fit hinc Polida-
„ mas, id eſt multi cuba, et mul-
„ tigamus, qui multas habet uxo-
„ res, ſicut fuit Nero, qui dictus eſt
„ Polidamas, nam dicitur vir fuiſ-
„ ſe omnium mulierum, et mulier
„ omnium virorum. Unde Perſius:
„ ne

„ ne mihi Polidamas et Trojades
„ Labeonem, praetulerint.

In Littera I. de voce *Ile*, vel *Hyle*, haec leguntur:

„Ile, ès, interpretatur ſylva, et
„eſt dicta ſic primordialis materia
„quam quidam vocaverunt ſilvam,
„quidam poſſibilitatem, quidam
„receptaculum omnium forma-
„rum, quidam inter aliquid et ni-
„hil, quidam inter animam et —
„quidam corpus incorporeum,
„et aliis nominibus ab hiis philo-
„ſophi vocarunt. — Si quis quae-
„rat utrum ſit aliquid vel nihil,
„non concedimus, ſed inter ali-
„quid et nihil; de hac dicit Calci-
„dius ſuper Platonem: Sicut nil
„videndo tenebras videmus, et
„nil audiendo audimus ſilentium,
„ſic nil intelligendo intelligimus
„ylen.—Ab yle, yleus dictus eſt qui-
„dam gigas, propter magnitudinem
„et confuſionem elementorum et
„hinc elementum quaſi ylemen-
„tum, quod Deus primo ex nihilo
„creavit ylem, ex yle fecit elementa,
„etc. vel dicitur elementum quaſi eli-
„ci-

No. P. Seculi.

„ cimentum, quia omnia ex ele-
„ mentis ſunt elicita.

Ex his ſatis patebit, Hugutionem noſtrum veſtigia Papiae ſequi, ita tamen ut ſit prolixior, et praeſertim circa derivationes vocum:

Foliis 237. iſte continetur, ſed multis abbreviationibus vocum ſcriptus; Papias vero, qui ſine abbreviationibus, Foliis 260.

208. Fol. Codex Membran. Olim Bongarſii. XIII.

Pauli Diaconi Hiſtoria Langobardorum.

257. Fol. Codex Membran. Olim Bongarſii. X.

Perſii Satirae.

Mutilus eſt Codex a Satirae I. verſu 95. uſque ad Satirae II. verſ. 48. Addita ab initio ſcholia Cornuti, ad marginem, ſed rariora, nec per totum Codicem continuata.

542. 4to Codex Membran. X.

Perſii Satirae.

Mutilus eſt Codex, deſunt nempe Satira prima et Satirae ſecundae verſus 45. uſque ad haec.

„ Da pecus et gregibus foetum, quo peſſime pacto etc.

Sati-

No.	P.	Secul.

Satira 3. et 4. continuatae, et pro una, nempe pro quarta, hic habentur. Quae vero in editis quinta eſt, hic quarta inſcribitur, ſexta, quinta numeratur.

In fine hic verſus legitur:

„ Explicit intortus per totum Perſius orbem. „

648. Codex Membran. XIII.

Perſii Satirae cum ſcholiis marginalibus.

539. 4to Codex Membran. Olim Petri Danielis. XI.

Perſii Satirae.

Codex mutilus; deſunt nempe Satirae I. verſus, 104. uſque ad hunc:

„ Hoc natat in labris et in udo eſt maenas et *attis.*

„ Inſeruntur quaedam ex Scholiis Cornuti, ſed pauca.

In eodem Codice.

Perſii Satirae VI. Fragmentum, a verſu 10. ad verſum 59.

Hoc ſeculi IX. videtur, addita pauca Cornuti ſcholia.

539. 4to Codex Chartac. XV.

Perſii Satirae.

No.	*P.*	*Seculi.*
223.	Fol. Codex Chartac.	*XV.*

In Perſium Commentarius ſ. Scholia Annaei Cornuti.

665.	8vo Codex Membran.	*XI.*

In Perſium Scholia Cornuti.

Mutilus Codex, et deſinit ad verſum 74. Satirae III.

357.	4to MSS. Codex Membran. Bongarſianus.	*X.*

Titulus hic eſt:

Petronii Arbitri Satiricon.

Hunc Codicem cum Editione P. Burmanni Traj. ad Rhen. 1709. contulimus; et ſequentes diſcrepantias obſervavimus.

Cap. 1. In Peſtilentia *nos* in Peſtilentiam

Cap. 2. In Culina, -- in coria.

Alii Codices, citante Burmanno, habent *in Curia.*

Primi omnium, -- primi omnem.

Acceſſiſſe video, -- acceſſiſſe, et ideo.

Et ut ita, -- et velut ita.

Simul-

No. *P.* *Seculi.*

Simulque corruptae eloquentiae, *nos* ſemelque corrupta eloquentiae.

Obtinuit, – ommutuit.

Thucydidis, -- Thucidides.

Cap. 3. Porticu, – Portico.

Minimum, – Nimirum.

Coenas, – Cena divitum captant, nihil prius.

Heic in Codice noſtro ab iſtis verbis omnia deficiunt uſque ad illos verſus *Phoebo pulchrior*, *et ſorore Phoebi* quae in medio Capite 109. exſtant.

At nunc levior aere, *vel rotundo* iſte verſus ut et ille *Ridentes fugis*, *et puellas* in Codice noſtro deſunt.

Cap. 110. Lineamenta, – Liniamenta.

Ego, *etiamſi repoſitum* etc. uſque ad illa verba *Caeterum Eumolpus*, in Codice noſtro deſunt.

Cap. 111. Sparſis proſequi crinibus, – paſſis.

Lacrimas commodabat, – commendabat.

No. P. Seculi.

Quoties, *nos* Quotienſcunque.

Solum illud, — Et ſolum.

Corpora detraheret, — Corpus.

Eumdem exitum eſſe ſed et idem, — Eandem.

(ſuperius ſcriptum *eundem*) *eſſe ſed eidem.*

Nec receſſit, — Non receſſit.

Commovere, — Ammonere.

Cap. 112. Tentare plerumque ſoleat, — Plerumque ſoleat temptare.

Corporis abſtinuit, — Corporis mulier abſtinuit.

Ut ſi quis, — Ut quisque.

Cruciarii unius, — Unius crucaria.

Modo illa perituro, — Modo perituram,

(ſuperius *periturum*) *locum.*

Nec iſtud, inquit, dii ſinant, — Nec iſtud deſinant.

Ex arca,,

deeſt in noſtro Codice.

Cap.

No. *P.* *Seculi.*

Cap. 113. Edile, *nos* Hedile.

Praeoccupaverat, -- Occupaverat.

Spoliatum crinibus vultum.

Deſunt heic, ſine ulla diſtinctionis nota ea quae ab his verbis uſque ad initium cap. 118. in Editis occurrunt.

Cap. 118. Teneriorem verborum, -- teneriore verbo rem,

(ſuperius *verborum.*)

Vanitatem, -- Sanitatem.

Concipere, -- Conſpici,

Orationis, -- Rationis.

Viſam, -- Verſum.

Cap. 119. Trita, -- Treita.

Æs Pyreum, -- Æs epyre.

An reo, -- Auro.

Ammon, -- Hammo.

Exſectaque, -- Exactaque.

Mobilis, -- Nobilis.

No.	P.	Seculi.

Ponitur, ac maculis imitatur vilibus aurum,

Citrea menſa; greges ſervorum, oſtrumque renidens.

Quae turbant lenſum hoſtile.

Nos Menſa greges ſervorum oſtrumque renidens.

Ponitur ac maculis imitatur vilibus aurum,

Quae ſenſum trahant ho ſterile -

Exſtruit, *nos* Eſurit.

Inque lucrinis, -- Atque lucrinis.

Victus,

ſic et nos; ſupra vero ſcriptum eſt

Vinctus.

Dedecus eſt, -- Dedecoris.

Ingluvies, -- Inluvies.

Intra membra, -- Infra membra.

Excita, -- Exciſa.

No.	*P.*	*Seculi.*
Cap. 120.	Honores, *nos* Honore.	
	Exciſo, -- Exceiſo.	
	Furit, -- Virit.	
	Ager, -- Aër.	
	Ecquid, --'Ecquod.	
	Varius lapis, -- Vanus.	
	Jubentur, -- Fatentur.	
	Nutritas, -- Nutritā.	
Cap. 121.	Vota mihi, -- Vota tibi.	
	Cedunt, -- Cedent.	
	Leviorve, -- Leviorque.	
	Deſtruat, -- Deſtruet.	
	Luxum, -- Luxu.	
	Strictos morte, -- Stratos.	
	Cloſtra, -- Clauſtra.	
	Arceſſe, -- Accerſe.	
Cap. 122.	Vultus, -- Vultum.	
	Lapſis, -- Laſſis.	

No. | P. | Secnſ.

Mortem, *nos* Marte.

Sideribus trinis acta ciet: jamque Ætna voratur, -- Sideribus tremifacta cia etiamque aeterna.

Fulmina, -- Flumina.

Incendia, -- Incedia.

Repens, -- Recens.

Manſueſcunt radii, -- Manſueſcit radiis.

Rigens, -- Riget.

Tu, -- Eu.

Arceſſere, -- Accerſere.

Latior, -- Laetior.

Cap. 123. Ominibus, -- Hominibus.

Greſſus prior occupat auſu, -- Greſſu prior occupat hauſtus.

Vitaque mox ſtabant, fluctus ſtupuere pruina, -- Stabant vincta fluctus ſtupere pruina.

Paſſim turmaeque, virique, -- Pariter turmaeque jurique.

Flu-

No. P. Seculi.

Flumine, *nos* Flamine.

Rupto, — Rupti.

Ac tumida, — Aut tumida.

Unda, — Umbra.

Pennis, — Pinnis.

Atque haec, — Hoc.

Et Patriae eſt pontus, et jam timor, — Et Patria pontus jam tutior.

Jubentibus actus, — Uti.

Manu trepida, — Pavida.

Metuit, — Timuit.

Cap. 124. Furentes, — Furentis.

Relicto, — Relicti.

Magnum, — Magnaque.

Lumina, — Flumina.

Ærati, — Irati.

Epidauria, — Epidamni nomina.

Theſſaliaeque, — Theſſalicosque.

Crotona, — Cratona.

Qui ſtatim opes; haec et quae ſequuntur uſque ad illa, *procedentibus deinde longius*

No. P. *Seculi.*

in Codice noſtro ſine ulla diſtinctionis nota deſunt.

Cap. 126. Procedentibus deinde longius logis, rogavi *nos* Procedentibus deinde longius rogavi.

Duceret dominam, — Perduceret.

Daphnona, Daphona.

Laeterique applicat meo, — Laterique meo applicat.

Malarum ſcripturam, — Scripturarum.

Praxiteles, — Praxatiles.

Projectis armis, — Prolectis.

Danaë, — Damna.

Calore, — Colore.

Cap. 127. Expertam, — Expartem.

Quaerere, — Inquirere.

Tu tamen, — Tantum.

Cognoſcere, adgnoſce.

Sonus pertentabat äera, — pertempta-

No. .P. *Seculi.*

temptatum mulcebat aëra.

Inter auras canere, *nos* aures.

Mundi currum, -- Curſum.

Habeo tamen, -- Habebo.

Imo etiam, -- imo jam.

Concoepit pectore, -- coepit.

Clinavit in herbas, -- clamavit.

Cap. 128. *Quid eſt, inquit, numquid etc.*

Hacc in Codice noſtro ſine diſtinctionis nota deſunt uſque ad illos verſus hujus capitis quorum initium eſt *Nocte ſoporifera.*

Itaque hoc nomine tibi gratias ago etc.

Haec in Codice noſtro deſunt uſque ad illa verba cap. 129. *Cubiculum autem meum etc.*

Cap. 129.

Intravit Chryſis, -- Chryſis intravit.

Si Libidinoſa,

Heic in Codice noſtro interponitur: CIRCE POLYENO SALVTEM.

Sine nervis poſſe ire, -- Sine nervis homines ambulare poſſe.

Cap. 130.

No.	P.	Seculi.

Cap. 130. Habes, inquam, confitentem, *nos* Habes confitentem.

Id tantum memento, — Illud. unum.

Anteceſſerit, — Anteceſſit.

Tamquam major, — Tamquam jam major.

Vale.

Deeſt in Codice noſtro.

Dimiſſa cum ejusmodi etc.

Haec in Codice noſtro deſunt uſque ad illos verſus Cap. 131. *Nobilis aeſtivas etc.*

Cap. 131.

Et circum tonſae trepidanti vertice pinus,

Hic verſus in Codice noſtro poſtponitur illi qui incipit *Et Baccis etc.*

Verſabat rore, — vexabat.

Sylveſter Aëdon — Silveſter isdon.

Sua rura, — Sua ſura.

Sic etiam citante Burmanno habet Codex Auti-

No.	P.	Secuſ.

Antiſiod. qui cum noſtro plerumque conve-nire videtur.

Myrtoque *nos* Myrtaque.

Quod hodie, -- Equid hodie.

Cap. 132. Ipſa corporis pulchritudine etc.

Haec et quae ſequuntur uſque ad illa verba:

Quod ſolum igitur ſalvo pu-dore etc.

in Codice noſtro deſunt.

Confingere, -- Contingere.

Simulare coepi, -- Simulavi.

Coliculi tepente, -- Colicoli repente.

Nec nominare, -- Ne nominare.

Ut traduceres annos, etc.

Haec et quae ſequuntur uſque ad illos ver-ſus: *Illa ſolo fixos etc.* In Codice noſtro de-ſunt.

Incepto vultus, -- vultum.

Et quidem tragici etc.

Haec et quae ſequuntur uſque ad illos ver-ſus: *Quid me ſpectatis constricta* in Codice noſtro

No. P. *Seculi.*

noſtro deſunt; verſus vero iſti ſic leguntur: *Quid me conſtricta ſpectatis.*

Quis concubitus, *nos* Quia.

Quid vetat, -- Quis petat.

Juſſit, -- Luſit,

quod accedit ad eorum opinionem qui *luſit* ex conjectura heic poſuerunt.

Et hanc vitam dixit habere Deos, -- Et hoc vitam dixit habere telos.

Nihil eſt hominum inepta perſuaſione falſius, nec ficta ſeveritate ineptius.

Haec in Codice noſtro deſunt.

Cap. 133. Conceptisque - verbis, -- conceptiſſimis - verbis.

Utut res haberet ſpem vultu ſimulavi,

Haec in Codice noſtro deſunt.

Veſtifluus, -- Semper flavius.

Codex Autiſiod. qui cum noſtro congruere videtur, citante Burmanno, heic legit *ſemper fluvius*, quae lectiones videntur ducere ad *ſeptifluus* quod habent ſcripti; de Nilo intelligendum.

O Bac-

No. *P.* *Seculi.*

O Bacchi, *nos* Et Bacchi.

Et timidas admitte preces, non ſanguine triſti, -- Et timidus non ſanguine triſti admittere preces.

Rebus egenus, -- egenis.

Adtritis, -- Attritus.

Inops, minor eſt reus, -- Inops eſt minor reus.

Pecoris, -- Docoris.

Foetus, -- Feſtus.

Atraque veſte -- nigraque.

Cuncta timentem.

Haec et quae ſequuntur uſque ad illa verba Cap. 134. *Ac me iterum in cellam etc.* In Codice noſtro deſunt.

Cap. 134.

Super lectum, -- Supra lectum.

Verberantis impetum, -- impetum verberantis.

O Enothea, -- Oënothea, quod pluribus placet, et ſic ſemper habet Codex noſter in ſequentibus.

Num-

Numquam tu — Inguina habet,

Deſunt haec in Codice noſtro.

His auditis Enothea,

Haec et quae ſequuntur uſque ad verſus, *Quidquid in orbe etc.* In Codice noſtro deſunt.

Scopulis, — Scopulique.

Fluctus, — Fluctum.

Equos, quos.

Cap. 135. Imperio para te: deterſiſque curioſe manibus etc.

Heic in Codice noſtro, ut et in aliis, citante Burmanno haec habentur: *Imperio para te: mox incincta quadrato pallio cucumam ingentem foco adpoſuit. Deterſiſque curioſe manibus inclinavit ſe in lectulum, ac me ſemel iterumque baſiavit, ſimulque pannum de carnario detulit furca, in quo faba erat ad uſum repoſita. Ut ſolvit ergo licio etc.*

Perite ſpoliat, — Pariter.

Mirabile, — Mirabare.

Fames edocuit,

Deeſt in noſtro Codice.

Calcato radiabat, — radiabat calcato.

Actu, — haſtu.

Sic alii citante Burmanno *haſta* et *aſtu*.

Mollis

No.	P.	Seculi.

Molliſ ſciſſae lacus, *nos* molli ſtillae latus.

Viminiae, – Ulminiae.

Nummerabat. – Munerabat.

Sorba, – Sorva:

Heic Burmannus habet: *MSS. Bongarſianus Sorva*, unde patet hunc Codicem, cum illo Burmanni Autiſſiod. quamvis in multis conveniant, non tamen eundem eſſe; hinc porro patet quasdam Codicis noſtri lectiones cum Burmanno fuiſſe communicatas, ſed pauciſſimas, nam non frequenter cum citatum deprehendimus.

Thymbrae, – Ymbrae.

Ut Autiſiod.

Baccincas, – Bachineas.

Cap. 136. Dum illa, – Tum.

Cucumae, – Cucumulae.

Modo convaleſcentem, – Convaleſcentem reſtinguit, atque totam faciem etc.

Statimque ne res – cucurrit.

Deſunt.

Vix ad caſae – foedoque, ac veluti etc.

No.	P.	Seculi.

Haec in Codice noſtro ſic exſtant: *Itaque ad caſae hoſtiolum proceſſi, et ecce anſeres ſacri impetum in me faciunt; foedoque ac veluti etc.*

Viſa ſuas moto etc.

Uſque ad illa verba *anſerem obtuli etc.* in Codice noſtro deſunt.

Anſerem obtuli, quem anus cum vidit, -- Cum protuli anſerem, anus ut vidit.

Putares, Putares iterum.

Cap. 137. Etiam loqueris, -- Et loqueris.

Haec ait et tremulo, -- Quisquis habet nummos.

Deſunt.

Paret non paret habeto, -- Parret non parret habento.

Et veniet clauſum poſſidet arca jovem.

Cetera deſiderantur.

681. 8vo Codex Membran. XIII.

Platonis Timaeus a Chalcidio verſus latine, praemiſſa ejusdem Praefatione.

579. 4to

No.	P.	Secul.

579. 4to Codex Chartac. XV.

Platonis Eutyphro graece.

593. 4to Codex Membran, XV.

Platonis Epiſtolae, latine.

1. Platonis ad Hipparinum ceteroſque Principes Syracuſas tenentes.

2. Ad Syracuſanos et ſocios.

3. Ad Architam Tarentinum.

4. Ad Ariſtodorum.

5. Ad Amintam.

6. Ad Architam Tarentinum.

194. Fol. Codex Chartac. Florentiae ex Bibliotheca S. Spiritus. XVI.

Plato de Republica, ſ. de Juſtitia; per Ubertum Decembrem Emanuelis Criſolorae diſcipulum traductus.

387. 4to Codex Membran. Olim Bongarſii. XIV.

Plauti Comediae octo; ſc. Amphytruo, Aſinaria, Aulularia, Captivi, Curculio, (ſcribitur hic Gurgulio) Ciſtellaria, Epidicus.

Tituli Comoediarum, nomina perſonarum, et Litterae initiales rubro colore, et aliis coloribus, item auro pictae ſunt.

In fine Epidici haec leguntur:

No.	P.	Seculi.

Plauti Aſinii Poetae clariſſimi explicit Comedia VIII. et ultima.

Notandum, Codicem Bibl. Reg. Pariſi No. 7888. easdem, quas noſter, continere octo Comoedias Plauti; illum vero ſub No. 7889. qui viginti Comoedias continet eſſe ſequioris aevi, nempe XV. ſeculi.

In fine noſtri additi ſunt verſus Volcatii de Poetis Comicis, ex A. Gellii Libro XV. cap. 14.

52. Fol. Codex Chartac. Hoc Titulo: XV.

Plauti Aſinii Poetae clariſſimi Comoediae.

Sunt eaedem octo, quae in praecedenti Codice extant, additi iidem verſus Volcatii, et eadem inſcriptio quae priori Codice.

Subjunctae ſunt. Comediae duae proſa oratione ſcriptae incerti auctoris: Harum prior ſine titulo, cujus argumentum hoc praemittitur:

„Philogeniam cum amaret Epiſebus perdite ſuaſu et precibus „eam noctu tandem abduxit domo, et clam parentibus. Cumque quaererentur urbe tota ad Eufonium traducta eſt, porro ad alium ut lateret. Hoc ubi vidit „Epiſebus Philogeniam apud ſe „eſſe non poſſe diutius, hanc pro „virgine Gobio dat uxorem aſtu

„ſuo

„ ſuo et Serviae lenae figmentis.
„ Itaque despondetur Philogenia
„ et Gobius ea potitur uxore.

Scena 1. ſic incipit:

Epiſebus. Nichomus.

Epiſeb. „ Vere hoc poſſum dicere „ mi Nichomi, in amore me per„ ditum et miſerum atque omnem „ etatem meam contriviſſe dum „ amori operam dedi, atque uno „ verbo expediam, amavi fruſtra, „ dii boni, tanta ne duritia affectam „ quanquam, ut amori non reſpon„ deat. Id profecto vitium. In„ grati viri genus tamquam perni„ cioſum legibus Perſarum graviſſi„ mis merito plecti ſolent. Etenim a„ pud eos exploratiſſimum eſt, „ quem alteri debere non ſuppu„ duerit, omnibus in rebus boni „ viri ſemper officium relinquere. „ Sed ſeverius et durius me hercu„ le pena affici debent qui ſinceri „ amoris, quam qui pecuniae de„ bitores effecti ſunt, ſi nihil ve„ reantur debitores naturae agnoſce„ re quod debeant etc.

Ridicula omnino eſt fabula et recentioris ſcriptoris. Miſcentur gentilia chriſtianis. Philogenia illa anteqnam nubat, confeſſione purgatur. Sacerdos, qui *Prodigus* vocatur, intrat, quem ſic Philogenia alloquitur:

„ Salve Pontifex vota deorum ob-
„ ſervans et diſtribuens. Adſum
„ hic tibi ex animo tamen in con-
„ ſulta prava peccatrix.

„ Prodigus. Principi Deo flectas ge-
„ nua Philogenia, diis eris accep-
„ tiſſima, ſi te peccaſſe peniteat.
„ Philog. Certe penitet. Prodig.
„ Is rectus modus vivendi eſt, velle
„ ſe diis expurgare. Primum re-
„ ſponde, eſt ne animus tibi in
„ eandem vitam item denuo re-
„ cadere? Philog. Non profecto.
„ Prodig. Probe dicis. Credin' tu
„ mandatis ſummi Pontificis? Phi-
„ log. Credo. Prodig. Et Chriſtia-
„ nae ſectae fidem univerſam ap-
„ probas? Philog. Id quidem ap-
„ probo. Prodig. Optime reſpon-
„ des. Re atque verbis quantum
„ quiſti, fuit ne apud te miſeri-
„ cordiae locus? Philogen Fuit.
„ Prodig. Contempſiſti unquam?
„ Philog. Nunquam. Prodig. Equa-
„ libus

„ libus adverſa? Philog. Nemini.
„ Prodig. Egentibus ſubveniſti ubi,
„ quando, et quid oporteret?
„ Philog. Subveni. Prodig. Avaritiae
„ criminari ne te quisquam poteſt,
„ nam id mulierum nimis natura-
„ le eſt Philog. Non, prodigi,
„ nec unquam habui. Itaque te-
„ nax aut parca nihil eſſe potui.
„ Prodig. Mirum hoc profecto et
„ placet; ſed hactenus nullum pec-
„ candi genus in te fuiſſe com-
„ perio. Veneri autem quantum
„ indulxiſti? Philog. Hei mihi,
„ heu, heu. Prodig. Cohibe la-
„ crimas, nec vereare. Rem aperte
„ fare. Si quid peccati erit à no-
„ bis delebitur. Philog. Mi pater,
„ plurimi copiam mei turpiter ha-
„ buere. Prodig. Et id ne factum
„ eſt voluntate tua? Philog. Iſtuc
„ quidem minime. Sed blanditiis
„ calidis capta ſum atque domo
„ abducta ſum miſera nimium ut
„ ſumus credulae omnes adoleſcen-
„ tulae, quare oportuit me multo-
„ rum libidini inſervire. Prodig.
„ Id ergo peccatum non eſt, nam
„ omnis actio ut virtuoſa vel vitio-

„ ſa dici poſſit, voluntaria ſit opor-
„ tet, quamobrem ſi minime ad id
„ turpitudinis te voluntas ſed ne-
„ ceſſitas impulit te inocentem eſſe
„ dico. Philog. Ego igitur diis
„ gratias habeo ſi ſemel abſque no-
„ xa libidinem meam explevi.

Altera ſequitur, hoc titulo Comedia.

Lepidi Comici Philodoxios Fabula premiſſa Lepidi Praefatione.

Argumentum quod praemittitur tale eſt:

„ Philodoxius aduleſcens Dexiam
„ romanam civem amat, eſtque illi
„ fide optima et amicitia conjunc-
„ tus Frontiſis, qui cum Ennia con-
„ ſilia congerat. Dat operam
„ Frontiſis amici cauſa Ditonum
„ amatae coadvicinum benevolen-
„ tia ſibi ut advinciat plurimum
„ functoque officio Ditonus fidem
„ praeſtat ei defuturum nunquam.
„ Dempta vero fide ab his cauta
„ aſtutia res omnis agitur quae ad
„ amorem ſit. Poſt interim For-
„ tunius Potentionis ſuaſu hanc
„ Dexiam cupere cum occeperit da-
„ tis legatis acceptoque repudio
„ abnegat omnis hymeneos, quin
„ vel

„ vel potius vi edes ſubiit, Fimi-
„ amque Dexiae ſororem unicam
„ vitiat. Tandem Minimae ductu
„ ejuſque reperto viro Frontiſi
„ — ita perfectum eſt ut ſedatis om-
„ nibus hanc compreſſam hic tene-
„ at, hanc amatam alter capiat.

Hanc Philodoxion fabulam ab Aldo Manucio ſub Lepidi nomine editam Lucae 1583. eſſe Leonis Babtiſtae Alberti ſeculi XV. ſcriptoris narrat Fabritius Bibl. Latin. Tom. I. pag. 672.

Illa vero prior quam modo recenſuimus, eundem forſan auctorem habet.

136. Fol. Codex Membran. XII.

C. Plinii Epiſtolarum Libri IV. priores, cum Epiſtolis VI. Libri V.

642. 8vo Codex Chartac. XVI.

Plutarchi opuscula Philoſophica quatuor, graece.

Pag. 1-9. Animi an corporis affectiones ſint pejores.

- 9-23. De vitando aere alieno.

- 23-45. Aquane an ignis ſit utilior.

No. P. *Seculi.*

Pag. 45-75. Bruta animalia ratione uti. Hoc titulo:

περὶ τȣ͂ τὰ ἄλογα ζῶα λόγω χρῆσθαι.

297. 4to Codex Chartac. *XVI.*

Plutarchi opuſculum graece; hoc titulo:

πῶν ἄν τίς διακρινειε τὸν κόλακα τȣ͂ φίλȣ;

ſive, de diſtinguendo adulatore ab amico.

In margine adſcriptae ſunt variae lectiones a manu haud indocta.

579. 4to Codex Chartac. *XV.*

Plutarchi opuſcula, graece.

1. Non eſſe expetendam multitudinem amicorum.

2. De Fortuna.

Eodem Codice.

Plutarchus de cepienda ex hoſtibus utilitate, graece.

Poemata anonymi, vide Tyronis notas.

12. Fol. Codex Membran. *IX.*

Publii Optatiani Porfyrii Panegyricus

No. P. *Seculi.*

cus dictus Conſtantino Auguſto; cui ſubnexa ſunt carmina, nempe Ara Pythia, et Fiſtula.

Haec omnia edita ſunt cum aliis carminibus quae in hoc Codice exſtant, cum Publio Optatiano Porphyrio ex Cod. Velſeri. Auguſt. 1590. Sunt inter hos noſtri Codicis verſus Alcuini, verſus Joſephi Abbatis Scotti, verſus Teudulfi Epiſcopi.

109. Fol. Codex Membran. Olim Bongarſii. *IX.*

Priſciani Grammatici Libri XVIII.

In fine Libri XVII. haec litteris majuſculis adſcripta exſtant:

„Artis Priſciani V. D. grammatici Caeſarienſis doctoris urbis Romae Conſtantinopolitanae Lib. XVII. de conſtructione explicit feliciter. Fl. Theodorus Dioniſii V. D. memoriae Sacri Scrinii Epiſtolarum et adjutor magni viri Quaeſtoris Sacri Palatii ſcripſi manu mea in urbe Roma Conſtantinopoli III. Kal. Jun. Mavortio V. CL. Conſule imperantibus Juſtino et Juſtiniano.

Huic ſimilem inſcriptionem Codici Priſciani, qui in Bibliotheca Joannea Hamburgi exſtat, ineſſe teſtatur Fabritius Bibl. Latin. Tom. I. pag. 784. Patet, ex vetuſto Theodori Codice

Codice ceteros deſcriptos, eandem inſcriptionem ſervaſſe. In variis noſtri Codicis paginis adſcriptum eſt a manu veteri: *Liber S. Baſoli.* Addidit Bongarſius: Hic eſt S. Baſolus de quo in Epiſtolis Abbonis. Conſtat S. Baſolum vixiſſe in Gallia et circa annum 569. defunctum; cujus memoriae ſacratum fuit poſtea Coenobium prope Rhemos, ſub ejusdem S. Baſoli nomine. Ad hoc Coenobium noſter Codex pertinuiſſe videtur(*). Bongarſius forſitan de aetate Codicis dubitans videtur ipſi S. Baſolo hunc Codicem tribuiſſe; ſed hoc a ratione ſcripturae, quae recentioris aevi videtur, alienum eſt. In aliis paginis ejusdem Codicis tamen legitur. Liber S. Baſoli confeſſoris Chriſti; quod iterum nos de Coenobio S. Baſoli intelligendum cenſemus. Graeca multa Priſciani loca, in noſtro Codice obmittuntur.

(*) NOTA: *De Schola ejusdem Coenobii, quod olim Verzy dictum, et de S. Baſolo ejusque in litteris profectibus, vide Hiſtoire Litteraire de la France, Tom. III. pag.* 440.

339. 4to Codex Membran. XII.

Priſciani Grammatica.

Incipit a libri primi capite illo ubi de Litteris agitur, his verbis: „ Quomodo „ nec antecedente niſi ſit muta ante li- „ quidam „ deſinit in Libr. XVI. cap. de conjunctione, his verbis; „ hic enim, „ ne, conjunctio, nec interrogativa nec „ dubitativa, ſed confirmativa. „

397. 4to

No. P. Seculi.

397 4to Codex Membran. XIII.

Priſciani Liber XVII. et XVIII.

Codex mutilus, deſinit in capitae, quod in Putſchii editione inſcribitur ſic: „ Quae genera vel ſignificationes verborum, quibus „ caſibus conſtruuntur„ pag. 1158. editionis laudatae. Ad initium Libri XVIII. adſcriptum; Hic incipit Liber ſecundus „.

326. 4to Codex Membran. Olim Bongarſii. XIV.

Priſciani Grammatici Prologus, et Libri I. Fragmentum;

Sequuntur a manu diverſa:

Gloſſae in Priſciani Librum XVII. et XVIII. qui de conſtructione agunt.

Initio adſcriptum: „ Gloſſae Priſciani Parvi„.

Sequuntur a manu diverſa, nempe ſeculi. XI.

Priſciani Liber XVII. et XVIII.

Tandem Codicem claudunt:

Gloſſae in Priſciani Librum primum et ſecundum.

Sed mutilae.

Notandum, olim libros Priſciani XVII. et XVIII. ſeparatim a reliquis libris habitos, et

No.	P.	Seculi.

et pro integro et ſingulari opere cenſeri ſolitos, videri.

527. 4to Codex Chartac. *XVI.*

Propertii Carminum Fragmentum.

288. Fol. Codex Chartac. *XIV.*

Ad calcem Lexici Damaſceni de quo ſupra: a Folio 273. ad 278.

Michaelis Pſelli Stichi politici de grammatica, graece.

Hoc opus Pſelli anecdotum commemorat Leo Allatius in Diatriba de Pſellis, quae exſtat in Fabricii Bibliotheca graeca. Titulus in noſtro Codice hic eſt:

„ τοῦ Μακαριωτάτȣ ὑπερτίμου προέ-
„ δρȣ τῶν φιλοσόφων — μιχαὴλ τοῦ
„ ψελλοῦ ςίχοι πολιτικοὶ πρὸς τὸν βα-
„ σιλέα κύριν κωνςαντῖνον τὸν Μονομά-
„ χον περι τῆς γραμματικῆς.

Opus ipſum ſic incipit:

„ Μελέτω σοι γραμματικῆς καὶ τῆς
„ ὀρθογραφιας

„ Πρῶτον αὐτὴ θεμέλιος καὶ βάσις
„ μαθημάτων

„ Ονη

No.	P.	Seculi.

„ Ουκ ἔςι δὲ μονοτροπος ὀυδὲ κοινὴ καὶ
„ μια.

„ Αλλ᾽ ἔχει γλῶσσας καὶ φώνας καὶ
„ πέντε διαλέκτους

„ Αιωλικήν, ἰωνικὴν, ἀτθίδα καὶ δω-
„ ρίδα

„ Καὶ τὴν συνήθη καὶ κοινὴν καὶ κατη-
„ μαζευμένην. etc.

Opuſculo finem imponunt verſus de ſignificatione quarundam vocum, ordine alphabetico, ultimi tales.

„ Φλαγμὸς ἐςὶν ἡ φλεγμονὴ, χελύ-
„ σειν δὲ τὸ δήσειν

„ τινὲς δὲ καὶ τὴν πύρωσιν ὀνομαζέσι-
„ φλέγμα

„ χρόνια δὲ αλγήματα τὰ κέδμα-
„ τα τυχχάνει

„ σπάδωνη δὲ τὰ σπάσματα, πάθος
„ δε τὶ χυόνην

„ Ἀλλα τὲ πλεῖςα πέφυκε ὀνόματα
„ σκυτᾶια.

„ Αλλ᾽

„ Ἀλλ᾽ ἀποχρῶντα πέφυκε καὶ ταῦ-
„ τα ϛεφηφόρε

„ χελιδὼν τὸ πατημα τὸ κατω τῆς
„ εἰσόδου

„ ψαίρειν τό ψεύειν καὶ κινεῖν ψε-
„ φαῖον το σκοτῶδες

„ ὁ δὲ ἀγκὼν ὁ λέκρανος ὡραῖος ὁ
„ ἀκμαῖος

„ Ἀλφίτα δὲ πρωκόνια τὰ ἐκ κριθῶν
„ ἀφρικτων

Vox quae hic χελιδωις legitur, apud Suidam χελωνις habetur, et interpretatur: ὀδὸς τῆς θύρας.

351. 4to

No. **Q.** *Seçuli.*

351. 4to Codex Membran. Olim S. Benedicti Floriac. Dein Bongarſii. X.

Quinctiliani inſtitutionis oratoriae Libri XII.

Mutilus Codex ab initio, Prima hic occurrunt ex Libri I. Capite 2. haec verba: „ et nihilominus amicum gravem virum etc.

Deſinit in Libri XII. Capite 10. medio, his verbis:

„ Sed cum debeat delectare. Ex iſto Codice varias lectiones a Georg. Altmanno ad ſe miſſas teſtatur Petrus Burmannus quas ad calcem Quinctiliani ſui rejecit.

No. **R.** *Seculi.*

357. 4to Codex Membran. Bongarſii olim. X.

Remi Favini, ſ. Rhemnii Palaemonis Carmen de ponderibus et menſuris.

459. 4to Codex Chartac. XVI.

Rufus Epheſius de appellationibus corporis humani, graece:

Titulus hic eſt:

„ Ρούφου Εφεσίου περὶ ὀνομασίας τῶν

„ ἀνθρώπου μορίων.

Pp 357. 4to

No.	*S.*	*Seculi.*

357. 4to Codex Membran. *X.*

Ex Saluſtii Criſpi hiſtoriis excerpta, nempe:

Oratio Catilinae apud conjuratos, oratio C. Catonis in ſenatu, oratio Catilinae. Oratio Micipſae ad Jugurtham, oratio Adtherbalis, oratio L. Syllae ad Regem Bocchum.

561. 4to Codex Membran. *XV.*

Saluſtii Bellum Catilinarium; addita eſt oratio Saluſtii in M. T. Ciceronem, et Ciceronis declamatio in Saluſtium.

Scriptus Codex Ao. 1459.

698. 8o Codex Chartac. *XVI.*

Salluſtii Bellum Catilinarium et Bellum Jugurthinum.

A. 70. 4to Codex Membran. Charta intermixta. *XV.*

Saluſtii Bellum Catilinarium et Bellum Jugurthinum, addita Saluſtii declamatio in M. T. Ciceronem, et Ciceronis declamatio in Saluſtium, et Ciceronis in Catilinam prima.

No.	*S.*	*Seculi.*
484.	4to Codex Membran.	*XIV.*

Senecae Epiſtolae ad Lucilium.

Titulus talis eſt:

„Senecae ad Lucilium litterarum morali-
„um Libri XX.„

Exſtant vero hic Epiſtolae a prima uſque ad LXXXIII. et deſinit in his verbis:

„Non ibis audacior ſi mala illa eſſe credi-
„deris.

365. 4to Codex Membran. *XIV.*

Seneque contre Meſavanture;

Gallica nempe verſio Senecae de remediis fortuitorum.

225. Fol. Codex Membran. *XII.*

Senecae et Paulli Epiſtolae XIII;

Editae in Fabritii Codice Apocrypho N. T.

Addita ſunt excerpta ex Senecae Epiſtolis.

Eodem Codice denuo: *XI.*

Senecae et Paulli Epiſtolae;

321. 4to Codex Membran. *XIV.*

Senecae Tragoediae;

Titulus, qui praemittitur talis eſt:

Publii Annaei Senece Hercules furens incipit:

Notandum hic, Publium Senecam vocari autorem Tragoediarum, qui vulgo L. Annaeus Seneca, aliis M. Annaeus Philoſophi filius, nemini Publius dictus fuit. Ordo Tragoediarum talis eſt: Hercules furens, Thyeſtes, Phoeniſſae, Hyppolitus, Oedipus, Troades, Octavia, Medea, Hercules Oeteus; his Tragoediis ſubmittitur fragmentum ex Hercule furente a verſu 125. ad v. 161.

Sequuntur:

Gloſſae in Senecae Tragoediae;

Hactenus ineditae, pauca quidem continent, quae lectu digna ſint. Exhibent argumenta Tragoediarum, et ſingularum Scenarum, tractant etiam pauca de Metris. Diverſae ab iis quas ex Luctatio grammatico MSS. aliisque edidit Schroederus.

Ex noſtris ſequens ſpecimen de Tragoedia Herculis Oetei ſubjungimus:

„Sator Deorum. Haec Tragedia „dicta Hercules Oetheus ab Oe„tha ſilva, pro argumento habet „quod Euritus Rex Eucholiae ha„buit Yolem filiam quam Hercu„les adamavit et a patre eam pe„tiit, quo denegante eam terras e„jus invaſit, et ipſum patrem oc-

„cidit,

„ cidit, et Yolen ſecum adduxit et
„ eam plus quam uxorem propri-
„ am Deyaniram dilexit. Quod
„ cum audiſſet Deyanira miſit ei
„ pallam intinctam ſanguine Neſſi
„ centauri quem Hercules vulnera-
„ verat ſagittis toxicatis. Qui Neſ-
„ ſus dixerat Deyanire quod ſi vel-
„ let quod Hercules averteret ſe ab
„ amore ejus mitteret illi pallam illam.
„ Hercules autem illa indutus ſta-
„ tim ita peſte veneni correptus
„ eſt ut carnes ejus ab oſſibus avelle-
„ rentur et palla etiam ita adhe-
„ ſit cuti quod abſtrahi non potuit.
„ Deyanira autem audito dolore
„ Herculis ſeipſam interfecit. Hercu-
„ les autem dans Philoteti armi-
„ gero ſuo arcum et ſagittas ſibi
„ ignem paravit. Ubi poſita ſub
„ capite clava quod in eo morta-
„ le erat conſumpto in celum trans-
„ latus eſt. etc.

Sequuntur has gloſſas fragmenta ex Oedipo. Agamemon Tragoedia, gloſſae in eundem. Tandem:

Seneca ad Gallionem de vita beata.

No.	*S.*	*Seculi.*

285. Fol. Codex Membran. — *X I.*

Sidonii Apollinaris Epiſtolae et Panegyrici.

In Libri IX. Epiſt. XVI. Ordo turbatus et ab editis diverſus eſt. Panegyrici hic adſunt uſque ad Carmen VIII. ad Priſcum Valerianum; non eo ordine quo in editis, ſed ea confuſione de quà Sirmondus ad Carmen III. et IX.

Eodem Codice. Sed ab alia manu.

Epiſtolarum Apollinaris Fragmenta;

a media Epiſtola [illegible]. Libri VIII. uſque ad finem Epiſtolae 6. ejusdem libri.

170. Fol. Cod. Membran. Olim Petri Danielis. — *X I I.*

Julii Solini Polyhiſtor.

Capitum diviſio aliquantum diverſa eſt ab editione Salmaſii.

156. Fol. Codex Membran. Olim Petri Danielis. — *X.*

P. Papinii Statii Thebaidos et Achilleidos Libri.

Codex nitidiſſimus.

528. 8vo MSS. Codex Membran. — *X I I.*

Statii Thebais.

Codex noſter deficit ad verſum 517. Libri undecimi.

Prae-

No. | S. | Seculi.

Praemittuntur duae Statii vitae, quarum prima ſic incipit: Tullum eſt Civitas in Gallia, unde auctor iſte oriundus Tuloſenſis dictus eſt. In Romam veniens rhetoricam didicit, quam et in Gallia celeberrime docuit. Sed quum ex civilibus guerris et diſſenſionibus contritiones et diſcordia magna per omnia movebatur, maxime cum ſuo tempore regnaret nequiſſimus Imperator Domitianus, voluit Romanos a diſcordiis civilibus revocare. Sed cum Imperator D. ut ſuae iniquitates liberius augerentur, edictum fecerat, ne aliquis Poeta aliquem Reipublicae reprehenderet, Hiſtoriam Romanorum aſſumere non audens, Thebanam incipit, ut ſaltim per aliud exemplum bellorum Romanos corrigat. Poena reprehenſionis talis erat, ut fixo palo in gutture combureretur etc. Altera Statii vita ſic incipit: Statius Papinius Curculus (Surculus, Urſulus, in Tolonenſis (Toloſenſi) patria extitit oriundus, qui in arte praelatus grammatica Romanam urbem relicta Patria viſitavit.„ Ex his perſpicuum eſt in iſtis vitis Statium Thebaidos auctorem, confundi heic cum alio L. Statio Urſulo, vel Surculo, Toloſenſi rhetore; ſed errorem iſtum multis confutarunt Voſſius, Dodvvellus, aliique plurimi qui de Statii vita ſcripſerunt.

407. MSS. 4to Codex Membran. XII.

Statii Thebais.

Mutilus in fine Codex deficientibus ultimis libri duodecimi verſibus. Adduntur huic Codici breviores notae et variantes lectiones ab antiqua manu.

No.	S.	Seculi.
589.	8vo Codex Membran.	XII.
	Statii Achilleis.	
104.	Fol. Codex Membran. Olim Petri Danielis.	XIV.
	C. Suetonii Tranquilli de vitis Caeſarum Libri XII.	
206.	Fol. Codex Membran.	XIV.
	C. Suetonii de XII. Caeſaribus Libri.	
484.	MSS. 4to Codex Membran. Ex Bibl. P. Danielis.	XIV.
	Epiſtolae quaedam Symmachi; incipientes a prima Epiſtola hoc Titulo: Incipiunt Epiſtolae Simachi.	
268.	Fol. Codex Chartac. Petri Danielis, ut videtur ab ipſius manu.	XII.
	Symphoſii Poetae veteris elegantiſſimi erudita juxta et arguta et feſtiva aenigmata multo quam antehac emendatiora et verſibus aliquot auctiora.	
579.	4to Codex Chartac.	XV.
	Syneſii Cyrenaei Philoſophi, ad Dioscorum in librum Democriti ſcholia; graece. Edidit primus hoc opuſculum Chemici argumenti	

menti Alb. Fabritius Bibl. graecae Tom. VIII. pag. 223.

Titulus hic eſt:

„ Συνεσίȣ φιλοσόφȣ πρὸς Διόσκȣρον
„ εις τὸν βίβλων Δημοκρίτȣ τȣ͂ Αβδη-
„ ρίτȣ, ὥς ἐν σχολιοις. In Fabritii
„ editione legitur: ἐις βιβλίων Δημο-
„ κρίτȣ. Dioscuro opus inſcribitur, his
„ verbis: Διοσκούρῳ ἱερεῖ τȣ͂ Μεγάλȣ
„ Σαράπιδος τȣ͂ ἐν Αλεξανδρείᾳ, Θεοῦ
„ τὲ συνευδοκȣ͂ντος Συνέσιος φιλόσοφος
„ χαίρειν. Fabritii editio ſic: Διοσκό-
„ ρω ἱερῶ.

Codex noſter in haec verba deſinit:

„ καὶ τὰ μὲν δύο σελῆναι ὑδαργυρί-
„ ζονται καὶ ἐις σῆψιν ἀποχωρίζονται.
„ Θεȣ͂ δὲ βοηθȣ͂ντος ἄρξομαι ὑπομνημα-
„ τίζειν. Fabritii editio ſic:

No.	S.	Seculi.

„ καὶ τὰ μὲν δύο σελῆναι ὑδραργυρίζοντα
„ καὶ ἐις σῆψιν ἀποχωρίζοντα Θεȣ̃ βοη-
„ θȣ̃ντος. καὶ τὸ πᾶν τȣ̃ λόγȣ τε-
„ τέλεσαι.

Eodem Codice:

Syneſii Cyrenaei de dono Aſtrolabii diſſertatio ad Paeonium, graece.

Ejusdem Syneſii utrumque opuſculum eſt.

97. **Fol. Codex Chartac. Olim Bongarſii.** *XVI.*

Auctores tactici graeci.

Primo loco hîc occurrit Index auctorum de re militari, qui haec continet:

„ Auctores de re militari nondum traducti.

„ Asclepiodori Liber unus de acie inſtruenda.

„ Arriani de acie inſtruenda Libri III.

„ Urbitii Libri XIII.

„ De machinis antiquis Liber unus.

„ Leonis Imperatoris epitome rei militaris.

„ Poſſi-

„Poſſidonii Rhodii Liber unus.

„Aeliani Libri duo de obſidione
„urbium.

„Pyrrhi Regis de peritia ejus qui
„eſt Imperator, Liber unus.

„Problematum de re militari Li-
„bri XI.

„Concionum, ſive exhortationum
„ad fortitudinem Liber unus.

„Conſtantini Liber de variis gen-
„tibus, et ut unaquaeque pug-
„nat, utque ſit eis reſiſtendum.

„Polyeni ad Imperatorem Anto-
„ninum ſtratagematum Libri VIII.

„Clearchi ſtratagematum Libri III.
„quorum omnium auctorum ſum-
„me ſunt Libri LXXIV, maxi-
„me digni qui convertantur, quo-
„rum capita craſſa minerva, non ta-
„men omnium, infra ſcripta ſunt.

Subjungitur Index latinus, continens argu-
menta ſingulorum Capitum, quae in praedi-
ctis auctoribus exſtant.

His Indicibus ſubjunguntur opuſcula ipſa
Tacti-

Tacticorum, ſed ab iis diverſa, quae ſupra commemorantur.

A pag. I. ad 150.

Sylloge Tacticorum Leonis Imperatoris:

Diverſa eſt prorſus ab opere ejusdem vulgato quod primus Joh. Checus latine edidit, et XX. conſtitutionibus continetur. Noſtrum enim diviſum eſt in capita 102; quorum Tabula latine, et graece praemittitur. Titulus vero Tabulae iſtius talis eſt:

„ πίναξ συλλογῆς τακτικῶν λεόντος
„ δεσπότου ῥωμαίων αὐτοκράτορος. ἔ-
„ τους. ς. υιβ. anno mundi 6412. qui annus in regnum Leonis vel ſeculi X. initium incidit. Ejus operis ſpecimen aliquod ut exhibeamus, in eo capite LXXVIII. cujus Titulus: ὅτι ἐν ταῖς ἀναγκαιοτάταις
„ τῶν χρειῶν ὁ στρατηγὸς πρῶτος αὐ-
„ τουργεῖν ὀφείλει.

Exemplum ſequens.

„ ὁ ἰφικράτης ἀγανακτοῦντα διὰ τὸν χει-
„ μῶνα τὸν οἰκεῖον ὁρῶν στρατὸν, καὶ
„ πρὸς

„ πρὸς τὸν πρoκείμενον ἀναδυόμενον
„ πόλεμον, εὐτελέστερον ἁπάντων καὶ
„ λεπτότατον περιεβάλετο ῥάκιον, καὶ
„ πρὸς χειμῶνος ὥραν ἀνεπιτήδειον,
„ πρὸς τοῦτο δυσωπηθέντες οἱ στρατιῶ-
„ ται καὶ προθύμως πρὸς τὸν ἀγῶνα
„ χωρήσαντες κατα κράτος ἐνίκησαν.

Quod latine ſic reddi poteſt.

„ Iphicrates exercitum ſuum hiemem mo-
„ leſtam impatienter ferre, et expeditioni
„ quae inſtabat reluctari obſervans vile et le-
„ viſſimum ſagum, nec quod ad frigus arcen-
„ dum par eſſet, indutus, hoc exemplo militi-
„ bus animum ad patiendum fortiter reddidit,
„ et hoſtes debellavit.

Ex capite ſequenti cui titulus: ὅτι δεῖ τὸν
„ στρατηγὸν καρτερικὸν εἶναι καὶ φερέπο-
„ νον; exemplum ſequens.

„ ὁ καίσαρ λιμώξαντι ποτε σὺν αὐτῷ
„ τῷ στρατῷ, ἄρτους ἐκ βοτανῶν ποι-
„ ῶν, τοῖς στρατιώταισ ἐπιμελῶς παρ-

„ ετι-

„ επιθει. τουτους ὡς ἑυρε ὁ Μαγνος
„ Πομπήιος κατέκρυψεν, επειπὼν,
„ ἀποδειλιασουσι παντως πρὸς τόν πο-
„ λέμον ὁι ἡμετεροι, ἂν τοὺς πολεμί-
„ ους τοσοῦτο καρτερικοὺς ἐκ τῶν ἔργων
„ ἀυτῶν καταμάθωσιν.

„ Caeſar fame laborantibus copiis ſuccurrit
„ panibus confectis ex fruticibus et plantis;
„ quos cum reperiſſet magnus Pompejus ma-
„ gna cura abſcondit, ne ſui milites inde ti-
„ mere inciperent hoſtes, quos tam frugali
„ victu uti cognoſcerent.

Caput 69. ποίῳ τρόπῳ ὁι ἵπποι ὀυ χρεμετίσουσιν; in quo narratur ſtratagema Ariſtomenis Meſſenii qui hoſtium inſidias deprehendit ex hinnitu equorum, quum ipſe equas ſecum duxiſſet; et ars Parthorum qui ſuos equos, ne hinniant, impediunt, loris fortiter eorum caudas conſtringentes; occurrit infra inter praecepta militaria de quibus mox dicturi ſumus, unde veroſimile eſt, Leonem id deſcripſiſſe.

Huic ſyllogae adjunctae ſunt: *Poenae militares ex Ruſi Tacticis*, et Baſilicis, quae efficiunt capita 48.

Tandem operi huic finem imponunt. *Hymni militares*, quibus iſte titulus: Ἀκολȣθία

„ ψαλ-

„ ψαλλομένα ἐπὶ κατευωδῶσει καὶ
„ συμμαχια ςρατȣ εις τε τον Κυ ἡμῶν
„ ιυ χυ. etc.

2. a pag. 153. ad 194. Orationes exhortatoriae ad virtutem.

3. a pag. 194. ad 224. de hoſtium perditione, ſive uti graece legitur περὶ πολεμιων φθορᾶς; ubi docentur varia, ad corrumpendum vinum, et aëra; ſub his titulis: „ οἶνȣ φαρμάζεις, Αερος φαρμάζεις; „ ſequuntur alia praecepta bellica; ſub variis titulis, veluti: „ Αγωνιςικόν, προς το-
„ μὴν πληγέντος, προς τὴν ἀπὸ σιδήρȣ
„ πλήγην, ἵππου τιθασίȣ, μη χραι-
„ μετισαι ἵππον, προς ἵππων ὑποχυ-
„ σιν; περὶ ἵππων τάχȣς, τα-
„ ραξιππον; θεραπεία νοσουντων κτη-
„ νων; συνθεσις ποικιλωτέρα καὶ
„ πο-

„πολυυλωτέρα, θεραπεία βηϲϲον-
„των ἵππων, προς ἡμιονον λακτιζυ-
„σαν, θήρα ϛρατιωτικὴ, ποταμοῦ
„πλατος ἐυρεῖν καὶ τείχουσ, τεχνη
„προγνωϛὶκῆ τῶν μελλοντών, αγρυπ-
„νητικον, πρὸς ελεφαντων μαχαν,
„γεωργίαι παραδόξαι, ὄινυ σκευασία,
„ελαίυ σκευασία, ἐπισφράγισμα
„περὶ βελούς„, qui tituli latine ſic red-
di poſſunt.

Ad pugnandum fortiter incitamentum, ad amputationem membrorum ſauciorum, adverſus vulnera a ferro illata, de domandis equis, ad inhibendum hinnitum equorum, adverſus morbum oculorum in equis, curatio oculorum in equis, ne equi terreantur, de celeritate equorum, ad terrendos equos, curatio jumentorum aegrotantium, aliud pharmacum magis compoſitum, curatio equorum tuſſientium, adverſus jumenta recalcitrantia, venatio militaris, ad inveniendam latitudinem fluvii vel muri, ars praeſagiendi futura, ad evigilandum, ad pugnam Elephantorum, artes ruſticae, praeparatio vini, praeparatio aceti, praeparatio olei, ultimum caput eſt, de ſagittis.

In illo ultimo capite, quod graece, ἐπισφράγισμα περὶ βέλους dicitur, haec inter alia legimus:

legimus : „ δύναται βέλος ἓν διὰ πάσης
„ δεχθὲν μιᾶς νυκτὸς καὶ ἡμέρας μέχ-
„ ρι ςαδιών δυσμυρίων κατελθεῖν ἐι γέ-
„ νοιτο συνεχὴς ἡ φορά.„ poteſt ſagitta una acta per 24. horas tranſire ſpatium 20000. Stadiorum. Quod experimento quodam confirmat auctor, ita inſtituto, ut ſuccedentibus ſibi ictibus jaculatores metas ferirent, et numeratis ſimul omnibus ſpatiis, inde compertum, unicam ſagittam ſi eadem celeritate per 24. horas ageretur 20000. Stadiorum ſpatium emenſuram. Deinde haec addit :
„ ἐχρήσατο τῇ πειρα ταύτῃ καὶ σύρμος
„ ὁ σκυθης καὶ βαρδησάνης ὁ πάρθος
„ τάχα δὲ ϖοῦ καὶ πλειόνες. ἴιδον
„ καὶ ἀυτος ἐναγβάρȣ τοῦ βασιλέως
„ Μάννȣ τοῦ ϖαιδος ἀυτοῦ ϖολλα-
„ κις ϖειρασαντος ἐμοῦ ὑφηγησαμε-
„ νού. τοξότης ȣτὼ δεινος ἦν, ὥςε θή-

No. T. Seculi.

„ ρας ποτε ἡμῖν ὔσης αμφι μεσημ-
„ βρίαν, ἐτύγχανον δὲ καὶ αὐτὸς παρ
„ ιππεύον ȣ̓ κυνηγέτης τις ὢν, ἀλλὰ
„ τῆς θήρας θεατής. ἐκπηδᾶ μὲν ἐκ
„ τινος λέχμης ἄρκτος ὑλαία, φοβερὰ
„ προσελθεῖν δεινή τις ἰδεῖν, αδύνατος
„ τάχα καὶ βαλεῖν. ἐπτοημένων δὲ
„ πάντων τῆς φυγῆς τὰς ὁδὲς, ὁ μάν-
„ νος παρακελευσάμενος ἡμιν θαῤῥεῖν,
„ πάντα τον φόβον διέλυσεν δύο βέ-
„ λη βαλὼν, τοὺς γαρ ὀφθαλμους
„ κατατοξεύσας τῆς ἄρκτου, ἐυχειρό
„ τον ἐποιήσεν αὐτὴν μηδὲ βλέπουσαν
„ τȣς κυνηγετας. ἦν δὲ ἄρα σοφὸς το-
„ ξότης Βαρδησάνης ἐιπέρ τις ἕτερος.
„ οἶδα τ' ἄνθρωπον τοξεύσαντα ὄια

„ ζωγρά-

„ ζωγράφον. ὁ δὲ τρόπος τοιόσδε. ἄν-
„ δρα καθ' ἀντικρύ ποτε ἔστησεν
„ νεανίαν καλὸν καὶ εὔρωστον, ὃν
„ καὶ γραφεὺς ἂν ἐξέκαμε μιμού-
„ μενος. προυβάλετο δὲ τὴν ἀσ-
„ πίδα ὁ νεανίας. τοῦτο γὰρ προσέτα-
„ ξεν ὁ Βαρδησάνης ἐνδεικνύμενος τὴν
„ τέχνην ἡμιν θεαταῖς. ὁ δὲ οἷα ζω-
„ γράφος ἀγαθὸς τὸν κατέχοντα με-
„ τεθηκεν ἐπὶ τὴν ἀσπίδα πρώτην
„ μὲν τοι τὴν κεφαλὴν ἔγραψεν, ὀρ-
„ θοῖς βέλεσι κύκλον κεφαλῆς μιμού-
„ μενος. εἶτα τῶν ὀφθαλμῶν τας βολὰς,
„ χιλίων ἁρμονίας, ῥυθμον γενειων.
„ καὶ ὁ λοιπος ἄνθρωπος ἠκολουθέι
„ τῇ τάξει τοῦ σωματος. ἐδ' ἐσεμνύ-
„ νετο τοξικῇ γραφικὴν συλλαβὼν καὶ
„ γράφων τοξευμασι, καὶ τοξευων.

„ γραφας. ἐθαυμάζομεν δ' ὁρῶντες.

etc.

Quod hic narrat de dexteritate Bardeſanis in jaculando exemplum, fidem ſuperat, et latine ſic exprimi poteſt. Erat autem peri-
„ tiſſimus arcu Bardeſanes. Vidi illum ſagit-
„ tis quaſi pingentem, hunc nempe in mo-
„ dum: Juvenem quendam pulchrum et ro-
„ buſto corporis habitu ſibi coram ſtatui juſſit,
„ quem vix pictor digne effingeret. Cly-
„ peum vero ille, jubente Bardeſane, proje-
„ cit. Hic, nobis ſpectantibus, ut artis ſuae
„ experimentum faceret, in clypeum ſagittas
„ intendens, e longinquo faciem primum ju-
„ venis, oculos, labra, genas, ictibus ſa-
„ gittarum expreſſit. Dein ceteram corporis
„ effigiem, ita ut ſagittis pingere vel picturas
„ jaculari dici poſſet, nos vero admiraba-
„ mur. etc.

Agbarus Rex, et *Mannus*, quos in hoc capite auctor commemorat, iidem forſan ſunt cum Regulis Arabiae et Syriae, qui apud Dionem libro LXVIII. in vita Trajani ad annum ab J. C. 867. occurrunt, unde etiam veriſimile eſt, hoc opuſculum Arriani eſſe, vel Aeliani.

Sequuntur, interjecto a pag. 224. ad 246. Epicteti Enchiridio, de quo ſupra;

Problemata Militaria. Libris, vel λόγοις *undecim comprehenſa.* A pag. 251. ad 317.

Primus liber ſic incipit:

„ τίς ἡ αἰτία δι' ἣν οὐ πάντα τὰ τάγ-
„ ματα ἴσα ἐπιτηδεύειν ποιεῖν.

„ ἵνα-

„ ἵνα μὴ ἐκ τοῦ ἀριθμοῦ τῶν βάνδων
„ ἐυάριθμητος ὁ ϛρατός τοῖς ἐχθροῖς
„ γενήται. Πόθεν δεῖ επιλεγῆναι
„ τὰς ἑκατον τάρχας ἀπὸ παντὸς τάγ-
„ ματος. ὁμοίως δὲ καὶ τὰς ἰλαρχασ,
„ καὶ δεκάρχας, καὶ πεντάρχας,
„ καὶ τετράρχας.

In libro ſecundo legimus caput ſequens.

„ εκ τίνων ἀποδεικτέον ὡς καλὸν τὸ
„ ἐις μέρη καὶ μοίρας διαφόρας τὴν
„ ϛρατηγίαν γινεσθαι Ἔκ τὲ τῶν δρυγ-
„ γῶν καὶ ἐκ τῶν σκυθικῶν ἐθνῶν.
„ καὶ γὰρ ὁι ἀρχᾶιοι τῦτο παρατηρη-
„ σαντες ἐις δρούγγυς ἤτοι μερη καὶ
„ μοίρας διαφορυς πρὸς τὴν χρειάν
„ ἔτασσον, καθ᾽ὡς νῦν ἀβαρεισ καὶ
„ τούρκοι τασσονται, ἐκεῖνο το σχη-
„ μα ἀυτοὶ φυλάττοντες καὶ συντό-

„ μως ἐντεῦθεν ἀνακαλέμενοι τας συμ-
„ βηνȣσας αὐτοῖς μερικὰς τροπὰς ἐν
„ ταῖς μάχαις.

Quae ſic verti poſſunt:

Unde demonſtratur, utile eſſe exercitum in varias cohortes et catervas dividere?

„Ex catervis (δρουγγων) et ex gentibus „ Scythis, veteres etiam olim idem obſervabant „ ut in cohortes vel catervas copias dividerent „ ad varios uſus, ſicuti et hodie ſolent Avari et „ Turcae, expeditius inde varias in praeliis „ inverſiones, et in diverſas partes formantes „ aciem.

Occurrunt hic variae voces quae ad medium aevum revocant auctorem noſtrum, veluti βανδων quae ſunt vexilla, δρȣγγων, catervae, et nomen Turcarum, quód ante ſeculum poſt Chriſtum XI. vix innotuit. Vide du Cange gloſſarium voce βανδον. etc.

Sequitur.

a pag. 317. ad pag. 344.

Arrianus de Arte militari ſive Tactica.

a pag. 350. ad 399.

Arriani ejusdem expeditio adverſus Alanos. Tandem.

Ono-

No.	T.	Seculi.
	Onoſandri de Imperatoris arte ſ. Strategici, capitum index.	
674. 8vo Codex Chartac.		XVII.

Leonis Tactica,

hoc titulo:

,, λεοντος τοῦ βασιλέοσ ἐν χῶ αὐτο-

,, κρατόρος τῶν ἐν πολέμοις τακτικῶν

,, συντομος παράδοσις.

Hoc eſt opus, quod vulgo circumfertur, diviſum in capita, ſ. conſtitutiones XX.

Hic tamen non eadem eſt prorſus diviſio: ſed quatuordecim ſunt διαταξεις, quarum ultima περι ναυμαχιας.

No.	*T.*	*Seculi.*

411. 4to Codex Membran. *XIV.*

In Terentium ſcholia,

diverſa a ſcholiis Donati et Eugraphii quae Lindebrogius Pariſiis edidit 1610. 4to.

Eodem Codice extant.

Scholia in Lucanum, Virgilium, Ovidium, Statium, Salluſtium; ultima ſunt ſcholia in Terentium.

574. 4to Codex Chartac. *XVI.*

Scholia in Terentii Andriam et Eunuchum;

Diverſa et a prioribus illis et a ſcholiis Donati et Eugraphii. Poſt Andriam adſcriptum eſt nomen proprium: *Perrot.*

288. Fol. Codex Chartac. *XIV.*

Theodori Prodromi carmen de grammatica.

Hoc titulo:

„Ἕτερα κυρίου Θεοδώρου τοῦ προδρό-
„μου περὶ πνευματος.„

Carmen eſt ſtichis politicis, vel verſibus Jambicis conditum, quos recentiores graeci ſic vocant, tanquam hiſtoriae ſcribendae aptio-

aptiores, quale etiam Pſelli opuſculum ſupra laudatum. Anecdotum, quod nec Fabritius, qui omnia commemorat, laudavit; niſi idem ſit cum Theodori Prodromi opuſculo grammatico, quod ad calcem Demoſthenis extare ait Neſſelius Bibl. Caeſareae Cod. Philoſ. 150., et citat Fabritius Bibl. graecae Tom. 6. pag. 819.

Incipit vero noſtrum ſic:

Ἴςεον ὅτι τὸ ἁ δασύνηται ἐν λέξεσι τοιαῦταις.

„ Ἅπαξ, ἁπλῶς, ἅγιος ἅπας, ἁπαξάδες, ἅλας

„ Αλιες, ἁγνὸς ἤτοι ὁ καθαρὸς, ἅμα, ἅρμα

„ Ἁρμόζει, ἁφὴ ἡ χεὶρ ἅπτομαι καὶ ἅψαι θῶμα

„ Ἁμαρτολὸς, ἐλεεινὸς, ἐξομοιοῦται τούτοις.

„ Τὸν ἅδην δὲ δασύνομεν, σκοτώδης γὰρ ὑπάρχει.

Ordinem alphabeticum perſequitur; mixta proſa verſibus. Exempli gratia haec proſa ſcripta ſunt:

„ τὸ ὖ πάσης λέξεος ἄρχων δασύνε-

,, ται, ει μή ϖοῦ τύχη ἄρχον εἰς ὄνο-
,, μα οἷον ὑρκανία ἐπισκώπȣ μύρω-
,, νος ὕνις τοῦ γαιȣχȣ. ὕστρος. ϖοταμὸς.

Hyrcania erat urbs Thraciae, alia ejusdem nominis, ſive vicus tantum, in Palaeſtina, vide Stephanum Byzantinum, ſed utraque cum aſpiratione ſcribitur.

402. 4to Codex Chartac. XIV.

Theophraſti Ereſii opuſcula, graece, nempe.

ϖερὶ ϖυρὸς, μετὰ τὰ φυσικὰ, περι λιθων,
περὶ ἱδρώτον, ϖερὶ ἰλίγγων, ϖερὶ κοπων,
περὶ ἰχθῦν, περὶ ἀνεμων, περὶ ὀσμῶν.

579. 4to Codex Chartac. XV.

Theophraſti Philoſophi Chriſtiani poema jambicum de arte chemica, graece.

Extant hic tantum verſus 48. priores. Hoc opuſculum anecdotum commemorat Lambecius Comment. Bibl. Caeſar. L. VI. pag. 191.

No. *T.* *Seculi.*

191. et Fabritius Bibl. graeca Tom. XII. pag. 763.

Titulus hic eſt:

„ Θεοφράςȣ φιλοσόφȣ, περὶ τῆς αὐ-
„ τῆς θείας τέχνης διὰ ςίχων ἰαμ-
„ βων.

Sic vero incipit:

„ Οἱ τῶν σοφιςῶν ἄνδρες ὥσπερ ῥήτο-
ρες
„ Εὐδαιμονȣ̃ντες καὶ βιȣ̃ντες πανσό-
φως.
„ Καὶ τὴν φύσιν δὲ γνόντες πάντων
κτισμάτων.

527. 4to Codex Chartac. *XVI.*

Albii Tibulli carminum Libri III.

Libri III. et IV. hîc pro uno habentur.

358. 4to Codex Membran. Olim Bongarſii. *IX.*

Tyronis ſ. Senecae notae.

Deeſt titulus et initium, nempe caput I. et pars capitis II. Folia implet 30. quod ſupereſt, nec cum Gruteri editis notis ordine convenit. Praemittitur a manu Bongarſii praefatio, quae ex alio codice deſcripta videtur. Ejus titulus hic eſt:

„ Inci-

„Incipit Prologus de notis Senecae et qua„liter beatiſſimus Gregorius Papa dictatos „ſuos per notarium Scedulae recitare con„ſueverat, ſeu et quod temporibus David „regis notarii fuiſſe deſcribuntur, ſed et „poſtea quod Baruch diſcipulum Hieremiae „prophetae notarium fuiſſe aſſerunt Adſcripſit „etiam haec idem Bongarſius :

„Ex vetuſto codice: In nomine Dei ſummi „incipiunt notae Senecae et Cyceronis ſecun„dum traditionem Tullii.

His tachygraphicis notis, quas, uti monuimus, Gruterus ad calcem inſcriptionum edidit, in noſtro Codice ſubjuncta ſunt.

Poematia varia, incerti auctoris, mutila tamen et lacera, ita ut vix legi poſſint.

Eorum, quae hic ſuperant, titulos et quaedam ſpecimina ſubjungimus; quamvis ſint ne anecdota, dubitamus.

1. De carminis inſtitutione.

Incipit ſic.

Auri ſtemmate nexas
Flaveſcente coronas,
Me cantare parante
Ut mitis caput altum
Cingit lamina flexa

2. De navigio et agricultura.

Inci-

Incipit ſic:

Undis raucifonis vela tumentia
Ventis hinc trepidus tradere molior
Confecturus iter per vaga marmora
Luctum prora ſubit, Carbaſa Circius
Inflat, chorus et hinc, inde Favonius
Subſolanus eis obvius irruit
Eurus cum Borea praelia perſtrepit
Tum Vulturnus agit, tum Zephyrus ratem
Auſtris hinc rapitur, hinc Aquilonibus:
Parva lintre vehor, non michi claſſica
Navis, barca ſedens pluribus anchoris,
Cumbis atque ſcaphis impeto cerula.

In

In ultima carminis parte, ubi de agricultura, et potiſſimum de vite loquitur, occurrit locus ideo notandus, quia dogma illud Pontificiorum de myſterio corporis Chriſti in ſacrificio miſſae luculenter tradit:

Vites quin etiam Bachica munera
Sulcis nec remores vel ſcrobibus dare
Sarmenta uviferis vitea brachiis.
Vanos ac frutices demere vitibus.
Palos palmitibus ſubdere gemmeis.

Hic mutili ſunt verſus quinque, deinde haec leguntur.

Dantes dapſiliter muſta recentia
Aram quae ſubeant divite copia
Puri cum ſolito munere tritici
Agni in mirifico ſanguine tranſeant
Et nos letificent faece carentia
Regi concilient, crimine ſegregent
Peſtem ſubmoveant proſpera commodent

Ut

No.	T.	Seculi.

Ut cum militibus corde fidelibus
Utamur decoris ſtemmate nobilis
Gaudentes celebrem ſumere gloriam.

3. De conſtructione domus Domini ſecundum Hezechielem.

Incipit ſic:

Alacris fides tropeis etc.

4. De Aritmethica.

Incipit ſic:

Septem columnis intus eminet domus

5. De Muſica.

Incipit ſic:

Rimans nexa poli culmina rectrix.

6. De Aſtronomia, carmen Saphicum, deeſt initium.

7. De Geometria.

Incipit ſic:

Artis praepoſitae brevi notatu etc.

67. Fol.

No.	V.	Seculi.

67. Fol. Codex Membran. Olim Bongarſii, hoc titulo. XV.

Valerii Maximi urbis Romanae juris peritiſſimi. Dictorum memorabilium libri IX.

Initio codicis haec adſcripſerat quidam:

„ Hunc librum ex manuſcriptis et vetu-
„ ſtiſſimum et certiſſimum arbitror, cum alia
„ multa quae in vulgaribus libris corrupta
„ ex hoc reſtitui facile poſſunt, tum quod in
„ eo erat liber X. quem extraximus inde.
„ Inventus eſt a me inter veteres libros manu
„ exaratos in librarioli cujusdam officina. J.
„ Jac. Lavernii et amicorum.

Ad finem libri IX. adſcriptum eſt:

„ Valerii Maximi dictorum et factorum me-
„ morabilium liber nonus definit, incipit prae-
„ fatio in Epitome libri X. C. Titi Probi „
de hac Epitome, quae de nominibus Romanorum agit, et in noſtro Codice abeſt, vide Fabritii Bibl. lat. lib. II. cap. 5.

366. 4to Codex Membran. X.

Valerii Maximi factorum et dictorum memorabilium libri IX.

280. Fol. Codex Membran. X.

Flavii Vegetii rei militaris libri IV.

Initio libri ſecundi hic titulus praemittitur:

Fla-

No. V. Secul.

„Flavii Vegetii Renati viri inluſtris „Comitis Epitome inſtitutorum rei „militaris de commentariis Trajani „et Adriani nec non etiam Frontini.

Liber 4. et 5. hic in unum contracti ſunt.

280. Fol. Codex Chartac. XV.

Vegetii verſio gallica.

In fine adſcriptum:

„Cy finit le livre de Vegece de l'art de „chevalerie que noble prince Jehan Con- „te de Heu fit translater de latin en fran- „çois par... de digne memoire maitre „Jehan de Meun, en l'an de l'incarna- „tion de N. S. mil deux cent quatre vingt „quatre.

De hac verſione Fabritius Bibl. lat. et le Croix du Maine Biblioth. pag. 246.

336. 4to Codex Membran. IX.

Marii Victorini de grammatica et metris liber.

Idem fere opus, quod Putſchius edidit inter grammaticos pag. 1938. Titulus tamen noſtri Codicis alium auctorem praefert, nempe ſic habet:

„Incipit Audacis de Scauri et Palla- „dii libris excerpta per interroga- „tionem et reſponſionem.

Auctior tamen eſt noſter, nec ubique eundem cum edito ordinem ſervat. Poſt illa enim capita, de latinitate, de voce, noſter ſubjungit iſta, de diffinitione, de oratione, de diſtinctione, de litteris, de ſyllabis. Hoc de Syllabis caput ſic deſinit in Putſchii editione:

„Aut cum deſinit correpta vocalis „in conſonatem, in qua pars ora„tionis finitur, aut cum correpta „vocalis ipſa per ſe partem ora„tionis impleverit.

Loquitur de caſibus, quibus longa ſit poſitione ſyllaba, haec vero noſter addit:

„Aut cum correpta vocalis in me„dio verſu ſola ſeu conſonanti ad„juncta ſyllabam facit quae partem „orationis impleat, ut:

„ O virgo nova mi facies, et:

„Ipſe ubi tempus erit omnes in „fonte lababo, et.

„Direpta domus et parui caſus tuli.

„Aut correpta vocalis excipitur a „littera quam neceſſe eſt ut con„ſequatur littera u, quae cum „altera vocali juncta loco conſo-

„nan-

„nantis accipitur, ut apud Lu-
„cretium:

„Quae calidum faciunt aquae
„tactum atque vaporem; aut con-
„currentibus inter ſe vocalibus
„duae ſyllabae in unum quaſi per
„dyptongum contrauntur; ut:
„cui non dictus Ilas (pro Hylas)
„et: Tityre paſcentes a flumine
„reice capellas. Hoc enim loco
„cui et rei, ita efferuntur veluti
„ſingulae ſyllabae ſint cum tamen
„duas eſſe conſtat, maximeque
„et aliis verſibus ut in Georgicis;
„et cui turpe caput; et item rei-
„ce ne maculis infuſcet vellera
„pullis; quae omnia in metris
„obſervanda ſunt.

Sequitur:

Caput de accentibus. Dein de metris, quod editis auctius eſt Haec enim in prima pagina habentur:

De Metro.

„Interr. Metrum quid eſt? Reſp.
„Rei cujusque menſura. Int. Me-
„trum poeticum quid eſt? R. Ver-

 „ſiſi-

„ ſificandi diſciplina certa ſyllaba-
„ rum ac temporum ratione in
„ pedibus obſervata.

„ Int. Quid eſt rythmus ? R. ver-
„ borum modulata compoſitio,
„ non metrica ratione ſed nume-
„ ro ad judicium aurium examinata
„ ut puta veluti ſunt cantica vul-
„ garium poetarum.

„ Int. Qui primus his obſervationi-
„ bus in componendis carmini-
„ bus uſi ſunt ? R. Pohenomine
„ (Phemonoe) dicitur Apollinis va-
„ tes prima per inſaniam ita locu-
„ ta, cujus Eſiodus meminit. Var-
„ ro vero in Argonauſtis Nimphas
„ exametrum feciſſe ſic ſcripſit;

„ Te nunc ortigiae tenentem ſpecula nimphae
„ Orantes o phoebe et io licona clamarunt.

„ Multi autem verſum a Lino A-
„ pollinis antiſtite excogitatum pu-
„ tant, qui ex hyperboreis fuit.
„ Hujus originem verſus volunt
„ quidam in Delo inventum, et
„ hunc verſum deliacum vocant,
„ alii

„alii ab Omero, unde poſſumus „colligere verſum hunc magis eſſe „naturalem.

Ultima duo hujus opuſculi capita ſunt de accentibus, quod argumentum jam ſupra tractatum, auctor hic longius perſequitur, et de barbariſmo. Addita tandem pauca de numeris et ex Auguſtino atque Iſidoro in laude computi, quae mutila ſunt.

Quae heic de inventione carminis heroici dicuntur, diverſa ſunt ab iis quae in Victorini de metris capite, apud Putſchium leguntur: . . . .

250. Fol. Codex Membran. X.

Victorii ratio calculi et cyclus paſchalis.

In prima pagina extat praefatio de ratione calculi, ſic incipiens:

„Unitas illa unde omnis numerorum multitudo procedit quae proprie ad arithmeticam diſciplinam pertinet.

Poſt praefationem litteris initialibus adſcriptum eſt:

„Incipit liber calculi quem Victorius compoſuit.

In fine hujus de calculo opuſculi adduntur varia de menſuris et ponderibus ſolidorum atque liquidorum.

In prima pagina opuſculi de cyclo haec leguntur litteris initialibus pictis exarata:

No. V. Seculi.

„Computus vulgaris qui dicitur
„Ephemerida Abbonis de Feria,
„de luna et his quae ad lunam
„pertinent id eſt aepactis, menſi-
„bus, de ſignis cicli decemnovena-
„lis.

Conſtat Abbonem Floriacenſem, qui exeunte ſeculo X. vixit, commentatum eſſe in Victorii cyclum. Vide de hoc argumento hiſtoire litteraire de France Tome VII. pag. 177. Ejusdem Victorii, auctoris cyclis paſchalis, eſſe opus illud de calculo, quod primam Codicis noſtri partem efficit, et folia implet II. veriſimile eſt.

Alterum opuſculum de computo, foliis 16. continetur.

645. Codex Membran. IX.

Cyclus paſchalis Victorii.

Deeſt initium.

Quum vero nobis defuerit hoc opus ex editione Bucherii, nullam hic noſtri Codicis notitiam ſubjungere poſſumus. Non integrum autem nobis adeſſe opus Victorii, ſtatim patet; nec initium, nec finis ſuperant. Folia non ultra 27. exſtant. Huic operi ſubjuncta ſunt, nullo ſervato intervallo paginarum; *Nomina Hebraea, et Macedonica menſium; dein nomina Provinciarum, quorum ſupra notitiam exhibuimus.*

Virgilii Codices.

165. Fol. Codex Membran. Nitidiſſimus. IX.

P. Virgilii Maronis carmina, nempe

pe bucolica, georgica, et aeneidis libri.

Praemittuntur Virgilio verſus notiſſimi, qui Auguſto tribuuntur:

„ Ergone ſupremis potuit vox improba verbis
„ Tam dirum mandare nefas, ergo ibit in ignes
„ Magnaque doctiloqui morietur muſa Maronis.

Hos verſus ſubſequitur inſcriptio ſequens, litteris majuſculis exarata:

„ Hunc Virgilii codicem obtulit „ Berno Gregis B. Martini levita, „ devota mente domino et eidem „ beato Martino perpetuiter ha- „ bendum. Ea quidem ratione ut, „ perlegat ipſum Arbertus Conſo- „ brinus ipſius et diebus vitae ſuae, „ ſub praetextu B. Martini habeat „ et poſt ſuum obitum iterum S. „ reddat Martino. Si quis ipſum „ furaverit aut aliquo ingenio a „ poteſtate S. Martini abſtrahere „ temptaverit, maledictus ſit et „ cum Juda et Saffira qui ex hoc „ quod ipſi Domino dederant frau- „ daverunt perpetuam dampnatio- „ nem niſi citiſſime quod prae-

„ ſumpſerit emendare ſtuduerit,
„ adquirat.

Ex recentiori inſcriptione, quam etiam hic reperimus, patet, hunc codicem a monacho coenobii S. Martini Turonenſis ſcriptum fuiſſe. De hoc coenobio vide hiſtoire litteraire de la France.

Inſcriptioni illi ſubjuncti ſunt hi quatuor verſus, qui vulgo Ovidio tribuuntur, ſcripti etiam litteris majuſculis.

„ Qualis bucolicis, quantus tellure domanda
„ Vitibus arboribusque, ſatis, pecorique, apibusque
„ Aeneadum fuerit vates, tetraſtica dicent
„ Continent quae quisque liber lege carmina noſtra..

Pagina ſequenti exſtant hi quatuor verſus, litteris etiam initialibus:

„ Tityrus agreſti modo laetus carmine ruris
„ Formoſum per quod Coridon dilexit Alexin

„ Sile-

„ Silenumque ſenem fertisque meroque ligavit.

„ Paſtorumque ſonos faciles duxere cicutae.

Hinc ecloga prima, cujus initium etiam litteris initialibus exaratum eſt.

Georgicis praemittuntur Tetraſticha Ovidii, quae argumenta ſingulorum exponunt librorum. Libris etiam Aeneidos ejusdem praemittuntur argumenta. Scholia marginalia per totum codicem adſcripta ſunt, quae partim ſunt Servii partim ab alio auctore. Deſunt 34. ultimi verſus libri XII. Aeneidos; mutila etiam ſunt aliquot ex ultimis foliis.

167. Fol. Codex Membran. X.

Primum folium continet quaedam ex Iſidoro de aſtronomia.

Virgilii carmina.

Praemittitur vita Virgilii ab auctore anonymo, qui citat Euſebium, et Eram Chriſtianam, maximam tamen partem deſcripſit Donatum. Vitam Virgilii ſequuntur verſus Auguſti de quibus jam dictum eſt. Dein ſub titulo: *Expoſitio Mauri Servii*, reperitur hic initium expoſitionum ejus in bucolica et georgica, et in aeneidem commentum ejusdem, quod ante vitam Virgilii extat in editione Baſileenſi Henrici Petri 1586. ſub titulo libri primi commentariorum in aeneidem. Subjungitur etiam alia vita Virgilii brevior, et verſus Ovidii, vel ejus ſub nomine vulgati.

„ Virgilius magno quantum conceſſit Homero

„ Tantum ego Virgilio Naſo poëta meo.

Praemittuntur argumenta Ovidii ſingulis libris aeneidos, cujus finis deeſt a verſu 771. libri XII.

Inter varia quae hic de Virgilii ſcriptis narrantur, haec legimus, diverſa aliquantum a Servii narratione:

„Prima earum (Virgilianorum artium) pars,
„id eſt bucolica et georgica in Parthenope
„que et Cuma et Neapolis dicitur, ſcripta
„eſt. Sicut ipſe in fine Georgicon dicit, Illo
„Virgilium me tempore dulcis alebat Parthe-
„nope etc. Aeneidorum vero libros XII.
„heroici carminis Romae ſcripſiſſe putatur,
„per quod amicitiam Caeſaris adeptus eſt.
„Alii vero potius in Mantua eos ſcripſiſſe
„autumant, ut ex verbis ejus in principio
„georgici carminis declaratur, ita dicens:

„Primus ego in patriam mecum, modo vita ſuperſit
„Aonio rediens deducam vertice muſas.
„Primus Idumeas referam tibi Mantua, palmas
„Et viridi in campo templum de marmore ponam.

Haec iterum:

In prima ecloga Virgilius Tytiri ſub perſona intelligitur, et Cornificius ſub perſona Melibaei.

Et infra haec:

„Tytiri in hoc loco ſub perſona Virgilium
„debemus accipere quaſi ſub tegmine poteſta-
„tis Caeſaris recumbentis; Melibaeum vero
„Arionem Claudum à quo agri fuerant ab-
„ſtracti, qui etiam Virgilium occidere voluit.

Haec etiam:

„In

No.	V.	Seculi.

„ In animalibus bigenera dicuntur quae ex „ diverſis naſcuntur ut mulus ex equa et aſino, burdo, ex equo et aſina, ibriada ex „ capris et porcis, *Tytirus* ex ove et hirco, „ muſo ex capra et ariete.

. . . . . .

De hoc etymo vocis Tityrus vide Geſneri theſaurum linguae latinae, ubi citatur Eugenii Toletani verſus:

„ Tityrus ex ovibus oritur, hircoque parente.

172. Fol. Codex Membran. X.

Virgilii bucolica, georgica et aeneadis libri V. priores.

Praemittitur vita Virgilii a Servio, et verſus Auguſti de quibus ſupra. Initium eclogae primae eſt a manu recentiori, nempe ſeculi XII.; ſcholia marginalia in totum codicem, exceptis duobus prioribus aeneidos libris, ſunt Servii. Folio primo adſcripti ſunt duo verſus litteris majuſculis exarati, quorum pars deleta eſt, haec ſuperant:

Contulit alme tibi pater hunc benedicte libellum

Ildemarus alumnus et ipſe tuus. . . . .

Hunc Codicem fuiſſe S. Benedicti Floriacenſis, veriſimile eſt.

184. Fol. Codex Membran. Olim Bongarſii. IX.

Virgilii bucolica, georgica, aeneis, integra.

Praemittuntur argumenta Ovidii; et verſus

No.	*V.*	*Seculi.*

ſus Aſmenii in libros XII. aeneidos. Scholia marginalia addita ſunt pauca.

239. Fol. Codex Membran. *IX.*

Virgilii aeneidos libri XII.

Deeſt initium uſque ad hos verſus:

Ac prior, heus, inquit, juvenes monſtrate mearum
Vidiſtis ſi quam etc. —

255. Fol. Codex Membran. *IX.*

Virgilii bucolica et georgica, cum initio aeneidos.

Addita ſunt argumenta Ovidii in georgica, et argumenta in aeneidem, quae hic adſcribuntur *Baſilio*.

222. Fol. Codex Chartac. *XV.*

Virgilii aeneidos libri.

Praemittuntur argumenta Ovidii, et verſus illi de Aeneide qui Aſmenio adſcribuntur. Addita ſcholia anonymi.

269. Fol. Codex Chartac. *XV.*

Virgilii aeneidos libri, cum argumentis Ovidii.

363. 4to Codex Membran. *XIV.*

In Virgilii bucolica, georgica, et

VI.

No.	V.	Seculi.

VI. Libros priores aeneidos commentarius Servii.

Sergius tamen hic pro *Servio* ſcribitur, quod ſaepe accidit in vetuſtis codicibus.

411. 4to Codex Membran. Olim Bongarſii. XII.

In Virgilii aeneidem gloſſae;

multa hic ex Servio, alia etiam a recentiori commentatore.

457, 4to Codex Chartac. Intermixtis foliis membran. XV.

Georgica Virgilii, cum commentario anonymi, qui citat Vincentium Bellovacenſem;

Initio codicis adſcripta haec:

„Iſte liber Georgicorum Virgilii perti-
„net magiſtro Stephano Petiti quem emit
„in civitate Rhemenſi anno 1484. ex li-
„bris defuncti magiſtri Joh. Jaſſlon Cano-
„nici Rhemenſis.

474. 4to Codex Membran. XIII.

In Virgilii aeneidos libros VIII. priores ſcholia,

auctoris uti videtur medii aevi.

626. 8vo Codex Membran. XI.

Virgilii carminum fragmenta.

Primum enim heic occurrunt eclogae tres prio-

No.	V.	Seculi.

priores cum parte eclogae quartae. Priori vero hic titulus praemittitur:

P. Virgilii Maronis carmen bocolicom in quo Teocritum vicit.

Sequitur fragmentum libri IV. georgicorum a verſu 255. uſque ad finem. Subjuncti ſunt georgicis, hi verſus notiſſimi Virgilii.

Nocte pluit tota, redeunt ſpectacula mane etc.

Huic continuatur ecloga IV. ab illo verſu in quo ſupra deſinebat, transpoſitis nempe foliis.

Sequitur initium georgicorum, et reliqui libri uſque ad verſum libri IV. 254. ita ut bucolica et georgica integra heic exſtent.

511. 8vo Codex Membran. XII.

Virgilii bucolica, fragmentum libri I. georgicorum et libri VIII. in aeneidos, cui deſunt 4. ultimi verſus.

47. 4to Codex Membran. Nitidiſſimus. XV.

Virgilii carmina.

Deſunt eclogae priores VII. cum parte eclogae VIII. Libro primo aeneidos praemittuntur illi 4. verſus.

Ille ego qui quondam gracili etc.

In fine Codicis legitur:

Explicit liber aeneidos 1451. die 15. April.

527. 4to

No. V. Seculi.

527. 4to Codex Chartac. Hoc titulo. XV.

Vita Virgilii, quam a Donato editam nonnulli putant.

No. X. Seculi.

346. 4to Codex Chartac. XVII.

Xenophontis oeconomicus; verſio italica. Auctore Petro Maſſaeo patritio Florentino.

Omissi.

582. 4to Codex Membran. Sine titulo. IX.

Adamnani de locis ſanctis libri III. ex relatu Arculfi ſancti Epiſcopi.

Sequitur.

Evangelium Nicodemi, hoc titulo.
„ In nomine ſcae et individuae Trinitatis,
„ incipiunt geſta Salvatoris Dni. Nri. IHV.
„ XPI. quae invenit Theodoſius magnus
„ Imperator.

Sequitur; ſine Titulo.

Itinerarium Antonini Placentini.

Editum inter Acta SS. Tomo II. Maii. Deeſt finis a capite XLVI. his verbis.

„ Et inde tranſeuntes per civitates, hoc eſt
„ Pariſſam, Ariſtoſum et Epiphaniam.

568. 4to

No.	Omissi.	Seculi.
568.	4to Codex Membran.	XIII.

Arnulphi Lexovienſis Epiſcopi epiſtolae et epigrammata.

Duae hic ſunt epiſtolae Arnulphi quae non extant in editione Lugd. Biblioth. Patrum Tomo XXII.

Una ad Celeſtinum Papam, ſic incipiens:

Suſtulit virum glorioſae memoriae Innocentium P. etc.

Altera ad Eugenium Papam pro Sagienſi Eccleſiae ſic incipiens.

„ Pro Sagienſi Eccleſia tota mente pedibus „ veſtrae pietatis advolvor etc.

104. Fol. Codex Membran. Olim Petri Danielis. XIV.

Libellus de vita et moribus Caeſarum abbreviatus ex libris Sexti Aurelii Victoris.

208. Fol. Codex Membran. Olim Bongarſii. XIII.

Hiſtoria Trojana Frigii Daretis.

Prologo praemittitur titulus ſequens.

„ Incipit Prologus Cornelii Taciti in hiſto- „ ria Trojae „ addita ſunt quaedam in fine, plura quam in editis.

196. Fol. Codex Membran. Nitidiſſimus. X.

Eutropii hiſtoriae libri XVI.

Deſinit noſter in vita Zenonis, et a libro XV. diverſus eſt ab editione Frobeniana.

FINIS.

INDEX

INDEX

Auctorum, quorum opera in hoc Catalogo recenſentur.

A.

Pagina.

Abbo, vide Albo.

Abd Alawahid, 1

Aben Eſra, ibidem

Abu Mohammed, ibidem

Acciaiolus, vide Ariſtotelem. 289

Acron, 271

Adamnanus, 635

Aegidius, vide Petrum Riga.

Aelianus, vide Tacticos.

Aeſopi vita, vide Planudem.

——— Fabulae, 272-274

Aggenus urbicus, vide Boetium

Agroetius, vide grammaticos.

Alanus, 2

Pagina.

Albericus, 274

Albertus, vide Saxonia. 2

Albo Floriacenſis,

Alcoranus Muhammedi, 8

Alcuinus, ibidem

Alexander Aphrodiſienſis, 275

Alexander de Villa Dei, 456

Alexi, S. vita, vide Anonymos,

Algorismus, vide Euclidem, 374.

Alliaco (Petri de) 3

Altingius. ibid.

Ambroſius, B, 4

Amore, (Guilelmus de S.) ibid.

Amphilochius, ibidem

A. Pag.

Amphitruo, vide Anonymos,

Anabaptiſtae, 5

Anacharſis, 276

Anacletus, 5

Anonymi.

Anonymus, de vita S. Alexi, 3

—— de Amphitruone Carmen, 275

—— Beſchreibung des Antichriſten, 5

—— Hiſtoria Apollonii Tyrii, 277

—— in Ave Maria, 6

—— von dem Apoſtoliſchen Bann, 11

—— Cabbaliſticus Liber, della virtu de Salmi, 32 - 34.

—— vita Clementis Mediomatricum Pontificis, 51

—— commentarius in Johel, 52

—— —— in Apocalypſin, ibid.

—— —— in Pſalterium, ibidem

—— —— in Geneſin, ibid.

—— —— in Pſalmos, ibid.

—— —— in Biblia, ibidem

A. Pag.

—— de Computo graecorum et latinorum, 350 - 352

—— Conſolatio Theologiae, 53 - 55

—— de Inventione S. Crucis, 55

—— curſus de Trinitate, pro defunctis fidelibus, 56

—— quaeſtiones in Decalogum, 57

—— le Decalogne, le Credo, l'Apocalypſe, avec des Explications, 58

—— de Perſecutione Deciana Carmen, 58. 59

—— Dialogus inter virtutes et vitia, 62

—— Ethica Chriſtiana, 63

—— vita B. Francisci, 79

—— Drü geiſtliche Spiel, 81

—— vita B. Genovefae, ibidem

—— de hereſi et fide Catholica adverſus Pontificios et Anabaptiſtas. 90.

—— Hiſtoria ab orbe cond. ad Nicephorum Botaniatem, 466 - 477

—— le livre des trois Impoſteurs, 98 - 102

Expli-

A. Pag.

—— Explication de la Meſſe, 117

—— Miraculorum liber, 118

—— de miſeria hominis, 119

—— de Miſſa et nomine JEſu, ibidem

—— Paradiſus Heremi, 125

—— Paſſion de J. C. ibidem

—— vita et obitus Patrum 126

—— de Perjurio. 127

—— Pilati Geſchichten, 137

—— Speculum Sacerdotum et Eccleſiae, 236

—— Hiſtoria Sybillae, 237

—— Theologiae ſumma, 244

—— Theologiae delineatio, ibidem

Anſelmus, 5

Antichriſt, vide Anonymos.

Antoninus Placentinus, 635

Antonii vita, vide Athanaſium.

Apollonius Tyrius, vide Anonymos.

Apulejus Madaurinois, 277 - 278.

Aquisgranenſe, vide Concilia.

Aquino, (Thomas de) 214

Aratus, 278

A. Pag.

Argentinenſis Eccleſiae Theſaurus, 6

Ariſtoteles, 282 - 286 276

Arnulphus Lexovienſis, 636

Arrianus, vide Tacticos.

Aſper, vide grammaticos.

Attici Epiſtola, 48

Ave Maria, vide Anonymos.

Auguſtinus, 7 - 11. 206

Aurelius victor, 286. 636

B.

Bann, vide Anonymos.

Baſilius, 11

Beda, 11 - 12

—— vide grammaticos.

Bernardus Clarevall, 12 - 14

—— Portarum Prior, 14

—— Silveſtris, 15

Biblia S. 15 - 29

Bibliander (Theod.) 29

Boetius, 29. 286 - 299

Bonaventura, 30

Brawardinus, (Thom.) 374

Breviarium Apoſtolorum, 30

B. Pag.

Breviaria, 30

Brocardus, (Jac.) 31

Bruti Epiſtolae, 359

Bucerus, (Mart.) 31

Bullingerus, (Henr.) 31-32.

C.

Cabbaliſticus liber, vide Anonymos.

Calendaria, 34-44

Calvin, 44

Canonicorum Regulae, vide Concilia.

Capella, (Marcianus) 299-331

Caper, vide grammaticos,

Caſſiodorus, 331-332

Cato, 333-336

Chryſoſtomus, (Joh.) 49

Cicero, 336-341

Clamengiis, (Nicol. de) 49-51

Claudianus, 341

Cledonius, 342

Clemens, diſcipulus Petri, 51

Clemens Mediomatricum Pontifex, vide Anonymos.

Clemens Scotus, 343-347

C. Pag.

Cluniacenſis, (Petrus), 52

Codinus, (Georg) 347-350

Commentarius, vide Anonymos.

Computus vide Anon.

Concilia, ſeptem oecumenica in compendio, 53

Conciliorum Canones, 44-49

Concilium Aquisgranenſe I. et II. 6

Concilium Lateranenſe, 106-107

Conradus, vide de Muri.

Conſolatio Theologiae, vide Anonymos.

Conſtantini M. Privilegium Romanae Eccleſ. conceſſum, 55

Conſtantini Manaſſis Chronicon, 352-357

Coppenius, (Barthol.) 55

Crates Cynicus, 357-358.

Conſentius, vide grammaticos.

Crucis, S. Inventio, vide Anonymos.

Curſus, de Trinitate, vide Anonymos.

Curtius Rufus, 359-362

Cyprianus, S. Martyr, 56.

D.

Damaſcenus (Joh.) 57 504-507

Damia-

D. Pag.

Damianus, (Petr.) 57

Dares Phrygius, 362 - 368. 636

David, Frater ord. Minor. 57

Decalogus, vide Anonymos.

Deciana perſecutio, vide Anonymos.

Definitio Eccleſiaſticorum Dogmatum, vide Gennadium.

Demoſthenis orationes, 368

Dialogus, vide Anonymos.

Dictys Cretenſis, 369

Diogenes Laertius, 369

Dionyſius Areopagita, 62

Dionyſius (Exiguus) 492

Dionyſius Periegetes, 369

Donatus, 369. 370.

E.

Eberhardus Bethunienſis, 416 422

Effrem, S. Ephraim Syrus, 62

Epictetus, 371 - 373

Epifanius, 63

Epiſtolae Pontificum, Anaecleti, Evariſti et aliorum, 63

E. Pag.

Ethica Chriſtiana, vide Anonymos.

Evax de gemmis, vide Medicos,

Euclides, 373

Euſebius, 63 - 68

Eutropius, 375. 636

F.

Faſti Conſulares, 376 - 379.

Feſta Apoſtolorum et Sanctorum, 68

Florus, 379 - 380

Fortereſſe de la Foy, vide Spina.

Francisci vita, vide Anonymos.

Franckenthal, Articul ſo daſelbſt diſputirt worden, 79

Frontinus 380

Fulgentius, 380 - 381

Fulgentius B. 80.

G.

Galenus, 382

Galenus (Joh.) ord. Praedicat.

Galli S. vita, vide Walafridum.

De Garlandia (Joan.) 482 - 487

G. Pag.

Gaudentii Brixiani vita et Tractatus, 80

Geiſtliche Spiel, vide Anonymos.

Gellius, 383 - 387

Gennadius Maſſilienſis, 60 - 61.

Genovefae vita, vide Anonymos.

Gerbnerus, Paul. 81 - 82

Gilbertus Porretanus, vide Bernardum Clarevallenſem,

Gislebertus Weſtmonaſter 82

Gloſſae doctrinalium, 456

Gloſſaria Latina, 387 - 416

Graecismus, vide Eberhardum Bethunienſem.

Grammatici Latini, 422 - 462

Gregorius Magnus, 84 - 85

Gregorius Nazianzenus, 86

S. Gregorius Neocaeſarienſis, 83

Gregorius Turonenſis 83 - 84

Gualtheri Alexandreis, 462 - 463

Gualtherus, Rod. 86

Guido Ferrarienſis, 86 - 89

Guillaume Triple, (de Tripoli), 89

H.

Pag.

Halitgarius, 162 - 164

Hegeſippus 464

Heliodorus, 464 - 465

Henzius Nic. 90

Hereſis, vide Anonymos.

Hereſis, vide Anonymos.

Heronis Geodeſia. 465

Hierocles, 466

Hieronimus, 90 - 93

Hilarius, 93 - 94

Hildebertus, 94

Hildegardis, ibid.

Hippocrates, 466

Hiſtoria ab orbe cond. vide Anonymos.

Höflius, Joh. 95

Homiliae Leonis Papae, Bedae, Gregorii etc. 95

Horae, Miſſae et Homiliae, 95 - 96

Horatius, 477 - 481

Hugo Pariſienſis 96

Humbertus Sylvae Candidae Epiſc. 105 - 106

Hymni cum notis muſicis, 96 - 97

Im-

I. Pag.

Impoſteurs, vide Anonymos.

Joſephus, 487

Iſidorus, 488-492. 86

Iſocrates, 493

Julianus Imperator, 493

Julianus Toletanus, 103

Ivo, Carnotenſis, 103

Juris Romani, Longobardici, et Salici Codices, 493-498

Juſtinus, 498

Juvenalis, 499-503

Juvencus, 103.

K.

Kimchi (Rabbi David) 104.

L.

Lactantius, 104-105

Lanfrancus, 105

Laurentius Vallenſis, 107

Lectiones Puerorum, ibidem

Lecturae ex Prophetis et N. T. ibidem

Lentulus, (Scip.) 108-109

Leo IX. Papa, 105-106

L. Pag.

Lexicon, vide Joan. Damaſcenum, 504-507

Leo Sapiens, vide Tacticos.

Libanius, 507

Lotharius, ſive Innocentius III, 109

Lucanus, 507-516

Ludovicus Imperator, 109

M.

Macer, vide Medicos.

Machſor, ſ. Preces Judaeorum 110

Macrobius, 516-520

Marbodaeus, 520-521

Mariae, B. vita, 110-111

Mariae, Magdalenae vita, 111-112

Mariae Aegyptiacae vita, 112

Marſilius Ficinus, 113

Martinus Epiſcopus, ibidem

Martyrologium Aethiopicum, ibidem

Matthaeus Vindocinenſis, 11

Maximus Tyrius 521

Medici, Apulejus, Muſa, Aemilius Macer, 521-526

M. Pag.

Menard, Jean, 115

Menologium graecorum, 115-117

Meſſe, vide Anonymos

Methodius Martyr, 117

Miracula, vide Anonymos.

Miſcellanea Eccleſiaſtica, 118

Miſeria hominis, vide Anonymos.

Miſſa, vide Anonymos.

Miſſale, 119

Moſchopulus, 527

Muſculus, Wolfg. 119

N.

Nicodemi Evangelium, vide Salvatoris geſta.

Nicomachus Geraſenus, 528-529

Nilus, 120-123

Nonius Marcellus, 530-532

Notitia Provinciarum, 532-539.

O.

Odo Cluniacenſis, 123

Ordinarium lecturae Refectorii, 124

O. Pag.

Origenes, 124

Oroſius, 540-541

Orpheus de Lapidibus, 541

Ovidius, 541-547.

P.

Palladius, 548

Papias, 549-556

Paradiſus Heremi, vide Anonymos.

Paſſion de J. C. vide Anonymos.

Patrum Sententiae de Primatu Romanae Eccleſiae 126

Patrum vita et obitus, vide Anonymos.

Pauli et Senecae Epiſtolae, vide Senecam, 127

Paulinus Burdigalenſis, ibid.

Paulus Diaconus, 556

Perjurium, vide Anonymos.

Perſius, 556-558

Petronius, 558-574

Petrus Alfonſus, 127

Philoſtorgius, 128

Phyſiologus, 128-137

Pilatus, vide Anonymos.

P. Pag.

Plato, 574-575

Plautus, 575-581

Plinius, Epiſtolae, 581

Plutarchus, 581-583

Poetae Chriſtiani, 138-162

Poemata Anonymi, vide Tyronem.

Poenitentia, vide Halitgarium.

Pontificum Romanorum Index, et vitae, 164-165

—— Decretalia, 165

Preces graecae, Arabicae, 165-166

Priſcianus, 583-586

Proclus, 167

Propertius, 586

Proſper, 167

Prudentius, 167-174

Pſalmen, 174

Pſellus, 175-178. 586-588.

Q.

Quinctilianus, 589

R.

Rabanus Maurus, 178

R. Pag.

Rabbi Aaron Ben-Aſer, 178

—— Moſe Ben-Maimon, ibidem

Regulae Canonicorum 179

—— S. Benedicti, 180

—— Monaſterii Brunnadern, 180-206

—— Paſtorales, 206

Remigius Antiſiodorenſis, 206

Reuchlinus, 206

Rhemnius Fannius, 589

Riga, Petrus, 206-211

Rituales Libri, 212

Robertus groſſi capitis, ibidem

Roſaria, 213

Rufus Epheſius, 589

Rupe Sciſſa, Joh. 213.

S.

Salluſtius, 590

Salvatoris geſta, 214-215

Salvatoris infantia, et S. Mariae geſta, 215-224

Sanctorum vitae, 224-235

Sedulius, 236

Seneca 591-593

S. Pag.

Sidonius Apollinaris, 594

Socrates, vide Theodoretum.

Solinus, Jul. 594

Speculum Sacerdotum, vide Anonymos.

Statius, 594 - 596

Suetonius, 566

Sulpitius Severus, vide Sanctorum vitas.

Sulzerus, Sim. 596

Sybillae hiſtoria, vide Anonymos.

Symphoſius 596

Syneſius Cyrenaeus, 596 - 598

Synodorum Epitome, 238

T.

Tactici Auctores, varii, 598 - 60

Targum in XII. Prophetas, 239

Taxae Romanae Eccleſiae, 239

Terentius, 612

Theodoreti, Sozomeni et Socratis Hiſtoria Eccleſiaſtica, 239

Theodorus Prodromus, 512-514

Theoduli Ecloga, 540 - 243

Theologiae ſumma, vide Anonymos.

Theophraſtus Philoſophus Chriſtianus, 614

Theophraſtus Ereſius, ibid.

T. Pag.

Theophraſtus Paracelſus, 244

Thomas Hysmaelita de Infantia Salvatoris, 245 - 268

Tibullus, 615

Timotheus, 268

Tyronis Notae 615 - 619.

V.

Vadianus, Joach. 268

Valerius Maximus, 620

Vegetius, 620 - 621

Victor Uticenſis, 269

Victorinus, 621 - 625

Victorius, 625 - 626

Virgilius, 626 - 635

W.

Wormcaenſis Conventus Acta, vide Muſculum.

X.

Xenophon, 635

Z.

Zacharias Epiſcopus, 269.

Zenderus, Joh. ibid.

Zonaras, Joh. 270.

ERRATA.

Praefatio.

Pag. IV. lin. 8. *Altera pars conſtat.* lege, Altera pars collectionis conſtat.
- V. l. ultima. *In germaniam*, lege, In Germania.

Catalogus.

Pag. 1. lin. 15. *aI*, lege, *al.*
- 2. l. ultima *Aquas Provincia*, l. *Aquas Provinciae.*
- 5. l. 30. geſchrieben *Anonymi*, geſchrieben. *Anonymi.*
- 7. l. 20. *legitur liber B. Mariae*, l. *legitur „Liber B. Mariae.„*
- 16. l. ult. *deſunt a Ckpite geneſeos*, l. *deſunt a Capite geneſeos.*
- 18. l. 5. *univerſis Eccleſiis*, l. *univerſis Eccleſiis.*
ibid. l. 21. *Liber, Sapientiae*, l. *Liber Sapientiae.*
- 19. l. 2. *Cantica Sapientiae*, l. *Cantica, librum Sapientiae.*
- 21. l. 9. *A.* 103. *Fol.* l. 103. Fol.
- 22. l. 1. *Ad Computi*, l. *A°. Computi.*
- 27. l. 30. *denuo*, l. *Sequitur.*
- 39. l. 14. *Agenoregi*, l. *Agenorei.*
- 40. l. 2. *pces*, l. *praeceps.*
- 52. l. 3. *Petrobrnſiamos*, l. *Petrobruſianos.*
- 53. l. 10. *Claſſis*, l. *Claſſi.*
- 57. l. 8. *Piſane*, l. *Piſano.*
- 65. l. 34. *Keraclio*, l. *Heraclio.*
- 66. l. 11. *cet*, l. *et.*
- 69. l. 8. *quam*, l. *quem.*
- 72. l. 9. *concent*, l. *conceut.*
ibid. l. 36. *Abdemenoph* - l. *qui Abdemenoph*,
- 80. l. 11. *Joſephi opera*, haec ad litteram J.
- 84. l. 10. *Et alia S. Gregorio*, l. *et alia ex S. Gregorio.*
- 85. l. ult. *Evangeliis*, l. *Evangelia.*
- 86. l. 19. *S. argumenta*, l. *ſive argumenta.*
- 89. l. 7. *praecipit, Adae*, l. *praecipit Adae.*
- 96. l. 8. *daie*, l. *Saie.*
- 97. l. 16. *munera*, l. *munera.*
- 99. l. 17. *puvica*, l. *punica.*
- 102. l. 1. *Prafeias*,, l. *Praſeias.*
ibid. l. 9. *protuiſſe*, l. *potuiſſe.*
- 105. l. 12. *annexat eſt*, l. *annexa eſt.*
- 107. l. 14. *Silveſtri Pontificis*, l. *Silveſtro Pontifici.*
- 115. l. 19. *XVII.*, l. *XIII.*
- 117. l. 117. παμμακαρίςος, l. παμμακάριςος.
- 120. l. 13. ἀθανάτος, l. ἀθάνατος.
- 121. l. 10. δεδέται, l. δέδεται.

Pag.

Pag. 122. lin. 9. ἔργοις, lege ἐργοις.
- 125. l. 7. *Hermi*, l. *Heremi.*
- 126. l. 19. *afferuntur*, l. *efferuntur.*
- 132. l. 23. *ejus femur*, l. „ *ejus femur.*
- 133. l. 27. *qua*, l. *quo.*
- 146. in notis. *Aquilegien*, l. *Aquilegiens.*
- 148. l. 4. *abſolutas*, l. *abſolutos.*
  ibid. poſt. lin. 9. Tollenda illa linea tranſverſa, quae Strophas tantum ſingulas poſt quintum verſum diſtinguere debet.
- 149. l. 15. *Iſonici*, l. *Iſoncii.*
  ibid. l. 18. *Cephcletum*, l. *Cephaletum.*
- 150. l. 9. *plorat*, *l. ploret.*
- 162. l. 13. *Sequiter*, l. *Sequitur.*
  ibid. l. 19. *Poenitentia*, l. *Poenitentiae.*
- 164. l. 9. *finis*, l. *fini.*
- 165. l. 6. *Romanorm.* l. *Romanorum.*
  ibid. l. 17. *Pontivum*, l. *Pontium.*
- 167. l. 18. *Uſque*, l. *uſque.*
- 168. l. 18. *Fructuoſi*, l. *Fructuosj.*
- 171. l. 2. „ *titulus*, l. *titulus.*
- 172. l. 9. *Hymni* Cathemerinon, l. *Hymni*, *nempe Cathemerinon*
- 175. l. 6. ἄςμα τὸν ἄσμά τῶν, l. ἄσμα τῶν ἀσμάτῶν.
  ibid. lin. 16. *Sequentes*, l. *ſequentes.*
- 177. l. 2. καλȣ̃, l. καλȣ̃.
- 180. l. 4 *diverſae ab*, l. *Diverſae noſtrae ab.*
- 183. l. 7. ¶*benedicite* l. *benedicite.*
- 184. l. 3. *tun*, l. *tun.*
- 214. l. 7. *geſta S.* l. *geſta*, *ſive.*
- 215. in nota. *Exſtunt* l. *exſtant.*
- 216. l. 13. *incipiens*, l. *incipit.*
- 226. in nota *Arveria S.* l. *Arveria ſive.*
- 232. l. 6-10. Litteris minusculis debebant exarati.
- 239. l. 7. *addita in fine*, haec etiam litteris minusculis.
- 245. l. 28. *fraudis*, *colligat*, l. *fraudis colligat.*
- 246. l. 18. *deluto*, l. *de luto.*
- 282. l. 8. *coronans*, l. *coronatus.*
- 288. l. 19. *adbue*, l. *adhuc.*
- 295. l. 1. *quaedam. Edita*, l. *quaedam edita.*
  ibid. lin. 16-23. Haec ita diſtinguenda, ut Fragmentum Columellae in hac parte Codicis extare intelligas.
  ibid. l. 25. *metiendit*, l. *metiendis.*
  ibid. l. 26. *Caſtreniis*, l. *Caſtrenſis.*
- 298. l. ult. *meminit. Ex conſulis*, l. *meminit Exconſulis.*
- 300. l. 30. *ejusdem. Autoris*, l. *ejusdem autoris.*
- 304. l. 12. *Sacrificiorum monenda*, l. *ſacrificiorum*, *monenda.*
- 309. l. ult. *deos etiam*, *Penates*, l. *Deos etiam Penates.*
- 314. l. 3. *Cauda*, l. *Caudae.*
- 324. l. 15. *Quis* l. *Qui.*

pag. 325.

Pag. 325. lin 8 - 11. tolle has notas. „
- 326. l. 31. 32. tolle has notas. „
- 329. l. 30. πρὶς l. πρὸς.
- 332. l. 3. *charactere quis Longobardicus vocatur*, l. *Charactere qui Longobardicus vocatur*, et litteris minutis.
- 336. l. 1. *tetraſtiche*, l. *tetraſticha*.
ead. l. 25. *ubi*, l. *uti*.
ibid. *lin.* 26. *ab*, l. *Ab*.
- 337 Launicus. ao. 1554. anotationes, l. *Launicus Ao.* 1554. *Annotationes*.
ibid. l. 8. 224. l. 254.
- 338. l. 2. *Sigils*, l. *Siglis*.
- 341. l. 2. *Theoro* l. *Theodoro*.
- 342. l. 15 - 16. tolle has notas.„
ibid. l. 34. *ut E*, 9. l. *ut E*,
- 347. l. 6. *dignitatem Johannes*, l. *dignitatem. Johannes*.
ibid. l. 17. *pauperum*, l. *pauperem*.
- 348. l. 20. βυξαντος l. βυζαντοσ.
- 352. l. 18. μινενβασιυ l. μονενβασιυ.
- 354. l. 9. ἐιςφερω l. ἐισφέρω.
- 355. lin. ult. ξένιζομει l. ξένιζομαι.
- 356. l. 3. πρν l. πρό.
- 429. l. 19. ἐικοίσμένον l. ἐικονίσμενον.
- 358. l. 26 - 28. Adde has notas.„
- 369. l. 18. *ſcripſit*, l. *ſcriptae*.
- 371. l. 7. χρυσίππυ l. χρυσίππυ.
- 377. l. 7. *Hac* l. *Haec*.
- 379. l. 1. *eodem* l. *eadem*.
ibid. l. 18. 649. l. 249.
- 380. l. 9. 38. l. 438.
ibid. l. 14. *Liberrite*, l. *Liber rite*.
- 386. l. 21. *graece hic* l. graece (hic. Nota, quae hic in parentheſi continentur, litteris minutis exarari debuiſſe.
- 389. l. 21. *appellentur*, l. *appellantur*.
- 390. l. 8. *gallicum vocent*, l. *gallicam vocant*.
- 393. l. ult. Parentheſis iſta, et, quae pagina ſequenti leguntur, litteris minuſculis exarari debebant.
- 397. l. 6. *Compendioſum nempe*, l. *Compendioſum, quod nempe*.
- 400. l. 12. *puinguis*, l. *pinguis*.
- 402. l. 1. *bic* l. *bis*.
- 404. l. 12. *ſucceptus*, l. *ſusceptus*.
- 413. l. 21. *deſinetum*, l. *definitum*.
- 419. l. 8. *excerpſimus extat*, l. *excerpſimus; extat*.
- 421. l. 16 - 17. Hac duae lineae etiam litteris majoribus exarari debebant.

Pag. 422.

Pag. 422. lin. 7. *et* lege *ut*.
- 429. l. 19. *turpitulinis quod*, l. *turpitudinis*, *quod.*
- 430. lin. ult. *Addita l. Additi.*
- 432. l. 18. *inferorum ſemper*, l. *inferorum. Semper.*
- 453. l. 23. *verſus ? A.* l. *verſus : A.*
- 454. l. 3. *ſignificet*, l. *ſignificat.*
- 465. l. 16. *Barocius. Graece*, l. *Barocius*, *graece.*
- 466. l. 2. ἐμβαδον, l. ἑμβαδον.

ibid. l. 9. *Graecae*, l. *graece.*
- 480. l. 2. *prioris*, l. *priores.*
- 486. l. 3. *habeti*, l. *habet :*
- 490. l. 9. *priores ſecundum*, l. *priores inter.*
- 491. l. 19. *Capita*, l. *Capite.*
- 497. l. 1. *Montispeſſulaneum*, l. *Montispeſſulanum.*
- 498. l. 1. ἀυ τοῦ, l. ἀυτοῦ.
- 503. l. 6. *praebaere*, l. *praebere.*
- 506. l. 14. νοητὸνὶ, l. νοητὸν.

ibid. l. 16. ἀθρωπος, l. ἀνθρωπὸς.
- 507. l. ult. *deteſtendosque*, l. *deteſtandosque.*
- 514. l. 27. *ſaos*, l. *ſuos.*
- 515. l. 3. *Phoetum*, l. *Phoebum.*

ibid. l. 6. *Sol e*, l. *Sol ex.*
ibid. l. 24. *Lucretius (Lib. V.* l. *Lucretius Libro V. (*
ibid. l. 30. *confluit inde ſuper terras redit* l. *confluit, inde ſuper terras redit.*
- 520. l. 8. *paecipue*, l. *praecipue.*
- 520. l. 17. *egandum*, l. *negandum.*

ibid. l. 18. *itaqe*, l. *itaque.*
- 522. l. 2. *A Muſae*, l. *A. Muſae.*
- 539. l. 20. *maritamarum*, l. *maritimarum.*
- 540. in ſumma parte *N.* repone O. veluti in pag. 541 - 542.
- 542. poſt lin. 16. tollatur illa diſtinctio cum littera O.
- 548. l. 7. *extare XIV.* l. *extare. XIV.*
- 549. l. 19. *— natenſi ſequitur*, l. *— natenſi. Sequitur.*
- 560. l. 6. (ſuperius ſcriptum eundem) l. (*ſuperius ſcriptum*) *eundem.*

ibid. l. 18. (ſuperius perituorum) l. (*ſuperius*) *periturum.*
- 561. l. 10. (ſuperius verborum) l. (*ſuperius*) *verborum.*
- 573. l. 12. *cum* l. *eum.*
- 582. l. 18. *Cepienda*, l. *Capienda.*
- 584. l. 4 - 5. *Bongarſius : Hic eſt — Abbonis.* l. *Bongarſius* „ *Hic eſt — Abbonis.* „
- 585. l. 3. *capitae*, l. *Capite.*
- 595. l. 2. *incipit;* l. *incipit* „
- 598. poſt lineam 8. pone diſtinctionem litterae T. uti in Capite paginae 599 – 604.
- 601. l. 5. τȣ̓το, l. τȣ̃το.

Pag. 601. lin. 13. *indutus*, lin. *induens*.
- 607. l. 9. τ῾ον, l. τὸν.
- 611. l. 6. χῶ, l. ΧΡΩ.
  ibid. poſt lineam ultimam tollenda illa diſtinctio.
- 620. l. 4. *peritiſſimi. Dictorum*, l. *peritiſſimi, Dictorum*.
- 621. l. 17. *le*, l. *la*.
- 623. l. 11. *cui et rei, ita*, l. *cui et rei ita*.
- 628. l. 17. *Continent*, l. *contineat*.
- 634. l. 18. *libri VIII. in aenaeidos*, l. libri VIII. aeneidos.
- 636. l. 11. *Eccleſiae*, l. *Eccleſia*.
  ibid. lin. penultima. *et a libro*, l. *et inde a libro*.

- 549. lin. 22. *ad filios Papiae – congruens*, lege *ad filios. Papiae – congruens*. Haec a voce Papiae uſque ad vocem congruens litteris minoribus exarari debebant.
- 106. l. 10. *conciliorum edit*, l. *Conciliorum Editionibus*.

